



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.


Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.

B 1,383,332






BRESLAUER
PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.

DRITTER BAND.



BRESLAU.
VERLAG VON WILHELM KOEBNER.
1888.





BRESLAUER
PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.

DRITTER BAND.



BRESLAU.
VERLAG VON WILHELM KOEBNER.
1888.



Cont.

~~Reinach~~

3-24-47

51842

INHALT.

Habel, P., De Pontificum Romanorum inde ab Augusto usque ad Aurelianum condicione publica.

Reinhardt, L., Die Quellen von Ciceros Schrift de deorum natura.

Reitzenstein, R., Arriani τῶν μετ' Ἀλέξανδρον libri septimi fragmenta.

Kauffmann, G, De Hygini memoria scholiis in Ciceronis Aratum Harleianis seruata.

Winkler, A., Die Darstellungen der Unterwelt auf unteritalischen Vasen.



BRESLAUER
PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.

DRITTER BAND.
ERSTES HEFT.

DE PONTIFICUM ROMANORUM INDE AB AUGUSTO
USQUE AD AURELIANUM CONDICIONE PUBLICA

SCRIPSIT

PAULUS HABEL
DR. PHIL.

BRESLAU.
VERLAG VON WILHELM KOEBNER.
1888.

DE PONTIFICUM ROMANORUM
INDE AB AUGUSTO USQUE AD AURELIANUM
CONDICIONE PUBLICA

SCRIPŒIT

PAULUS HABEL
DR. PHIL.

VRATISLAVIAE
APUD GUILMUM KOEBNER
1888.

GEORGIO WISSOWA

SACRUM

In quattuor summorum collegiorum sacerdotes populi Romani quo modo recte sit inquirendum, accuratissime demonstravit C. Bardt libro illo qui inscribitur 'Die Priester der vier grossen Collegien aus römisch-republikanischer Zeit' Berolini 1871. Neque vero adhuc quisquam item examinavit, quae Augustorum temporibus de eis memoriae sint tradita [Marquardt, St.-V. III p. 232 adn. 8]. Aetate imperatorum usque ad Aurelianum pontificum condicio publica quae fuerit, hoc loco cum disputaturus sim, cui pontificatus maximus pontificatusque simplex et quomodo sint tributi, quae fuerit dignitas pontificalis, exponam; quae fuerint pontificum officia ac munera, omittam. Deinde promagistrum, denique minores pontifices in similem quaestionem vocabo.

Materiam suppeditari mihi arbitror ad singulas controversias disceptandas etiam illis testimoniis, quae de auguratu quindecimviratu septemviratu scriptores rerum, quippe a quibus perraro fiat mentio sacerdotiorum singulorum, tituli nummi afferunt: dilucide enim intellegitur temporibus cum reipublicae tum Augustorum haec quattuor amplissima collegia externa specie (id est statu publico) sibi ita esse aequata, ut, quae ad unum ex eis pertineant, recte referri possint ad tria reliqua.

Quaestioni et pontificum et pontificum minorum fastos praemitto seiunctos et servato temporis ordine compositos, quoad eius facere potui: persaepe enim difficillimum est cognoscere, quo quisque anno ad pontificatum pervenerit. Cum mihi satis sit

fastis illustrare, quo quisque loco cursus honorum pontifex factus sit, quae sacerdotia praeter pontificatum et quo ordine acceperit, testimonia ad has quaestiones pertinentia collegi cuncta. Ceteros honores pontificum non adnumeravi, adnotavi breviter, unde notitia vitae eorum facile posset hauriri.

Consulum anni comprobantur Iosephi Klein fastis consularibus.¹⁾

¹⁾ I. Klein 'Fasti consulares inde a Caesaris nece usque ad imperium Diocletiani' Lipsiae 1881.



Caput I.

Fasti pontificum maximorum et pontificum inde ab Augusto usque ad Aurelianum.²⁾

1. IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS.

Natus est d. VIII K. Oct. a. u. c. 691 [Suet. Aug. 5; Orelli 1104. 2489; C. J. L. VI 2025. 2028. p. 625. 627]. Togam virilem sumpsit d. XV K. Nov. a. 706 [Suet. Aug. 8; C. J. L. I p. 329. 404; Mommsen in 'Herm'. XVII p. 639; Henzen 5359].

²⁾ Hi fasti excipiunt Caroli Bardt tabulam pontificum p. 17. Fasti compositi ab Augusto Bouché-Leclercq 'Les pontifes de l'ancienne Rome, étude historique sur les institutions religieuses de Rome' Lutetiae Parisiorum 1871 p. 427 sqq. mihi in hac quaestione fuerunt nulli adiumento. — Apud Suetonium Caes. 13 *pontifex* legitur pro *pontifex maximus*; Serv. ad Vergil. Aen. III 80. In inscriptionibus nummisque interdum vox *maximi* per errorem omissa est [C. J. L. VI 1074: L. Septimi Severi... *pontificis et Parthici maximi*]; Tac. ann. III 58 *summum pontificum*. — Graece apud scriptores in titulisque cum ἀρχιερέως (ἀρχιερωσύνη) tum ἀρχιερέως μέγιστος (App. bell. civ. V 131: ἡ μεγίστη ἱερωσύνη) promiscue tam saepe legitur, ut exemplis opus non sit. Zosim. IV 36 (ed. L. Mendelssohn): εἰ μὴ βούλεται ποντίφει ὁ βασιλεὺς ὀνομάζεσθαι, τάχιστα γενήσεται ποντίφει μάλιστα. Mon. Ancy. (ed. Th. Mommsen Berolini 1883) p. 32 et p. 221. — Raro dicitur *pontifex p(opuli) B(omani)* [C. J. L. XIV 2802; cf. Fast. 11; Willems 'Le sénat de la république romaine' Lutetiae Parisiorum 1878 I p. 481; C. J. L. VI 2125=XIV 2413: *fictori pontificum p. R.*; Orelli 643: *pontif. minor pu-blicorum p. R. sacrorum*] aequae atque *augur p. R. Quiritium* [C. J. L. VI 1449. 1723; Wilmanns, Ind. p. 481; Henzen, Ind. p. 45]. *Pontifex* [C. J. L. V 861. XIV 3618]. Ποντίφει [C. J. Gr. 4033. 4034. 4154. 4351; Ἐφημ. ἀρχαιολ. 1885 p. 152. Waddington, Fast. 127; C. J. L. VI 3836. Eodem vocabulo rerum scriptores velut Dio Zosimus Zonaras utuntur. In monumento Ancyrano [p. LXXXIV 30. 31] *pontifices* translatum est verbis τοὺς ἱερεῖς; Dio LI 19; App. bell. civ. II 106. Fieri posse mihi videtur, ut Dionis ἀρχιερεῖς [LXXIV 5] et Arnobii *pontifices maximi* [IV 35] nihil aliud significent nisi pontifices solos, et Appianus verbis τῆς μεγίστης ἱερωσύνης ἐς τοὺς ἱερεῖας ἐγ-γραφήναι: [bell. civ. V 72] S. Pompeium pontificem factum esse indicaverit.

Pontifex (C. OCTAVIUS C. F.) aut iam fine anni 706 [Bardt l. c. p. 16 n. 81] aut a. 707 cooptatus est, cum Caesar Romae adesset [Dio XLII 51; Drumann, *Gesch. Roms* IV p. 249]. Quaestorius factus est a senatu cum ornamentis consularibus mense Ianuario a. 711 [Mommsen in 'Mon. Ancy.' p. 3; St.-R. I p. 458]. Pontifex maximus creatus est a. 742 pridie Non. Mart. [Mommsen in 'Mon. Ancy.' p. 45; Mercklin 'Die Cooptation der Römer' Mit. et Lips. 1848 p. 149 sqq.]. Augur secundum Theodorum Mommsen a. 713 vel 714 electus est. Sed nummi [Cohen *Caes. et Octav.* 2. Anton. et Octav. 3; *Zeitschr. f. Numismat.* (edit. ab A. v. Sallet) V p. 235 n. 14. v. Sallet l. c. IV p. 139] comprobare videntur eum iam a. 711, postquam inter quaestorios adlectus esset [Cic. *Philipp.* V 17, 46] (fortasse post consulatum mense Augusto susceptum [C. J. L. V 4306]) augurem esse cooptatum (fortasse in Caesaris locum [Drumann l. c. IV p. 250]). Quod vox auguris et insignia auguratus a monetariis Antonii interdum sunt neglecta, id non refragari puto: conferas Lepidi nummos [Cohen *Lep. et Octav.* 1. 2; *Kgl. Münzkab.* 962], in quibus pontificatus mire est omissus. Quindecimvir sacris faciundis cooptatus est inter a. 717 et a. 720 ex Theodori Mommsen sententia; verum innotuerant nummi a. 722 cusi [Cohen *Ant. et Octav.* 91. 337 (128)], in quibus instrumenta pontificalia et auguralia sunt incisa, alique eiusdem anni [l. c. 88. 111 (= *Méd. consul. pl.* XXI Iulia 29. 30)], qui tripodem quindecimviralem praebent. Septemvir epulonum ante a. 738. Ad Octavianum aut ad Caesarem [Plin. *N. H.* XIV 97] pertinere censeo verba *VII. vir. epul. creatus* [C. J. L. I p. 383; Borghesi *opp.* I p. 353] propter verbum creandi, quod spectat ad comitia [Mommsen, *St.-R.* II p. 27 sq.]. Haec quattuor summa sacerdotia Octaviano sunt attributa: Cohen 347. 348 (= *Méd. cons. pl.* III Antestia 9. 10); C. J. L. V 6416. VI 875; Becker-Marquardt, *Handb.* IV p. 167 adn. 993. Praeterea fetialis (iam a. 722), sodalis Titius, frater Arvalis fuit. De omnibus sacerdotiis Mercklin l. c. p. 152 sqq. et Mommsen in 'Mon. Ancy.' p. 32 sqq. disseruerunt.

Mortuus est a. 14 d. XIV K. Sept. [Suet. *Aug.* 100].

Homo patricius [Suet. *Aug.* 1. 2. 10; Vell. *Pat.* II 59].

2. L. CORNELIUS P. F. BALBUS *cos. suff.* a. 722.

Non in Hispania ex cive natus, sed Hispanus (Gadibus ortus) [Vell. *Pat.* II 51; Tac. *ann.* XI 24. XII 60; Plin. *N. H.* V 36].

Una cum patruo, qui consulatum a. 714 gessit, a Pompeio a. 682 civitatem Romanam accepit.

A. 710 et 711 quaestor Asinii Pollionis. Pontifex [Vell. Pat. II 51] post Ciceronis mortem (a. 711) videtur electus esse, cum hic eum nomine *minoris*, nunquam pontificis a patruo distinguat. In nummo aeneo Gadium insculpta sunt verba *Balbus pont.* et instrumenta pontificalia [Eckhel I p. 20. IV p. 254].

Vixit etiam tum a. 741 [Suet. Aug. 29; Plin. N. H. XXXVI 7; Dio LIV 25].

Homo plebeius [Drumann l. c. II p. 594. 608 sqq.; Teuffel, Gesch. d. Röm. Lit. p. 399 n. 4].³⁾

3. M. CLAUDIUS C. F. MARCELLUS.

Natus est circa a. 711 [Prop. IV 17 ed. L. Müller], Octaviani et sororis filius et gener [Schiller l. c. I p. 183].

Pontificatu [Tac. ann. I 3] circa a. 730 honoratus est, cum ei senatus concessit βουλευέειν ἐν τοῖς ἐστρατηγηκόσι καὶ τὴν ὀπατείαν δέκα θάττον ἔτεσιν ὑπερ ἐνενόμιστο αἰτῆσαι [Dio LIII 28]. Aedilis curulis a. 731 [Dio l. c. et 26. 31].

Mortuus est eodem anno [Plin. N. H. XIX 24; Dio LIII 33; Serv. ad Verg. Aen. VI 861].

Homo plebeius [Drumann l. c. II p. 402; Mommsen, St.-R. I p. 556 adn. 1].

4. TIBERIUS CAESAR AUGUSTUS.

Natus est a. 712 d. XVI K. Dec. [Suet. Tib. 5; Henzen, Arv. p. 171].

Quaestor a. 731 [Mommsen, St.-R. I p. 576 adn. 3]. Pontifex (TI. CLAUDIUS TI. F. NERO) fortasse a. 731 factus est in Marcelli locum (cf. simpulum, quod praebet nummus Gadibus

³⁾ S. POMPEIUS CN. F. MAGNUS homo plebeius, natus a. 679, interfectus a. 719, utrum pontificatum [App. bell. civ. V 72; Mommsen, Röm. Forschg. I p. 37] an auguratum [Dio XLVIII 36; Cic. Philipp. XIII 12; Drumann l. c. I p. 430; Schiller, Gesch. der röm. Kaiserz. I p. 95] a. 715 acceperit et a. 717 amiserit [Dio XLVIII 54; Zonar. X 24; Eckhel VI p. 32 sq.], non satis apparet. — M. TULLIUS M. F. CICERO cos. suff. a. 724 quo iure a Carolo Drumann [l. c. VI p. 718; App. bell. civ. IV 51 ἰσπρία... ἀπίφηγε; Cic. ad Brut. I 5; Bardt l. c. p. 16 n. 83] augur sit nominatus, nescio.

Baeticae signatus: Eckhel VI p. 184), certo iam est inter pontifices a. 738 [Eph. epigr. II 325; C. J. L. VI 385 (a. 747)]. Pontifex maximus creatus est a. 15 d. VI Id. Mart. [C. J. L. I p. 314. 322. 388. VI 2298; Orelli 686; Clinton, Fast. Rom. ad. a. 15]. Augur fortasse in L. Caesaris locum demortui a. 2 d. XIII K. Sept. aut post adoptionem factam ab Octaviano a. 4 [Schiller l. c. I p. 189];⁴⁾ nam nominatur augur a. 4 [Eckhel VI p. 184; C. J. L. V 6416 a. 7/8], deest hoc sacerdotium in titulo C. J. L. IX 2443 scripto inter a. 752/3 et a. 757; Cohen 27; Kgl. Münzkab. 979. (a. 10.). Ad quindecimviratum et septemviratum quando post a. 7 pervenerit, non satis liquet [Orelli II p. 408; cf. quae ad Octaviani septemviratum adscripsi], fortasse a. 15 in locos Augusti.⁵⁾ Haec quattuor sacerdotia coniuncta inveni: C. J. L. II 2062 (a. 26/27). VI 903 (a. 36/37). X 8088 (a. 32/33). Frater Arvalis iam a. 14 pridie Id. Mai. [C. J. L. VI 2023]. Sodalis Augustalis a. 14 [Tac. ann. I 54].

Mortuus est d. XVII K. Apr. a. 37 [Tac. ann. VI 50; Suet. Tib. 73; Dio LVIII 28; Henzen, Arv. p. 63; Clinton, Fast. Rom. ad a. 37].

Homo patricius [Suet. Tib. 1].

5. C. ANTISTIUS C. F. VETUS cos. a. 748.

Pontifex iam a. 748 [Vell. Pat. II 43].

Cum Velleius Paterculus historiarum Romanarum libros scriberet (a. 30), etiam tum Antistius videtur vixisse [Waddington, Fast. 63].

⁴⁾ Germanicus enim natus iam a. 738 aut initio a. 739 [Wilmanns 880 adn. 11] a. 7/8 augur nondum fuit [C. J. L. V 6416].

⁵⁾ Cum esset lex, ut ex pontificum numero crearetur pontifex maximus, imperatores ei, qui aut Caesares aut privati homines hoc sacerdotio ornati non erant, prius adscribebantur pontificibus succedentes in locum principis vita modo functi, tum honorabantur pontificatu maximo. Eodem fere die quo pontificatum accipiebant reliqua sacerdotia, quae eis deerant, item substituti pro Augusto mortuo. [Henzen, Arv. p. CCVI adn. 15 et p. 67]. Itaque ne iterum ac saepius idem repetam, de eis sacerdotum collegiis, in quae imperatores secundum hunc usum post principatum acceptum cooptabantur, verba faciam nulla (cf. adn. 15).

⁶⁾ P. QUINCTILIUS S. F. VARUS, homo patricius, affinitate cum domo imperatoria coniunctus cos. a. 741 num fuerit pontifex valde est incertum [C. J. L. VI 386; Mon. Aneyr. p. 166].

Homo plebeius [Drumann l. c. I p. 53 sqq.; Suet. Caes. 23; Tac. ann. XIII 28].

Filius eius fuit pontifex [Fast. 11].

6. C. CAESAR AUGUSTI F. cos. a. 1.

Natus est M. Vipsanii Agrippae filius a. 734.

Cos. des. (in annum 1), princeps iuventutis, pontifex [Dio LV 9] post K. Ian. a. 749 sumpta toga virili [C. J. L. II 3828. V 6416. 6835. VI 897. 899. 3748. IX 3078. 3343. X 1115. 1621; Cohen Oct. Aug. 42. 43; Zeitschr. f. Numismat. (edit. ab A. v. Sallet) XIII p. 102 sqq.].⁷⁾

Mortuus est a. 4 d. VIII K. Mart. [C. J. L. XIV 2801].

Homo patricius [Mon. Ancyr. p. 51 sqq; Eckhel VI p. 169 sqq.].

7. DRUSUS IULIUS TI. AUG. F. CAESAR cos. a. 15 et a. 21.

Natus est a. 739 Non. Oct. [C. J. L. I p. 403].

Pontifex iam a. 7/8 [C. J. L. V 6416; Notizie degli scavi 1887 p. 113] fortasse in locum C. Caesaris. Quaestor a. 11 [Dio LVI 17. 25]. Sodalis Augustalis a. 14 [Tac. ann. I 54]. Frater Arvalis cooptatus est pridie Id. Mai. a. 14. Augur iam a. 21 [Orelli 660. 661; Wilmanns 885], fortasse a. 19 in Germanici locum [Eckhel VI p. 205; cf. Fast. 13]. Alia sacerdotia habuisse non videtur. Nam et quindecimvir [Hübner ad C. J. L. II 2338; Wilmanns 885 adn. 5. 888 adn. 1; Mommsen, St.-R. II p. 1167 adn. 2] a plebe urbana certo esset nominatus [C. J. L. VI 910] et flamonium Augustale [Orelli 211; Eph. epigr. III p. 222 adn. 4; Nipperdey ad Tac. ann. I 54 et II 83] in eadem inscriptione urbana aequae atque in titulis C. J. L. VI 887 et 909 (cf. 913) sodalitatem de loco demoturum fuisse, non hanc illud est verisimile; quamquam cur plebs in Germanici et Drusi tabulis honorariis sacerdotium Arvale silentio praeterierit, nescio. Neque vero municipalium et provincialium inscriptionum fides tam certa est, ut de ea dubitari non possit [C. J. L. II 2040. 2338. V 4954. IX 35. X 4573. 4617. 4638].

⁷⁾ Simpulum vel capeduncula est pontificale insigne Gai, lituus cum Lucii fratris auguratu convenit [C. J. L. VI 898]. Per errorem Gaio attributus est auguratus: C. J. L. II 2422; Wilmanns 880 n. 11 a. De Lucio Caesare pontifice maximo: Orelli 2148; Reinesius p. 445.

Nummi solum insigne pontificale praebent [Cohen Liv. 1. Drus. 1—4. Drus. et Tib. 1. 2].

Occisus est a. 23 [Schiller l. c. I p. 294].

Homo patricius.⁸⁾

8. L. CALPURNIUS L. F. PISO FRUGI cos. a. 739.

Pontifex factus est ante a. 14 [C. J. L. VI 2023. 1445; Eph. epigr. I p. 146 et 149 adn. 1; Tac. ann. VI 10]. Frater Arvalis a. 14 adest in collegio.

A. 32 praefectus urbis octoginta annos natus de vita decessit [Henzen, Arv. p. 180; Borghesi opp. V p. 567].

Homo plebeius [Drumann l. c. II p. 59. 80].

Filius fuit pontifex [Fast. 14].

9. M. SCRIBONIUS M. F. LIBO DRUSUS.

Iam a. 14 pontifex [Suet. Tib. 25].

Se interfecit Id. Sept. a. 16 praetor [Tac. ann. II 27—32; Senec. ep. VIII 1; Dio LVII 15; Eph. epigr. I p. 146; Borghesi opp. V p. 301 sqq.; Haakh in 'Real-Encyclop.' (edit. ab A. Pauly) VI p. 882 n. 19].

Homo plebeius.

10. T. STATILIUS T. F. SISENNA TAURUS cos. a. 16.

Pontifex [C. J. L. V 332. 878].

Eius mentio postrema fit circa a. 30 [Vell. Pat. II 14].

Homo plebeius. De familia: Vell. Pat. II 127; Borghesi opp. II p. 325. V p. 529; C. J. L. VI p. 994 sqq.

11. L. ANTISTIUS C. F. VETUS cos. suff. a. 26.

De consulatu: Nipperdey ad Tac. ann. IV 1 et VI 40; Henzen, Scavi p. 97.

Fuit pontifex X vir stl. iud. quaestor [C. J. L. XIV 2802; Vell. Pat. II 43; Nipperdey op. p. 532].

Homo plebeius (non recte iudicavit Mommsen St.-R. I p. 555 adn. 3).

Pater fuit pontifex [Fast. 5].

⁸⁾ GERMANICUM CAESAREM TI. AUGUSTI F. pontificibus adnumerandum non esse, quippe quod augur fuerit, Mommsen recte ostendit [C. J. L. V 4308. X 513. VI 909. XIV 3942; Wilmanns 885; Eckhel VI p. 208 sqq.].

12. P. CORNELIUS P. F. LENTULUS SCIPIO *cos. suff. a. 24.*

De consulatus tempore: Borghesi opp. VI p. 47; Henzen, *Arv. p. 184*; Nipperdey ad *Tac. ann. III 74.*

Pontifex et fetialis (fortasse propter merita bellica paullo ante consulatum) nescio quo anno factus sit [C. J. L. V 4329; Orelli 2275; Wilmanns 1128].

Commemoratur a. 52 a Tacito [ann. XII 53].

Homo patricius.

13. DRUSUS CAESAR GERMANICI CAESARIS F.

Natus est fortasse a. 7 [Wilmanns 880 n. 17].

Toga virili sumpta a. 23 senatui commendatus est a Tiberio postulante, *ut munere capessendi vigintiviratus solveretur et quinquennio maturius quam per leges quaesturam peteret* [Tac. ann. IV 4. III 29]. Assentior Carolo Nipperdey, qui Tacitum pontificatum Neroni maiori natu filio Germanici a. 20 per errorem attribuisse dicit [Eckhel VI p. 216]; neque enim titulus Neronis adhuc inventus est, cui inscriptus sit pontificatus, neque nummi eius insignia sacerdotalia praebent. Equidem puto hoc modo Germanici sacerdotia distributa esse, ut Drusus Tiberii filius auguratum susciperet (cf. *Fast. 7*) et Nero a. 20 patri demortuo succederet flamen Augustalis, sodalis Augustalis, frater Arvalis [C. J. L. VI 909. 2023. 887. 913; Tac. ann. I 54. II 83 cum Caroli Nipperdey adnotationibus; Eph. epigr. III p. 76. 207] indutus toga virili [VII Id. Iun. C. J. L. XIV 244], tum Drusus Germanici filiorum alter, cum a. 23 ipse et frater a Tiberio senatui traderentur [Tac. ann. IV 8; Suet. Tib. 54], non anni principio postquam togam virilem sumpsisset, in locos Drusi Tiberii filii morte vacantes pontifex augur sodalis Augustalis cooptaretur [Tac. ann. III 29: *Additur pontificatus*; C. J. L. III 380; Suet. Gai. 12; Orelli 667; Tac. ann. II 83: *neve quis flamen aut augur in locum Germanici nisi gentis Iuliae crearetur*; IV 9 *memoriae Drusi eadem, quae in Germanicum, decernuntur*]. Quae sententia si est recta, sodalium Augustalium collegio novam decuriam (XXVI) Tiberius non in honorem Drusi Germanici filii adiecit [Dessau in 'Eph. epigr.' III p. 76. 207; C. J. L. VI 1984; Mommsen, *St.-R.* II p. 1110 adn. 4]. A. 31 paullo ante Seiani mortem pontificale augurale Augustale sacerdotia ab eo videntur esse abiudicata [Suet. Gai. 12. Tib. 54; Dio LVIII 7. 8. cf. *Fast. 18*].

Occisus est a. 33 [Tac. ann. VI 23—25; Dio LVIII 22].
Homo patricius.

14. M. LICINIUS M. F. CRASSUS FRUGI cos. a. 27.

Pontifex praetor urbanus (suff. a. 24 [Henzen, Arv. p. CCXLIV]) consul legatus Ti. Claudii Caesaris Augusti in Mauretania [C. J. L. VI 1445; Eph. epigr. I p. 146 sqq.; Notizie degli scavi 1884 p. 383; Henzen in 'Bull. d. Inst.' 1885 p. 9 sqq.]. Bis imperatoris Claudii temporibus ornamenta triumphalia adeptus est [Suet. Claud. 17].

Interfectus est ab imperatore Claudio a. 47 [Senec. Div. Claud. ἀποκολοκόντ. 11; Nipperdey ad Tac. ann. IV 62; Henzen, Arv. p. 190].

Homo plebeius.

Pater fuit pontifex [Fast. 8], filius pontifex [Fast. 20], nepos fortasse pontifex [Fast. 36].

15. (AQUILLIUS L. F.) REGULUS.

Fuit pontifex s(alius aut sodalis Augustalis)... quaestor Ti. Caesaris.

Homo patricius [C. J. L. VI 2122. III 551].

16. C. RUBELLIUS C. F. BLANDUS.

Cos. suff. ante a. 21, quo anno commemoratur inter consulares [Tac. ann. III 23. 51. VI 27 cum adnotationibus Caroli Nipperdey; Borghesi opp. IV p. 484 adn. 2 et p. 492 eius consulatum primum ad a. 17, tum ad a. 20 rettulit. C. J. L. VI 14221].

Pontifex [C. J. L. XIV 3576] nescio quo anno factus sit. A. 33 [Tac. ann. VI 27] in matrimonium duxit Iuliam Drusi Caesaris filiam.⁹⁾

Superstes fuit Drusillae sorori C. Caesaris mortuae a. 38, cui tabulam marmoream dicavit [Borghesi opp. II p. 141; Henzen, Arv. p. 171].

Homo plebeius, cuius avus Tiburs eques Romanus fuerat.

17. PAULLUS FABIVS PERSICVS cos. a. 34.

Receptus est in collegia pontificum sodalium Augustarum fratrum Arvalium [C. J. L. III 6073; Senec. de benef.

⁹⁾ Fortasse etiam alii ex progeneris Tiberii inter pontifices fuerunt [Tac. ann. VI 45. IV 17].

IV 30]. Num iam a. 21 frater Arvalis fuerit [C. J. L. VI 2023], dubium est; recte nomen eius insertum videtur l. c. 2024 a. 27.

Commemoratur a. 48 ab imperatore Claudio [de Gallor. iure honor.; C. J. L. VI 2035; Henzen, Arv. p. 186; Waddington, Fast. 81: *il était mort, lorsque Sénèque écrivait*].

Homo patricius [Mommsen, Röm. Forsch. I p. 122].

18. C. CAESAR AUGUSTUS GERMANICUS.

Natus est pridie K. Sept. a. 12 [Suet. Gai. 8; C. J. L. I p. 400; VI 2298]. Togam virilem sumpsit undevicesimo aetatis anno [Suet. Gai. 10].

Pontificem augurem sodalem Augustalem eum a. 31 Druso fratri successisse puto [Suet. Gai. 12; Dio LVIII 7. 8;¹⁰ Cohen 12; Eckhel VI p. 220; Mommsen, St.-R. II p. 781 adn. 1; cf. Fast. 13]. Quaestor a. 33 [Dio LVIII 23; Henzen 5396]. Pontifex maximus creatus est a. 37 (fortasse mense Martio), postquam imperator appellatus est d. XV K. Apr. [Dio LIX 3; C. J. L. X 796; nummi multi, quibus inscriptum est *pon. m. tr. p. (s. c.)*: Kgl. Münzk. 984. 986; C. J. L. VI 2028; Henzen, Arv. p. 63]. De reliquis sacerdotiis cf. adn. 5; frater Arvalis [Henzen, Arv. p. 171].

Occisus est d. IX K. Febr. a. 41 [Suet. Gai. 58].

Homo patricius.

19. TL CLAUDIUS CAESAR AUGUSTUS GERMANICUS.

Natus est a. 744 K. Aug. [Suet. Claud. 2. 10; Dio LX 2. 5].

Augur ab Octaviano factus post a. 8 [Suet. Claud. 4; Cohen 69; C. J. L. V 6416], sodalis Augustalis a. 14 [Tac. ann. I 54; Suet. Claud. 6; Eckhel VI p. 235], sodalis Titius inter a. 14 et a. 37, quo consul fuit; haec tria sacerdotia inveniuntur: C. J. L. III 381. V 24. Sacerdos numinis imperatoris Caligulae Iovis Latiaris a. 40 [Suet. Gai. 22. Claud. 9; Dio LIX 28]. Pontifex maximus (fortasse mense Martio) a. 41 creatus est [C. J. A. III 458; multi nummi praebent *p. m. tr. p. (cos. des. iter. ex s. c.)*: Cohen 33. 40. 41; Kgl. Münzkab. 988. 989; Notizie degli scavi 1887 p. 40].

¹⁰) Quod sacerdotium L. AELIUS SEIANUS una cum filio a. 31 acceperit, ignoro [Mommsen, St.-R. II p. 866 adn. 3].

Mortuus est d. III Id. Oct. a. 54 [Suet. Claud. 45; Dio LX 34].
Homo patricius.

20. CN. POMPEIUS CRASSI F. MAGNUS.

Imperante Caligula *παῖδρον* [Dio LX 5; Suet. Gai. 35].

A. 41, quo Antoniam imperatoris Claudii filiam [Suet. Claud. 26. 27] in matrimonium duxit, vigintiviratus munere functus est, tum fuit praefectus urbi feriarum Latinarum et quaestor viginti annos natus [Dio LX 5]; eodem tempore eum honoratum esse pontificatu puto: nam Notizie degli scavi 1884 p. 393 = Bull. d. Inst. 1885 p. 9 nominatur pontifex quaestor Ti. Claudii Caesaris Aug. Frater Arvalis postea nescio quo anno cooptatus est [C. J. L. VI 2032].

Occisus est iussu Claudii a. 47 [Henzen, Arv. p. 194; Eph. epigr. I p. 147; Drumann l. c. IV p. 593].

Homo plebeius.

Pater fuit pontifex [Fast. 14].

21. L. VOLUSIUS L. F. SATURNINUS.

Natus est circa annum 25. Pontifex [C. J. L. VI 7393 et p. 1043]. Filius fortasse L. Volusii Saturnini auguris, qui *in urbis praefectura* a. 56 mortuus est [Henzen, Arv. p. 202; Borghesi opp. III p. 313 sqq.; Stevenson in 'Bull. d. Inst.' 1885 p. 26 sq.]. Ante patrem videtur mortem oppetivisse.

Homo plebeius.

22. L. CALPURNIUS L. F. PISO cos. a. 57.

Pontifex [C. J. L. VI 1445; Eph. epigr. I p. 149 adn. 1; Nipperdey ad Tac. ann. XIII 28]. Frater Arvalis adest in collegio a. 57 [C. J. L. VI 2039].

Interfectus est proconsul Africae a. 69 [Henzen, Arv. p. 181; Borghesi opp. IV p. 534 sqq.].

Homo plebeius.

Borghesi [opp. V p. 312 et 568] L. Calpurnium Pisonem Cn. Pisonis et Plancinae filium (consulem a. 27, patrem consulis a. 57 [Henzen, Arv. p. 180]) pontificem fuisse iudicavit, mihi autem annorum intervallum rectius quadrare ad consulem a. 57 videtur.

23. NERO CLAUDIUS CAESAR AUGUSTUS GERMANICUS.

Natus est (L. DOMITIUS CN. F. NERO) d. *XVIII* K. Ian. anni 38 [Suet. Ner. 6; C. J. L. VI 2041].

A. 50 d. *V* K. Mart. adoptatus est in patriciam gentem Claudiam [Tac. ann. XII 25; C. J. L. VI 2040; Wilmanns 901: NERO CLAUDIUS DRUSUS GERMANICUS CAESAR] et a. 51 toga virili indutus d. *IIII* Non. Mart. in annum 57¹¹⁾ consul designatus [Henzen, Arv. p. 66] — interim proconsulare imperium extra urbem gessit — princeps iuventutis appellatus, d. *III* Non. Mart. in omnia collegia sacerdotum supra numerum ex senatus consulto cooptatus est [Tac. ann. XII 41. XIII 21; Cohen 311. 312; Eckhel VI p. 260 sqq.; C. J. L. VI 921. 1984. 2040. 2042; Henzen, Arv. p. III et p. 66; Mommsen, St.-R. II p. 781 adn. 1]. Pontifex maximus nescio quanto tempore post imperium d. *III* Id. Oct. a. 54 susceptum (fortasse mense Martio a. 55) creatus sit: nam et deest pontificatus maximus in nummis inter K. Ian. et duodecimum diem mensis Octobris a. 55 censis [Cohen Agripp. et Ner. 3. 4 (6. 7 a. 54). Ner. 49. 331. 332; C. J. L. II 4719; Wilmanns 902] et iam Augustus appellatus solum pontificis titulum gerit in nummis [Cohen 239. 240 (56. 57)].¹²⁾

Se interfecit d. *V* Id. Iun. a. 68 [Clinton, Fast. Rom. ad a. 68].

Homo patricius.

24. SER. GALBA IMPERATOR CAESAR AUGUSTUS.

Natus est (SER. SULPICIUS SER. F. GALBA) d. *IX* K. Ian. a. 751 [Suet. Galb. 4].

Consul a. 33 et Africae proconsul a. 45 ornamenta triumphalia sacerdotiaque quindecimvirorum sodalium Titiorum sodalium Augustalium accepit [Suet. Galb. 8]. Romae principatum assecutus in reliqua collegia sacerdotum cooptatus et temporis spatio praetermisso (in prioribus

¹¹⁾ Non recte Mommsen de anno 55 cogitavit [Herm. II p. 63. III p. 94 adn. 3; Henzen in 'Ann. d. Inst.' 1867 p. 258]: huic enim sententiae obstant Taciti verba.

¹²⁾ Mea quidem sententia P. M. in nullo nummo invenitur, qui certo anno 54 attribuatur [Mommsen, St.-R. II p. 1107 adn. 2].

eius et senatus nummis non nominatur pontifex maximus [Cohen 2. 7. 8. 12. 15—22. 24. 25. 27. 48. 61. 63. 67. 98 sqq. 135. 138. 140. 145 sqq. 161. 168. 177 sq. 180. 184. 227] pontifex maximus creatus est (in inscriptionibus occurrit hic titulus d. XI K. Ian. a. 69 [C. J. L. III dipl. 4. 5. X 770. 771. 7891; Eph. epigr. II p. 454]).

Occisus est d. XVIII K. Febr. a. 69 [Tac. hist. I 27. 29 sqq.; Plut. Galb. 24; Dio LXIV 6; Henzen, Arv. p. XCI adn. 6].

Homo patricius [Mommsen, Röm. Forsch. I p. 122; St.-R. II p. 789 adn. 1].

25. IMPERATOR M. OTHO CAESAR AUGUSTUS.

Natus est (M. SALVIUS L. F. OTHO) d. IIII K. Mai. a. 32 [Suet. Oth. 2].

Frater Arvalis iam a. 57 perhibetur [C. J. L. VI 2039. 2045]. Legatus quaestorius post Agrippinae mortem per decem annos Lusitaniam provinciam administravit a. 59—68 [Suet. Oth. 3. 4; Plut. Galb. 20]. Princeps nominatus est d. XVIII K. Febr. a. 69 [Henzen, Arv. p. XCI adn. 6], d. III Non. Mart. omnia sacerdotia [C. J. L. VI p. 499; Henzen, Arv. p. 67] et d. VII Id. Mart. pontificatum maximum accepit [C. J. L. et Henzen II. cc.; ante hunc diem nummi signati carent titulo pontificis maximi: Cohen 1—5. 14—27].

Se interfecit a. 69 mense Aprili [Eckhel VI p. 300: d. XVI K. Mai.; Henzen, Arv. p. 64: d. XIII K. Mai.; Schiller I. c. I p. 378 adn. 7: d. XVII K. Mai.].

Homo patricius [Suet. Oth. 1; Mommsen, Röm. Forsch. I p. 122; St.-R. II p. 789 adn. 1].

26. VITELLIUS GERMANICUS IMPERATOR.

Natus est (A. VITELLIUS L. F.) VIII K. Oct. aut VII Id. Sept. a. 15 [Suet. Vitell. 3].

Ab imperatoribus Gaio, Claudio, Nerone *honoribus* (consulatu a. 48) et *sacerdotiis amplissimis* (frater Arvalis adest in collegio a. 57 [C. J. L. VI 2039]; de quindecimviratu: Cohen 110. 111; iam hominem privatum quindecimviris eum adscriptum esse putat Eckhel [VI p. 317] atque iussisse feriri hos nummos iactandi prioris sacerdotii causa; Mommsen, St.-R. II p. 781; at cf. *ibid.* p. 1103 sq.) *auctus* est, antequam proconsule Africae praeesset a. 60 [Suet. Vitell. 5; Tac. hist. III

86; Henzen, Arv. p. 201]. Post diem imperii XIII K. Mai a. 69 [C. J. L. VI p. 499; Henzen, Arv. p. 64] reliqua sacerdotia et pontificatum maximum [Cohen 71. 72] ante diem XV K. Aug. suscepit; nam hoc die iam *maximum pontificatum adeptus . . . de caerimoniis publicis edixit* [Suet. Vitell. 11; Tac. hist. II 91; Eckhel VI p. 316]; itaque in nummis aureis argenteis aeneis ante hunc diem excusis deest pontificatus maximus [Cohen 17—21. 41—47. 54. 85. 86. 108. 117].

Ultimis diebus mensis Decembris a. 69 occisus est [Schiller l. c. I p. 398; Peter, Zeittaf. ad a. 69].

Homo patricius [Mommsen, St.-R. II p. 789 adn. 1].

27. TI. PLAUTIUS M. F. SILVANUS AELIANUS

cos. suff. I a. 45, II a. 74.

A. 70 d. XI K. Iul. cum praetor deos precaretur in Capitolio restituendo, praeiit pontifex sollemnia verba [Tac. hist. IV 53]. Idem fuit sodalis Augustalis [C. J. L. XIV 3608; Wilmanns 1145; Borghesi opp. III p. 329 sq.].

Mortuus est ante Vespasianum [Lebas, part. V 660 a; Waddington, Fast. 85; Wilmanns l. c.].

Patricius ut videtur homo, quamquam *lectus inter patricos* (sic frater dicitur) non nominatur [C. J. L. XIV 3605—3608; Mommsen, St.-R. I p. 555 adn. 3; Nipperdey op. p. 532].

28. IMPERATOR CAESAR VESPASIANUS AUGUSTUS.

Natus est (T. FLAVIUS VESPASIANUS) d. XV K. Dec. a. 9 [Suet. Vesp. 2; C. J. L. I p. 379].

Aedilis a. 39 [Dio LIX 12], legatus legionis in Britanniam missus a. 43 [Dio LX 20], *triumphalia ornamenta* a. 47 [Dio LX 30] *et in brevi spatio duplex sacerdotium accepit* [Suet. Vesp. 4; de auguratu: Cohen 36—45; Eckhel VI p. 331 (316): *volebat Vespasianus iactare decus sibi adhuc privato delatum*; Borghesi opp. III p. 429; Pick, Zur Titulatur der Flavier in 'Zeitschr. f. Numismat.' (edit. ab A. v. Sallet) XIII p. 228 adn. 2. XIV p. 355; Mommsen, St.-R. II p. 1103 adn. 3. p. 1104 adn. 1]. Consul suffectus a. 51. Ultimis anni 69 diebus a senatu imperator appellatus [Tac. hist. IV 3; Suet. Vesp. 12; Dio LXVI 1; Mommsen, St.-R. II p. 875 adn. 3] fortasse mense Martio a. 70 post Nonas, quo die pon-

tifex maximus nondum nominatur [C. J. L. III dipl. 6 p. 849 et 904. X 1402; deest summum sacerdotium in nummis priore parte a. 70 signatis (Cohen 66. 80. 81 sqq. 185. 209. 278. 43; de 391. 392; Eckhel VI p. 321; Pick l. c. XIV p. 359. XIII p. 228 adn. 2; C. J. L. X 1402)], pontifex maximus est creatus [Cohen 358. 379. 380. 385. 386. 389. 390; Pick l. c. XIV p. 358 sq.; cf. nummos, quibus litterae *p. m. tr. p. cos. II (des. III) (s. c.)* incisae sunt: 186. 406. 416. 424. 513. 518. 523 (439. 510); C. J. L. X 8005. III dipl. 7; Eph. epigr. II p. 457 Non. April. a. 71], cum Roma abesset [Schiller l. c. I p. 500 adn. 2; Clinton, Fast. Rom. ad a. 70].

Decessit de vita d. IX K. Iul. a. 79 [Suet. Vespas. 24; Dio LXVI 17].

Homo plebeius a. 69 inter patricios est adlectus.

29. IMPERATOR TITUS CAESAR VESPASIANUS AUGUSTUS.

Natus d. III K. Ian. a. 41 [Suet. Tit. 2. 11; Clinton, Fast. Rom. ad a. 41].

Consul a. 70. Sacerdos omnium collegiorum (TITUS CAESAR AUG. F. VESPASIANUS) cooptatus est a. 71 [C. J. L. VI 1984; Eph. epigr. IV 779; Pick l. c. XIII p. 209: *duobus primis anni mensibus*; C. J. L. VI 2057, 2; ex quo tempore in inscriptionibus nummisque saepissime pontificatus commemoratur. De auguratu: Cohen 21—24; Eckhel VI p. 317. 331; Pick l. c. XIII p. 228 adn. 2; de quindecimviratu: Cohen 320—323; Borghesi opp. I p. 345], cum Romam venisset. Pontificatus maximus a. 79 post K. Iul. ei delatus est imperium post patris obitum adeptus: neque enim prius occurrit nobis in titulis nummisque nisi coniunctus cum tribunicia potestate nona, quae incipit a K. Iul. a. 79 [Wilmanns 918; C. J. L. VI 942. 1246], et consulatu septimo [Cohen 153—155. 157. 158. 171. 172. 206. 267 sqq.; Pick l. c. XIV p. 365 sqq.; Suet. Tit. 9].

Mortuus est a. 81 Id. Sept. [Suet. Tit. 11].

Homo patricius.

30. IMPERATOR CAESAR DOMITIANUS AUGUSTUS.

Natus est d. IX K. Nov. a. 51 [Suet. Domit. 1. 17; Vespas. 4].

Caesar praetor urbanus consulari potestate a. 70 [Suet. Domit. 1; Tac. hist. IV 3. 39; Dio LXVI 1]. Consul suffectus a. 71. Sacerdos omnium collegiorum a. 73 (CAESAR AUG. F. DOMITIANUS) [C. J. L. VI 932=Wilmanns 918; C. J. L. VIII 10116. 10119. IX 4955; Cohen Tit. 26; Pick l. c. XIII p. 273; in nummis persaepe solum *pontifex* invenitur. De auguratu: Cohen 22; Pick l. c. XIII p. 228 adn. 2; de quindecimviratu: Cohen 546. 552. 594; Borghesi opp. I p. 345; C. J. L. I p. 442; Marquardt, St.-V. III p. 382; de sacerdotio Arvali: C. J. L. VI 2054 (a. 75 adest in collegio); Stobbe in 'Philolog'. XXXI p. 285 sq.]. Post diem imperii XVIII K. Oct. [C. J. L. VI 2060] a. 81 pontificatus maximus ei decretus est [C. J. L. III 312; Wilmanns 924 adn. 2; Eckhel VI p. 395; Cohen 551—554, quos nummos per errorem anno 80 attribuit. Cf. 56—59. 370—372, in quibus a. 81 signatis imperator Domitianus Augustus solum *pontifex* nominatur, et cf. 54. 55. 555 sqq., unde intellegitur eum a. 81 pontificis maximi titulum gessisse].

A. 96 d. XIV K. Oct. occisus est [Suet. Domit. 17].

Homo patricius.

31. C. CALPETANUS RANTIUS QUIRINALIS VALERIUS

P. F. FESTUS cos. suff. a. 71.

Post praeturam circa a. 68 sodalis Augustalis, inter a. 72 et a. 77 pontifex factus est [C. J. L. V 531 = Wilmanns 1147; C. J. L. VI 1238; Mommsen, Ind. Plin. p. 427].

Homo plebeius.

32. CN. IULIUS AGRICOLA cos. suff. a. 77.

Natus est in colonia Foroiuliensium a. 40 Id. Iun. [Urlichs, De vita et honoribus Agricolae p. 9; Clinton, Fast. Rom. ad a. 93. Id. Iul. a. 37].

Inter patricios adlectus a. 74 [Tac. Agr. 9. ibid. 4: *utrumque arum procuratorem Caesarum habuit... pater illi... senatorii ordinis*] Britanniae praepositus est legatus Augusti pro praetore [*πρεσβύτερος* Dio XXXIX 50] a. 78 adiecto pontificatus sacerdotio [Urlichs l. c. p. 25].

Mortuus est a. 93 d. X K. Sept. [Nipperdey op. p. 511; Mommsen, St.-R. I p. 575 adn. 1].

33. (L.) HELVIUS AGRIPPA.

Pontifex mortuus est a. 83 [Dio LXVII 3]. Fortasse is est, qui a. 68 Sardiniam proconsule administravit [Mommsen in 'Herm.' II p. 102. III p. 62 adn. 3; Klein, Verw.-Beamt. I p. 256].

Homo plebeius (ex Baetica provincia oriundus) [C. J. L. II 1184. 1262].

34. M. LOLLIVS D. F. PAULLINVS VALERIVS ASIATICVS SATURNINVS cos. suff. a. 93.

III vir a. a. f. f. salius Collinus pontifex quaestor [C. J. L. XIV 4240; Haakh in 'Real-Encycl.' (edit. ab A. Pauly) VI p. 2362 n. 127].

Homo patricius.

35. C. OCTAVIVS TIDIVS TOSSIANVS IAVOLENVS PRISCVS.

De praenomine cf. Theodorum Mommsen in 'Eph. epigr.' V p. 655 sq.

Clarus ille scholae Sabinianae iuris consultus imperantibus Traiano et Hadriano natus est ante a. 60 [Mommsen, Ind. Plin. p. 413]. De tempore, quo consulatum [Tissot 'Fastes de la province romaine d' Afrique' Lutetiae Parisiorum 1885 p. 87: *avant 111*] et pontificatum (a. 102 fuit pontifex [C. J. L. VI 2184. 2185]) acceperit, nihil constat.

Videtur mortuus esse ante a. 138 [C. J. L. III 2864. addit. p. 1062; Teuffel l. c. p. 795 n. 3; Pernice, Labeo I p. 69; Karlowa, Röm. Rechtsgesch. I p. 697].

Homo plebeius.

36. C. CALPURNIVS CRASSVS FRUGI LICINIANVS fortasse cos. suff. a. 87.

Nominatur *consul pontifex* [Notizie degli scavi 1884 p. 394; Stevenson in 'Bull. d. Inst.' 1885 p. 23 sqq.]. Sub Hadriano necatus est [vit. Hadr. 5; Henzen, Arv. p. 180; Mommsen in 'Eph. epigr.' 1872 p. 149].

Fortasse fuit nepos M. Licinii Crassi Frugi pontificis (cf. Fast. 14 ['Bull.' l. c. p. 25]).

37. IMPERATOR NERVA CAESAR AUGUSTUS.

Natus est (M. COCCEIUS M. F. NERVA) a. 32 [Dio LXVIII 4; Eutrop. VIII 1; Eckhel VI p. 403; C. J. L. I p. 379: d. VI Id. Nov.; Giesen 'De imperatoris M. Coccei Nervae vita' Bonnæ 1865 p. 4: *die XVI m. Martii*].

Homo privatus salius Palatinus, quaestor urbanus, praetor (designatus a. 65 [Tac. ann. XV 72]), sodalis Augustalis, augur, consul I a. 71, II a. 90 factus est [Henzen 5435. Arv. p. 182; Borghesi opp. V p. 29]. Imperium suscepit d. XIV K. Oct. a. 96. Eius in omnia sacerdotia cooptationem describunt nummi a. 96 et 97 memoriae causa signati [Cohen 41. 47—51. 84. 105. Plotin. 9; Kgl. Münzkab. 1006; Borghesi opp. III p. 428 sq.; Mommsen, St.-R. II p. 1103 adn. 3]. Pontifex maximus (deest pontificatus maximus in nummo Cohen 104) nominatur d. VI Id. Oct. a. 96 [C. J. L. III dipl. 18. X 7890].

Mortuus est d. VI K. Febr. a. 98 [Dio LXVIII 4; Dierauer in 'Untersuchungen zur römischen Kaisergeschichte' (edit. a M. Büdinger) I p. 27 adn. 3; Clinton, Fast. Rom. ad a. 98; Borghesi opp. IV p. 123].¹⁵⁾

Homo patricius.

38. IMPERATOR CAESAR NERVA TRAIANUS AUGUSTUS.

Natus est (M. ULPIUS M. F. TRAIANUS) d. XIV K. Oct. a. 53 [C. J. L. I p. 379 et 402; Eckhel VI p. 411; Dierauer l. c. p. 9].

Consul a. 91. Postquam a Nerva mense Octobri (aut Novembri) anni 97 adoptatus, Caesar appellatus, consors imperii adsumptus est [Plin. panegy. 8. 9], num idem absens in collegia adscitus sit, certo non constat; verendum enim est, ne nummus: *Nerva. Traian. Caes. Germ. Ner. Aug. F. Pontifex* Tr. P. Cos. (—*Adoptio.*) non genuinus sit [Eckhel VI p. 412]. Imperator factus iam d. X K. Mart. a. 98 [C. J. L. III dipl. 19] titulum

¹⁵⁾ T. MUSTIUS C. F. HOSTILIUS FABRICIUS MEDULLA AUGURINUS inter tribunicios ab imperatore Nerva adlectus pontifex Patavii, non Romae videtur fuisse: id quod colligo ex loco, quem pontificatus in inscriptione occupat [C. J. L. V 2822. p. 268; Wilmanns 2128; Borghesi opp. VII p. 267 sqq.; Bloch 'De decretis functorum magistratuum ornamentis' Lutetiae Parisiorum 1883 p. 122 et p. 143].

pontificis maximi gessit, cum Romam nondum venisset [Cohen 337. 347. 362].

Mortuus est mense Augusto anni 117 (ante diem III Id. Aug. [vit. Hadr. 4; Clinton, Fast. Rom. ad a. 117; Schiller l. c. I p. 562 adn. 4]).

Patricius a patre [Dierauer l. c. p. 5 adn. 4].

39. Q. POMPONIUS Q. F. RUFUS.

Administravit legatus Augusti pro praetore provincias Dalmatiam a. 93 [C. J. L. III dipl. 16] et Moesiam inferiorem a. 99 [C. J. L. III dipl. 20], postea Africam, siquidem Lepti tabula est inventa [C. J. L. VIII 13; Orelli 802]. Fuit pontifex et so(dalis Augustalis?). Titulos: C. J. L. IX 2161 et 2189 qua de causa Mommsen in indice hominibus ordinis non senatorii attribuerit, ignoro; fortasse pertinent ad eundem. Anni sacerdotiorum et consulatus adhuc sunt ignoti.

Si Q. Pomponius Rufus praefectus aëae Gemellianae a. 64 [C. J. L. III dipl. 3] recte putatur pater pontificis esse, filius lato clavo donatus videtur esse [Borghesi opp. V p. 524 sq.; Mommsen, Ind. Plin. p. 422].

Homo plebeius?

40. M. APPULEIUS PROCULUS TI. CAEPIO HISPO

cos. suff. a. 98 vel 99.

[Waddington, Fast. 119; Borghesi opp. V p. 511: *suffetto nell' anno 854*; Mommsen, Ind. Plin. p. 404: *ut videtur tanquam cos. des. a. 103 vel 104*; C. J. L. VI 2222].

Fortasse post consulatum demum ad pontificatum pervenit [Orelli 3670].

Homo plebeius.

41. L. LICINIUS L. F. SURA cos. I anno incerto (98),

cos. II a. 102, cos. III a. 107.

Oriundus est ex Hispania Tarraconensi.

Propter merita bello Dacico parta circa a. 107 videtur receptus esse in collegia pontificum et sodalium Augustalium [C. J. L. II 4508. 4536 sqq. VI 1444; Borghesi opp. V p. 32 sqq.; Mommsen, Ind. Plin. p. 417; Dierauer l. c. p. 80].

Mortuus est a. 107 vel 108 [vit. Hadr. 3; Dio LXVIII 15].

Homo plebeius.

42. P. MANILIUS P. F. VOPISCUS cos. a. 114.

Pontifex flamen praetor quaestor divi Traiani Parthici tribunus militum legionis III Scythicae III vir a. a. a. f. f. salius Collinus curator fani Herculis Victoris (Tibure) [C. J. L. XIV 4242; Friedländer, Sittengesch. III p. 456 sq.].

Homo patricius.

43. (POMPONIUS PROCULUS VITRASIUS) POLLIO.

Post vigintiviratum salius (Palatinus? [C. J. L. VI 1978]), post quaesturam videtur factus esse pontifex [C. J. L. X 4639]. Equidem putem hunc fuisse patrem pontificis [Fast. 54] legationeque provinciae Lugdunensis temporibus Hadriani functum esse [Henzen 5477 adn. 6; Boissieu, Inscriptions antiques de Lyon p. 226 legatum Lugdunensem interpretatur consulem a. 166 (?) et a. 176]; neque enim fieri potest, ut ad eundem tituli C. J. L. X 4639 et VI 1540 pertineant: hoc qui honoratur, fuit III vir monetalis a. a. a. f. f., sodalis Antoninianus, pontifex, in illo magistratus IIII viri et X viri, sacerdotia saliatu et pontificatus leguntur.

Homo patricius. (A. 31 Vitrasius Pollio ordinis equestri praefectus Aegypti fuit [C. J. L. X 3871; Herzog, Galliae Narbonensis provinciae Romanae historia descriptio institutorum expositio, App. epigr. p. 157 n. 674; Dio LVIII 19; Plin. N. H. XXXVI 57; Borghesi opp. IV p. 437]).

44. D. (TERENTIUS) GENTIANUS (aut DECIMIUS GENTIANUS [Wilmanns 606]).

Fuit pontifex imperante Traiano, qui concessit, ut consulatum adipisceretur ante annum vitae tricesimum [C. J. L. III 21 b. addit. p. 967; Friedländer, Sittengesch. II p. 245]. Non recte Mommsen hunc titulum et C. J. L. III 1463 eidem attribuit (filio D. Terentii Scauriani); ille enim Gentianus, qui in inscriptione Aegyptia commemoratur, ante Traianum videtur obiisse mortem, in Dacica autem mea quidem sententia consul anni 119 significatur (Fast. 49).

Homo plebeius; tertio saeculo familia inter patricias fuit [C. J. L. VI 2144; Notizie degli scavi 1883 p. 448; Jordan, Tempel der Vesta p. 84 adn. 5].

45. T. HATERIUS NEPOS ATINAS PROBUS PUBLICIUS
MATENIANUS.

Consul pontifex triumphalibus ornamentis honoratus ab imperatore Traiano (post bellum Germanicum aut Dacicum) [Henzen 6496; Wilmanns 1249 a]. Idem videtur fuisse, qui a. 118 inter fratres Arvales nominatur [C. J. L. VI 2078; Henzen, Arv. p. 187 sq. Sed Borghesi opp. V p. 38: *avrà ... fiorito sotto Domiziano*]. Si tituli Henzen 6947 = Wilmanns 1249 b et C. J. L. III 39 ad fratrem (non ad filium) eius recte referuntur, pontifex ex ordine equestri in senatorium adlectus est [Plin. ep. V 9; Borghesi l. c. p. 39 ... *ne dedurrei l'origine dalla casa del T. Aterio cavalier romano...*]. Neque vero necesse est statuamus duos Haterios cognatione secum fuisse coniunctos: potest enim fieri, ut consul et pontifex eiusdem familiae senatoriae fuerit, cuius Q. Haterius orator [Tac. ann. IV 61; C. J. L. VI 1426].

Homo plebeius.

46. VALERIUS ASIATICUS cos. suff. circa a. 105, cos. II a. 125.

Pontifex (ante annum 125), *salius Collinus*, *praefectus urbis* (fortasse ab anno 124 usque ad annum 134), *III vir a. a. a. f. f.*, *quaestor*, *praetor*, *consul*, *proconsul Asiae* (a. 121 aut a. 122) [Waddington, Fast. 127; C. J. L. XIV 3713; Haakh in 'Real-Encycl.' (ed. ab A. Pauly) VI p. 2364 n. 143].

Homo patricius.

47. P. METILIUS P. F. SECUNDUS cos. suff. a. 123.

[Henzen, Arv. p. 192: *Consul videtur fuisse paucis annis post a. 124*; C. J. L. VIII 10114]. Fuit pontifex, frater Arvalis [C. J. L. VI 2076: *magister a. 117*; Orelli 3382]; inter *pon* et *fratri Arvali* tertium sacerdotium videtur excidisse [Marini, Atti II p. 771 sqq.; Waddington, Fast. 110].

Homo plebeius.

48. IMPERATOR CAESAR TRAIANUS HADRIANUS AUGUSTUS.

Natus est (P. AELIUS P. F. HADRIANUS) d. IX K. Febr. a. 76 [vit. 1; C. J. L. I p. 379].

Fortasse circa a. 107/108 [cf. Fast. 41] ante consulatum (cos. suff. a. 108 [Mommsen in 'Herm.' III p. 46 adn. 5. St.-R. I p. 574 adn. 4]) sodalis Augustalis et septemvir epulonum electus est [C. J. L. III 550 = C. J. A. III 464].

Adoptatus a Traiano factus est imperator d. III Id. Aug. a. 117, cum esset Syriae legatus [vit. 4; Borghesi opp. I p. 503. IV p. 164]. Tum a. 117 sine dubio reliqua sacerdotia accepit, quamquam insignia sacerdotalia non inveniuntur nisi in nummis a. 119 signatis [Cohen 454—456; Borghesi opp. III p. 429; Mommsen, St.-R. II p. 1103 adn. 3]. In locum Traiani videtur cooptatus esse frater Arvalis a. 118 mense aut Iunio aut Iulio aut Augusto [C. J. L. VI 2078. 968]. A. 117 iniiit pontificatum maximum, id quod comprobant nummi hac inscriptione: *p. m. tr. p. cos. alii, p. m. tr. p. cos. des. II alii* [Cohen 3. 4. 5. 7. 256. 262. 251. 259. 263. 264. 740 sqq. 1003 sqq.].

Mortuus est a. 138 d. VI Id. Iul. [vit. 25; Dio LXIX 38; Clinton, Fast. Rom. ad a. 138.].

Homo patricius.

49. (D.) TERENTIUS GENTIANUS cos. suff. a. 119.

Post consulatum (de censura provinciae Macedoniae: Mommsen, St.-R. II p. 416) ad pontificatum videtur pervenisse [C. J. L. III 1463]. Cum titulus a colonis Ulpiae Traianae patrono positus sit, assentior Theodoro Mommsen, qui eum filium fuisse putat D. [C. J. L. III 1443: M.] Terentii Scauriani eius qui primus legatus Traiani administravit Daciam [C. J. L. II p. 868; Dierauer l. c. p. 103 adn. 4].

Fortasse usque ad T. Antonini Pii tempora vixit [C. J. L. III 1128; vit. Hadrian. 23; Friedländer, Sittengesch. I p. 130

Homo plebeius (cf. Fast. 44).

50. L. FULVIUS C. F. ABURNIUS VALENS.

Iuris consultus, natus circa a. 100.

Cum fuit *tribunus plebis designatus candidatus Augusti* post a. 118, iam inter pontifices erat [C. J. L. VI 1421].

Commemoratur Pio imperante [vit. Anton. Pii 12], ubi pro *Salvio* scribi vult Mommsen *Fulvio* assentientibus multis hominibus doctis [Teuffel l. c. p. 819 n. 4; Karlowa l. c. I p. 709].

Homo plebeius.

51. APPIUS (ANNIUS ATILIUS BRADUA?).

Consul pontifex [Ephem. ἀρχαιολ. 1885 p. 151 sq.]. Pater fuit App. Annii Atilii Braduae consulis a. 160 et uxoris Ti. Claudii

Attici Herodis Marathonii consulis a. 143, quam maritus l. c. nominat Ἀππίαν Ἀννίαν Πηγίλλαν Ἀτιλίαν Καυκιδίαν Τερτόλλαν.

Mortuus est ante a. 160.

Homo patricius [Dittenberger in 'Herm.' XIII p. 67 sqq.; Mitth. d. archael. Inst. in Athen VI p. 310].

52. IMP. CAESAR T. AELIUS HADRIANUS ANTONINUS AUGUSTUS PIUS.

Natus est (T. AURELIUS FULVUS BOIONIUS ARRIUS ANTONINUS) a. 86 d. XIII K. Oct. [vit. 1; Orelli 1104; C. J. L. VI 10234].

Consul a. 120. Adoptatus ab Hadriano post L. Aelii Caesaris mortem a. 138 d. V K. Mart. [vit. 4], Augustus appellatus est post Hadriani obitum d. VI Id. Iul. eiusdem anni. Insignia quattuor sacerdotiorum in nummis a. 139 et 140 signatis [Cohen 93—96. 101. 102. 835. 836. 876. 877. 921; Borghesi opp. III p. 429; Mommsen, St.-R. II p. 1103 adn. 3. Itaque miror, quod in titulo Hierosolymitano [Lebas part. VI 1895] solum pontificale sacerdotium et augurale ei adscripta sunt]. Pontifex maximus factus est a. 138 (deest pontificatus maximus: C. J. L. VI 999 [cf. 998]. II 4057 — postea persaepe et in nummis et in inscriptionibus omittitur —; nominatur a. 138 pontifex maximus: Cohen 66 sqq. 574. 637; Eckhel VII p. 10; C. J. L. V 4317. IX 697). Frater Arvalis [C. J. L. VI 1000]. Flamen fratrum Arvalium electus est a. 155 in a. 156 [C. J. L. VI 2086; Henzen, Arv. p. VI].

Mortuus est a. 161 mense Martio [Clinton, Fast. Rom. ad a. 161; Peter, Zeittaf. ad a. 161: *pridie Non.*; Schiller l. c. I p. 635: d. XVI K. Apr.].

Homo patricius.

53. IMP. CAESAR M. AURELIUS ANTONINUS AUGUSTUS.

Natus est (M. ANTONINUS ANNII-VERI F.) d. VI K. Mai. a. 121 [vit. 1; C. J. L. I p. 379].

A. 129 salius cooptatus est [vit. 4]; a. 138 adoptatus a T. Antonino Pio (M. AELIUS AURELIUS VERUS (Caesar a. 139) [vit. Anton. Pii 4; vit. Marc. 5]); a. 139 cum esset quaestor,

consul in a. 140 designatus et in omnia sacerdotum collegia receptus est [vit. 6. Instrumenta sacerdotalia: Cohen 450—461 (a. 140); frater Arvalis: C. J. L. VI 1012. 2085; Bull. d. comm. archeol. com. 1886 p. 361 (a. 145)]. Pontifex maximus creatus est a. 161 [C. J. L. VI 1241. IX 309; Eph. epigr. V 297; saepissime titulus pontificis maximi deest in inscriptionibus et nummis] principatu suscepto.

Mortuus est a. 180 die XVI K. Apr. [Dio LXXI 33; Clinton, Fast. Rom. ad a. 180].

Homo patricius [vit. 1].

54. T. POMPONIUS PROCLLUS VITRASIUS POLLIO

cos. I circa a. 138; cos. II a. 176.

Tempore prioris consulatus iam inter pontifices fuit [C. J. L. X 4635; Eph. epigr. IV p. 17]. In sodalium Antoninianorum collegium post a. 176 videtur adlectus esse [Wilmanns 639 adn. 9; Orelli 3421; Herzog l. c. p. 104 n. 495; Borghesi opp. III p. 245; C. J. L. VI 1540; Hirschfeld, Verw.-Gesch. I p. 227; Arch.-epigr. Mitth. aus Österr.-Ung. X p. 184; Waddington, Fast. 142].

Vixit etiam tum Commodi imperii initio [C. J. L. VI 2010; Borghesi opp. V p. 37].

Si rectam coniecturam feci de eius patre [Fast. 43], homo patricius ipse quoque fuit [Mommsen, St.-R. I p. 555 adn. 3].

55. TI. (IULIUS) SEVERUS.

Cos. anno incerto (a. 155? Waddington, Fast. 143: *cos. suff. circa a. 140*; Bloch l. c. p. 147).

Cum Dio [LXIX 13. 14] vel Xiphilinus Ti. Severum confuderit cum S. Iulio Severo, qui Iudaeos devicit, illi recte attribui idem nomen gentile puto [Waddington l. c.; Borghesi opp. V p. 413 adn. 1].

Civis Ancyranus ut videtur, oriundus a Galatarum regibus et tetrarchis, adlectus est ab Hadriano inter tribunicios et, cum fungeretur consulatu aut paullo post, accepit pontificatum (a T. Antonino) [C. J. Gr. 4033. 4034; Arch.-epigr. Mitth. aus Österr.-Ung. IX p. 118 (=C. J. Gr. 4033): Π. Σεουήρον...; Borghesi opp. IV p. 165 sqq.; Bloch l. c. p. 75. 127. 147].

Homo plebeius.

56. P. IUVENTIUS CELSUS cos. a. 164.

Promagister collegii pontificum commemoratur a. 155 d. III Non. Nov. [C. J. L. VI 2120].

De hac familia: Boissieu l. c. p. 246 sqq.; Teuffel l. c. p. 795 n. 2; Karlowa l. c. I p. 696].

57. VELIUS FIDUS.

Pontifex a. 155 [C. J. L. VI 2120; Borghesi opp. IV p. 152; Haakh in 'Real-Encyclop.' (edit. ab A. Pauly) VI p. 2429].

58. Q. TINEIUS SACERDOS CLEMENS cos. a. 158.

Consularis patricius pontifex nominatur [C. J. Gr. 4351; Borghesi opp. III p. 64].

Filius fuit pontifex [Fast. 66].

59. M. ACILIUS M. F. GLABRIO CN. CORNELIUS SEVERUS cos. a. 152.

Salus Collinus cooptatus est post tribunatum militarem; de pontificatus tempore nihil constat [C. J. L. XIV 4237].

Homo patricius.

60. M. PONTIUS M. F. LAELIANUS LARCIUS SABINUS cos. a. 163.

Pontifex, sodalis Antoninianus Verianus (post a. 169), fetialis [C. J. L. VI 1497. III 774 = 6182; Borghesi opp. V p. 36].

Homo plebeius.

61. IMP. CAESAR L. AURELIUS VERUS AUGUSTUS.

Natus est (L. CEIONIUS COMMODUS VERUS) circa a. 127 d. XVIII K. Ian. [vit. 1. 11; C. J. L. I p. 379; Eckhel VII p. 87 adn. 130].

Adoptatus a. 138 ab Antonino [vit. 2; vit. Anton. Pii 4]. A. 154 consul augur (L. AELIUS AURELIUS COMMODUS [C. J. L. X 5051]); a. 161 a M. Aurelio imperii particeps factus [vit. Marc. 7; vit. Ver. 3. 4]. Dubitare non licet, quin statim in collegia sacerdotalia ea, in quibus nondum esset, cooptatus sit [Eckhel l. c. p. 96]: pontifex [C. J. L. VI 991. VIII 4591 (a. 164/165). 4644; deest haec dignitas — id quod est mirum — C. J. L. VI 1021 (a. 163). 1022 (a. 166); frater Arvalis [C. J. L. VI 1021 (a. 163)].

Mortuus est a. 169 secundum nummos et titulos (*tr. pot. VIII*), quamquam Iulius Capitolinus [vit. Ver. 11] et Eutropius [VIII 10] penes eum per undecim annos fuisse imperium tradunt [Schiller l. c. I p. 647; Clinton, Fast. Rom. ad a. 169].

Homo patricius.

62. CN. CLAUDIUS SEVERUS.

Consul bis, pontifex [C. J. Gr. 4154]. Borghesi [opp. V p. 430] verborum γαμβρὸν Καίσαρος Μ. Ἀδρηλίου Ἀντωνείνου Σεβήρου ultimo in Σεβαστοῦ correcto consullem annorum 163 et 173 putat esse intellegendum: quae coniectura probatur ab Iosepho Klein et Leone Renier [Borghesi opp. III p. 247 adn. 7].

Homo patricius?

63. Q. POMPEIUS Q. F. SENECEO SOSIUS PRISCUS

cos. a. 169.

Fuit salius Collinus [C. J. L. X 6322. VI 1491], pontifex (ante praeturam), sodalis Antoninianus (Verianus) post a. 169 [Marquardt, St.-V. III p. 472 adn. 6; Eph. epigr. III p. 214], sodalis Hadrianalis, salius in municipio Tibure [C. J. L. XIV 3609 = Wilmanns 1194; C. J. L. X 3724; Notizie degli scavi 1878 p. 239].

Mortuus est a. 180 annos LXII menses VIII dies XIV natus [C. J. L. VI 1490; Borghesi opp. VIII p. 364 sqq. C. J. L. VIII 7066; Waddington, Fast. 156].

Homo patricius: pater (XV vir s. f.) fuit plebeius [C. J. L. X 6321; Plin. ep. I 23].

64. L. ANNIUS L. F. RAVUS.

Cos. suff. anno incerto.

Ex collegio saliorum Palatinorum est exauguratus a. 170 [C. J. L. VI 1978], quod, ut mihi quidem videtur, pervenerat ad pontificatum ante quaesturam [C. J. L. VI 1339]: aliter Renier, *Mélanges d'épigraphie* p. 34 sqq. iudicavit putans Ravum coactum esse cum dedecore exire ex hoc collegio, sibi conflasse invidiam imperatoris M. Aurelii, tum a Commodo Augusto paullo ante quaesturam (circa a. 180/181) ad pontificatum esse admissum. Neque vero inest in verbo exaugurandi hic sensus [Merklin l. c. p. 126] et recte dicit Borghesi [opp. III p. 22]: *non se gli*

ricorderebbe un' onorificenza che almeno cinque anni innanzi aveva perduta ignominiosamente.

Homo patricius [C. J. L. VI 2010].

65. IMP. CAESAR M. AURELIUS COMMODUS ANTONINUS
AUGUSTUS.

Natus est (L. AELIUS AURELIUS COMMODUS) pridie K. Sept. a. 161 [vit. 1; Zürcher in 'Untersuch. z. röm. Kaiser-gesch.' (edit. a M. Büdinger) I p. 352].

Caesar appellatus d. IV Id. Oct. a. 166 [vit. 1. 11], in omnia collegia sacerdotalia assumptus est a. 175 d. XIII K. Invictas (= XIII K. Oct.) [vit. 1. 12; vit. M. Antonin. 16; insignia sacerdotiorum inveniuntur in nummis: Cohen 401—406. 599. 694. 599 cum *pontif.*; Eckhel VII p. 102; Clinton, Fast. Rom. ad a. 175; Borghesi opp. III p. 430]. Togam virilem sumpserat Non. Iul. a. 175 [vit. M. Antonin. 22; vit. Commod. 2. 12]. Pontifex maximus creatus est a. 180 post M. Aurelii mortem. Neque enim Iosephi Eckhel [VII p. 137] aut Gustavi Wilmanns [955 adn. 4] sententiam statuentium eum labente a. 183 hoc summum sacerdotium accepisse comprobo. Primum inde, quod priore loco tabulae actorum fratrum Arvalium [C. J. L. VI 2099; d. III Non. Ian. a. 183] abest pontificatus maximus, posteriore non item, colligere non licet Commodum d. III Non. Ian. nondum fuisse pontificem maximum: non semper omnes imperatorum tituli enarrantur [cf. C. J. L. VI 2037. 2056. 2067. 2078]; neque est, quod posteriore loco (d. VII Id. Ian.) quadratarii errorem subesse arbitremur. Deinde quod pontificis maximi titulus in nummis inscriptionibusque ab anno demum 184 invenitur, meae sententiae non refragatur: nam omittitur pontificatus maximus ex temporibus Pii saepissime, sic a. 184 et postea [Cohen 913 sqq. 940 sqq. 983. 702. 730]. Denique ante a. 184 re vera Commodum summo sacerdotio functum esse demonstrant et inscriptiones et nummi [C. J. L. II 1725 (a. 182); Eph. epigr. V 1180 (a. 180/181), quamquam tribunicia potestas V et consulatus III non quadrant. IV 42 (a. 181 vel 182); Cohen 415 sqq.; de tribunicia potestate: Mommsen, St.-R. II p. 801 adn. 2].

Interfectus est pridie K. Ian. anni 193 [vit. 17; Dio LXXII 22; Zürcher l. c. I p. 249].

Homo patricius.

66. Q. TINEIUS Q. F. RUFUS cos. a. 182.

Salius Palatinus factus est a. 170 [C. J. L. VI 1978];
exiit ex collegio a. 178 [l. c. 1979], quod cooptatus erat inter
pontifices [C. J. Gr. 4351; C. J. L. X 3683; Borghesi opp.
III p. 63 sq.].

Homo patricius.

Pater fuit pontifex [Fast. 58].

67. CINGIUS SEVERUS.

Pontificatus eius commemoratur a. 193 [vit. Commod. 20].
Nescio an hic sit ille Cincius Severus, quem imperator Septimius
Severus a. 197 interfecit [vit. 13; Noeldechen in 'Histor. Taschenb.'
1888 p. 184; a. 205 occisus post mortem Plautiani; Tissot l. c.
p. 123; proconsul Africae inter 180/190].

Homo plebeius.

68. Q. VIBIUS EGNATIUS SULPICIUS PRISCUS.

Consularis, pontifex, flamen divi Severi [C. J. L.
V 7783].

Mortuus est post a. 211.

Homo patricius [Eph. epigr. III p. 223; Marquardt, St.-V.
III p. 474].

69. M. VALERIUS BRADUA MAURICUS cos. a. 191.

Pontifex, sodalis Hadrianalis [C. J. L. V 7783. VI
1343. 1541]. Proconsul Africae temporibus Severi et Cara-
callae [Marini, Atti p. 181; Tissot l. c. p. 140].

Homo patricius?

70. IMP. CAESAR P. HELVIUS PERTINAX AUGUSTUS.

Natus est (P. HELVIUS PERTINAX) a. 126 K. Aug. [vit.
15; C. J. L. I p. 379; Eckhel VII p. 140 sqq.].

Consul a. 175 et a. 192. Cum a. 193 Id. Ian. frater Arvalis in
Commodi locum sit cooptatus [C. J. L. VI 2102], eodem fere die
in omnia collegia allectum eum esse conicio [inter sodales
Augustales: C. J. L. VI 1992. XIV 2396; Borghesi opp. III
p. 429 de primo imperii die videtur cogitare]. Itaque pontifi-
catus maximus in tabula Arvali supplendus non est: deest in
nummis et inscriptionibus [Cohen 1 sqq. 25; C. J. L. VIII 8425.

10238. 10242]. Fortasse mense Februario [C. J. L. II 4125 d. III Id. Febr. abest] vel Martio [Orelli 896: d. XIV K. Apr. ades pontificatum maximum suscepit [Cohen 23. 38].

Occisus est a. 193 d. V K. Apr. [vit. 15; Dio LXXIII 10]
Homo patricius.

71. IMP. CAESAR M. DIDIUS SEVERUS IULIANUS AUGUSTUS

Natus est a. 133 mense Ianuario [Dio LXXIII 17; vit. 9; Eckhel VII p. 147 sqq.].

Homo privatus sodalis Antoninianus et consul a. 175 factus est [C. J. L. VI 1401]. Post Pertinacis mortem imperator a senatu appellatus [vit. 3; Dio LXXIII 11 sqq.] pontificatum maximum iniit [Cohen 8. 12. 13; Kgl. Münzkab. 1029].

Occisus est K. Iun. a. 193 [Dio LXXIII 17; vit. 8].

Ex plebeio patricius a. 193 factus [vit. 3].¹⁴⁾

72. IMP. CAESAR L. SEPTIMIUS SEVERUS PIUS PERTINAX
AUGUSTUS.

Natus est (L. SEPTIMIUS SEVERUS) d. III Id. Apr. a. 146 Dio LXXVI 17; C. J. L. I p. 379; vit. 1: VI idus Apriles; Höfner l. c. p. 32 sqq.; Eckhel VII p. 166 sqq.].

Consul a. 190. Frater Arvalis commemoratur: C. J. L. VI 1026. Pontifex maximus post K. Iun. a. 193 factus est [C. J. L. V 4317. VIII 1170. VI 1074: *pontifex et Parthicus maximus*; per errorem *pontifex* solum nominatur Cohen 374. 567—570; deest pontificatus maximus in nummis (a. 194) et inscriptionibus (C. J. L. VI 1034)].

Mortuus est a. 211 pridie Non. Febr. [Dio LXXVI 15].

A. 193 inter patricios adlectus est [vit. 3].

¹⁴⁾ C. PESCENNIO NIGRO aut D. CLODIO ALBINO, quorum a legionibus alter in Syria, alter in Britannia a. 193 electus erat imperator, honores sacerdotales non sunt decreti [Eckhel VII p. 152 sqq.; Borghesi opp. III p. 432], quamquam hic a. 193 a Severo factus Caesar [vit. Sever. 6; vit. Alb. 1; Herod. II 15; Zonar. XII 17; in nummis: *Augustus*] titulum pontificis maximi usurpans nummis impressit [Cohen Alb. 19; Höfner, Untersuchungen zur Geschichte des Kaisers L. Septimius Severus und seiner Dynastie I p. 78 sqq.].

73. IMP. CAESAR M. AURELIUS SEVERUS ANTONINUS PIUS
FELIX AUGUSTUS.

Natus est (BASSIANUS) a. 188 pridie Non. Apr. [Dio LXXVIII 6; vit. 6. 7; Eckhel VII p. 199 sqq.; Höfner l. c. p. 43 sqq. et p. 263].

A. 196 aut 197 Caesar nominatus (AURELIUS ANTONINUS [vit. Sever. 10; Höfner l. c. p. 190 et 259]) in omnia collegia sacerdotalia ex senatus consulto supra numerum a. 197 cooptatus est [C. J. L. VI 1984. 2009; insignia sacerdotiorum: Cohen 53. 54. 582-588; Kgl. Münzkab. 1077; Fröhner, Les médailles de l'empire romain p. 162; Catalogue of the Roman Coins in the British Museum Londinii 1874 p. 35; Borghesi opp. I p. 351. III p. 431; Mommsen, St.-R. II p. 1105 adn. 3; interdum *pontifex* in nummis et inscriptionibus appellatur: Cohen l. c. et 180; C. J. L. VI 1074. X 5909; frater Arvalis: C. J. L. VI 1053; Höfner l. c. p. 260], fortasse postquam Romam rediit mense Iunio [vit. Sev. 14; Schiller l. c. I p. 718]; a. 201 togam virilem sumpsit [vit. Sev. 16; Borghesi opp. III p. 432]; a. 202 consul; a. 211 post patris mortem pontifex maximus factus est [C. J. L. VI 1062; Cohen 84. 86. 186. 193. 640].

Occisus est a. 217 d. VI Id. Apr. [Dio LXXVIII 5; vit. 6. 7].

Homo patricius.

74. IMP. CAESAR P. SEPTIMIUS GETA PIUS AUGUSTUS.

Natus est Geta a. 189 d. VI K. Iun. [vit. 3; Höfner l. c. p. 45 sqq.; Eckhel VII p. 227 sqq.].

A. 198 Caesar (ANTONINUS [vit. 5; vit. Sever. 16; Höfner l. c. p. 265]) et sacerdos omnium collegiorum factus (insignia sacerdotalia: Cohen 187. 188. 190. 191; *pontifex*: l. c. 97. 98. 156. 181 sqq.; Zeitschr. f. Numismat. (edit. ab A. v. Sallet) XIII p. 129; C. J. L. VIII 9035 et add. p. 974); circa a. 202 togam virilem sumpsit [vit. Sever. 14]; consul a. 205 et 208.

Interfectus est a. 212 [Clinton, Fast. Rom. ad a. 212: *in February*].

Homo patricius.

75. M. NUMMIUS UMBRIUS PRIMUS M. F. SENECIO
ALBINUS cos. a. 206.

Salius Palatinus cooptatus est a. 191 [C. J. L. VI 1980], exiit ex hoc collegio a. 199 pontifex factus ante quaesturam

circa quinque et viginti annos natus [C. J. L. VI 1982. II 3741. V 4347. VI 1475; Borghesi opp. IV p. 510 sq. V p. 493].

Homo patricius.

76. L. FULVIUS L. F. GAVIUS NUMISIUS PETRONIUS ·
AEMILIANUS cos. a. 206.

Salius Collinus; pontifex electus ante quaesturam, quam gessisse eum puto propter numerum plurativum *Augg.* in C. J. L. VI 1422 traditum a. 198 [Renier, *Mélanges d' épigr.* p. 16: *salius après avoir exercé les fonctions de triumvir monétaire, pontifex avant sa questure ou plutôt pendant qu' il était questeur*]. Cum dedicatus est titulus C. J. L. VI 1422 — fuit praetor tutelarius candidatus Augustorum —, vicibus promagistri videtur functus esse in pontificum collegio. Eiusdem hominis est Lugdunensis inscriptio [Mommsen in 'Ann. d. Inst.' 1853 p. 69 sqq.; Borghesi opp. VIII p. 602. 217], ubi praeterea sodalis Flavialis nominatur, quod sacerdotium eum accepisse Mommsen arbitratur eo tempore, quod inter duos illos titulos compositos interiacet. In hoc marmore Lugdunensi Boissieu [l. c. p. 485] et Mommsen suppleverunt *pontifici* solum, non *pontifici promagistro*, quod voluit Borghesi [opp. IV p. 309 sqq.].

Homo patricius. (Cf. Fast. 77).

77. L. FULVIUS GAVIUS (NUMISIUS PETRONIUS CERVIDIUS)
AEMILIANUS.

Incertum est, num post consulatum [C. J. L. X 3856] sacerdotii alicuius mentio (frater Arvalis aut fetialis [Renier l. c. p. 22. 40]) evanuerit. Pontificatu videtur honoratus esse ab imperatore Severo Alexandro praetorius, postquam dilectum habuit per regionem Transpadanam [Mommsen, St.-R. II p. 850 adn. 3]. Cum Severus Alexander nominetur *optimus* in titulo, Fulvius consul ante eius mortem fuit. Num cognatione secum fuerint coniuncti hic pontifex et consules annorum 206. 244. 249, nescio [Borghesi opp. IV p. 278 sqq. VII p. 378. VIII p. 603]. Tituli autem: C. J. L. VI 1422 (cf. Fast. 76) et X 3856 quin eidem attribuendi non sint, non dubito, quamquam negat Mommsen [ad C. J. L. VI l. c.; in 'Ann. d. Inst.' 1853 p. 70; Eph. epigr. I p. 138]. Nam si in titulo Campano — omitto, quomodo is sit restituendus — cursus honorum ordine temporis servato enarratus est, Fulvius post

praetoram pontificatum accepit; tituli autem urbanus et Lugdunensis eum ante quaesturam pontificem factum esse et tempore praeturae iam pro magistro fuisse probant. Sin autem in illa inscriptione pontificatus non suo loco inter honores relatus, sed praeter temporis ordinem post consulatum positus est [Renier l. c.], qua de causa duo sacerdotia, quorum mentio fit in his, aut alio loco exhibita aut plane neglecta sunt?

Homo patricius [Borghesi opp. IV p. 301 adn. 5].

78. C. FULVIUS C. F. PLAUTIANUS cos. II a. 203.

Ornamenta consularia accepit a. 202 (= cos. I [Hirschfeld, Verw.-Gesch. I p. 230 n. 58]). Ex Africa oriundus [Herod. III 10, 6], praefectus praetorio regnante Septimio Severo fuit; a. 202 in ordinem senatorium adlectus (clarissimus vir [Herod. III 11, 2: ἡμπίεστο γὰρ τὴν τε πλατύσημον ἐσθῆτα; Mommsen, St.-R. II p. 866 adn. 3]) et pontificatu ornatus est [C. J. L. VI 1035. 1074. III 6075. V 2821].

Interfectus est d. XI K. Febr. [a. 203: Höfner l. c. p. 292; Eckhel VII p. 224; Clinton, Fast. Rom. ad a. 203] a. 205 [Bormann in 'Bull. d. Inst.' 1867 p. 218; Schiller l. c. I p. 731].

79. C. IULIUS C. F. GALERIUS ASPER cos. a. 212.

Sodalis Augustalis inter praetoram et consulatum [C. J. L. XIV 2505—2513] et pontifex [Notizie degli scavi 1887 p. 72 et p. 141] vel ipso anno 212 vel postea videtur factus esse. Pater bis consul et praefectus urbi [C. J. L. XIV 2514. 2515; Notizie l. c.], filius VII vir epulorum et lupercus fuit.

Homo plebeius; itaque puto Asprum eum, qui a. 201 flamen proditus exiit ex saliorum Palatinorum collegio [C. J. L. VI 1982. 1983], non patrem pontificis fuisse [Borghesi opp. VII p. 94 sqq.].

80. C. OCTAVIUS APPIUS SUETRIUS SABINUS cos. a. 214.

Fuit pontifex et augur [Mommsen in 'Eph. epigr.' I p. 137 haec dicit: *Sacerdotia haec quo tempore Sabinus adeptus sit cum ignoremus, hic iis locum dedimus post consulatum*; C. J. L. VI 1476. 1477. X 5178. 5398; Borghesi opp. V p. 395; Desjardins in 'Rev. archéol.' XXVI p. 65 sqq. et p. 171 sqq.; Henzen, Arv. p. 193; Hirschfeld, Verw.-Gesch. I p. 119 adn. 3].

Homo plebeius.

81. Q. POMPEIUS FALCO SOSIUS PRISCUS.

Pontifex, salius, quaestor candidatus imperatoris M. Aurelii Antonini [C. J. L. XIV 2803. VI 1490].

Fuit pronepos pontificis [Fast. 63], fortasse nepos Q. Sosii Falconis cos. a. 193.

Homo patricius.

82. IMP. CAESAR M. OPELLIUS SEVERUS MACRINUS PIUS FELIX AUGUSTUS.

Natus est a. 164 [Dio LXXVIII 40; Eckhel VII p. 236 sqq.].

Scriba pontificius [vit. 7]; a. 212 fuit praefectus praetorio dignitate viri clarissimi praeditus [Henzen 5512]. Post Caracallae mortem a. 217 imperator factus pontificatum maximum iniit ipso imperii die [vit. 7; Dio LXXVIII 11; Herod. IV 14; C. J. L. VIII 4598; Cohen 30. 69—81. 120. 142]; tum (fortasse mense Aprili a. 217) in collegia sacerdos cooptatus est [C. J. L. VI 1984. 2009].¹⁵⁾

Interfectus est a. 218 post d. VI Id. Iun. [Dio LXXVIII 39 sq.].

A. 217 inter patricios adlectus est [vit. 7; Dio LXXVIII 17].

83. M. OPELLIUS ANTONINUS DIADUMENIANUS CAESAR.

Natus est a. 208 d. XIII K. Oct. [vit. 5; Dio LXXVIII 34; Eckhel VII p. 240].

Clarissimus puer [Henzen 5513]; a. 217 Caesar factus est [Schiller l. c. I p. 757 adn. 1; C. J. L. II 4789; Bull. d. Inst. 1884 p. 153]. In collegia sacerdotalia cooptatus est una cum patre [C. J. L. VI 2009; Borghesi opp. III p. 432].

Interfectus est cum patre a. 218 [vit. 2. 8; Dio LXXVIII 41; Herod. V 4].

Homo patricius inde ex a. 217 [Dio LXXVIII 17].

84. IMP. CAESAR M. AURELIUS ANTONINUS PIUS FELIX AUGUSTUS.

Natus est (VARIUS HELIOGABALUS) circa a. 205 [Dio LXXVIII 31; Herod. V 5, 1; Eckhel VII p. 244].

¹⁵⁾ Macrinus igitur factus est pontifex maximus, quamquam pontifex non erat (cf. adn. 5).

D. XVII K. Iun. a. 218 Emesae a militibus imperator renuntiatus [Dio l. c.; Herod. V 3, 12; vit. Macr. 9] post Macrini mortem Romae a senatu comprobatus statimque factus est pontifex maximus [Dio LXXIX 2; vit. 1; Cohen 125—133. 222—228; per errorem *pontifex* solum nominatur: Cohen 238—241; *pontifex maximus* d. III K. Iun.: C. J. L. VI 2104]. In sacerdotia cooptatus est partim pridie Id. Iul. a. 218 [C. J. L. VI 2001. 2009], partim iam ante hunc diem [C. J. L. VI 2104; Henzen, Arv. p. CCVI adn. 15; Borghesi opp. III p. 422 sqq.; Mommsen, St.-R. II p. 1104 adn. 2]. Praeterea hos titulos, qui anteponebantur pontificatui maximo in inscriptionibus (excepta inscriptione C. J. L. VI 3839), gessit: *sacerdos amplissimus et invictus dei Solis Elagabali* [C. J. L. III dipl. 50. VIII 4440], *sacerdos amplissimus dei invicti Solis Elagabali* [Eph. epigr. II p. 464 sqq.; C. J. L. X 5827], *sacerdos dei Solis Elagabali* [Cohen 246 sqq.], *sacerdos amplissimus* [C. J. L. VI 3839], *invictus sacerdos* [Cohen 58 sqq.; Eckhel VII p. 249 sqq.], *summus sacerdos* [Cohen 276. 277], ἀρχιερεὺς τοῦ Ἐλεαγγαβάλου [Zonar. XII 14; Dio LXXIX 11; vit. 1]. In nummis nunquam utrumque sacerdotium occurrit coniunctum.

Interfectus est mense Martio a. 222 [Dio LXXIX 3. 20; Eckhel VII p. 252; Clinton, Fast. Rom. ad a. 222 et Loehrer 'De C. Iulio Vero Maximino Romanorum imperatore' Monasterii 1883 p. 34: mense Februario].

Homo patricius.

85. IMP. CAESAR M. AURELIUS SEVERUS ALEXANDER
PIUS FELIX AUGUSTUS.

Natus est circa a. 205 K. Oct. [vit. 5. 13. 60; Orelli 1104; C. J. L. I p. 379; Eckhel VII p. 267 sq.].

A. 221 nobilissimus Caesar d. VI Id. Iul. cooptatus est in omnia collegia [C. J. L. VI 2001. 2009; *pontifex*: Cohen 458. 459; insignia sacerdotiorum: Cohen 198. 199; Borghesi opp. III p. 437; cf. Herod. V 7]. Consul a. 222. Pontificatum maximum simul cum principatu suscepit [vit. 1. 6. 8. 56; Loehrer l. c. p. 34; C. J. L. II 1533; Cohen 201—227]; sacerdos urbis [Cohen 527; Eckhel VII p. 270].

Interfectus est mense Martio a. 235 [Clinton, *Fast. Rom.* ad a. 235; Loehrer l. c. p. 36 et 44: *d. X mens. Febr.*; Schiller l. c. I p. 783 adn. 3 et p. 943].

Homo patricius.

86. C. FURIUS OCTAVIANUS.

Consul pontifex [C. J. L. VI 1423]. A. 223 in albo decurionum Canusinorum inter patronos clarissimos viros commemoratur [C. J. L. IX 338 1, 12; Borghesi opp. III p. 121; de Rossi, *Roma sotteranea* II p. 139 sqq.].

87. L. TI. CLAUDIUS AURELIUS QUINTIANUS cos. a. 235.

Pontifex [C. J. L. X 3850; Borghesi opp. III p. 442. V p. 435 sqq.].

Homo patricius.

Klein [l. c. ad a. 235] huic pontifici adsignat titulum C. J. L. V 3223 c. add. p. 1074, ubi Quintiani hominis patricii [Dessau in *'Eph. epigr.'* III p. 225], consulis, flaminis Augustalis, proconsulis, pontificis, sodalis Aureliani Antoniniani mentio fit.

88. IMP. CAESAR C. IULIUS VERUS MAXIMINUS PIUS FELIX AUGUSTUS.

Pontificatum maximum accepit cum reliquis titulis imperatoriis mense Martio a. 235 post Alexandri mortem [Eckhel VII p. 290 sq.; Cohen 43 sqq.; *Eph. epigr.* V 75. 76; Loehrer l. c. p. 36; deest haec dignitas C. J. L. VI 1085; *Eph. epigr.* IV 444]. A. 235 d. VIII K. Apr. in collegia sacerdotalia cooptatus est [C. J. L. VI 2001. 2009].

Occisus est a. 238 [Eckhel VII p. 295: *medio Maio*; Clinton, *Fast. Rom.* ad a. 238: *slain in the beginning of May*; Loehrer l. c. p. 36: *d. XI mens. Iun.*; Schiller l. c. I p. 795].

Homo patricius.

89. C. IULIUS VERUS MAXIMUS CAESAR.

A. 235 Caesar [vit. 8]; a. 236 sacerdos cooptatus in omnia collegia supra numerum [C. J. L. VI 2001. 2009; insignia sacerdotiorum: Cohen 1—9; Kgl. Münzkab. 1035].

A. 238 (Augustus iam fuit [Schiller l. c. I p. 795 adn. 2]) cum patre mortem occubuit XXI aut XVIII annos natus [vit. Maxim. 27; Eckhel VII p. 297 sq.].

Homo patricius.

90. et 91. IMPP. CAESARES MARCI ANTONII GORDIANI
PII FELICES AUGUSTI (pater et filius).

De nominibus: v. Sallet in 'Zeitschr. f. Numismat.' (edit. ab A. v. Sallet) VII p. 139 sqq.; Mommsen ibid. VIII p. 27 sq.; Thédenat in 'Rev. archéol.' XL p. 284 sqq.; Eph. epigr. V 342; Schiller l. c. I p. 788 adn. 3].

Pater fuit consul a. 213, proconsul Africae a. 238 [vit. 2; Tissot l. c. p. 168].

Filius fuit consul a. 229, legatus patris a. 238 [vit. 18].

Uterque a. 238 simul a senatu Augustus et pontifex maximus factus est [Clinton, Fast. Rom. ad a. 238: *proclaimed in February*; Eckhel VII p. 293 sqq.; Borghesi opp. V p. 227 et p. 490: *mense Martio*; Loehrer l. c. p. 43: *die II mens. Apr.*; etiam filium pontificatum maximum suscepisse postea explicabo [Cohen 4]. Tum simul in omnia collegia sacerdotum cooptati sunt [C. J. L. VI 2009; insignia sacerdotalia in nummo aeneo filii (Cohen 3) inveniuntur].

Pater se suspendit, filius pugna cecidit XX aut XXII diebus postquam principatum adepti erant [Clinton, Fast. Rom. l. c.: *slain in March*; Borghesi opp. V p. 490; Loehrer l. c.].

Homines patricii.

92. IMP. CAESAR M. CLODIUS PUPIEN(I)US MAXIMUS
AUGUSTUS.

93. IMP. CAESAR D. CAELIUS CALVINUS BALBINUS
AUGUSTUS.

A. 238 eodem die [Clinton, Fast. Rom. l. c.: *appointed in March*; Borghesi opp. V p. 490; Schiller l. c. I p. 790: d. VII Id. Iul.; sed cf. C. J. L. VI 2113] imperatores agniti susceperunt pontificatum maximum [vit. 8; Cohen Pupien. 26—31. Balbin. 18—22; C. J. L. VIII 10342. 10343. 10365]; tum facti sunt sacerdotes omnium collegiorum.

Occisi sunt a. 238 [Eckhel VII p. 294. 305: *exeunte Iulio*; Clinton, Fast. Rom. l. c.: *slain about the middle of Iune*; Schiller l. c. I p. 796 adn. 3: *mense Augusto*; C. J. L. VI 2113].

Homines patricii.

94. IMP. CAESAR M. ANTONIUS GORDIANUS PIUS FELIX AUGUSTUS.

Natus est d. XIII K. Febr. [C. J. L. I p. 379; Orelli 1104] a. 222 aut a. 225 aut a. 227 [vit. 22; vit. Max. et Balb. 3].

Caesar nominatus est a. 238 eodem die, quo Pupienius et Balbinus Augusti [vit. Max. et Balb. 3. 8. 9; vit. Maxim. 16. 20; vit. Gordd. 22; C. J. L. VIII 10342]. Statim sacerdos omnium collegiorum cooptatus est (insignia sacerdotiorum: Cohen 182. 183; frater Arvalis: C. J. L. VI 1093). Imperator et pontifex maximus factus est post mortem Pupienii et Balbini [Clinton, Fast. Rom. l. c.: *proclaimed about the middle of Iune*; C. J. L. VI 2113. 1088 sqq. III 4820. V 3112].

Occisus est a. 244 [Clinton, Fast. Rom. ad a. 244: *slain between Feb. 24 and March 14*; Schiller l. c. I p. 800 adn. 6].

Homo patricius.

95. IMP. CAESAR M. IULIUS PHILIPPUS PIUS FELIX AUGUSTUS (pater).

Imperator et pontifex maximus factus post Gordiani mortem [Borghesi opp. IV p. 282; Cohen 113. 243—245; C. J. L. VI 1097. VIII 10049. 10077; per errorem *pontifex* (pro: *pontifex maximus*) nominatus: Cohen 160]. Sacerdos omnium collegiorum.

Occisus est a. 249 [Borghesi opp. IV p. 284; Clinton, Fast. Rom. ad a. 249: *between Sept. 1 and Oct. 16*].

Homo patricius.

96. IMP. CAESAR M. IULIUS PHILIPPUS PIUS FELIX AUGUSTUS (filius).

A. 244 Caesar [Aur. Vict. Caess. 28; Oros. VII 20] et sacerdos omnium collegiorum (insignia sacerdotiorum: Cohen 30—32), a. 247 imperator Caesar Augustus et pontifex maximus factus est [C. J. L. III dipl. 53. V 4056. X 3335; Eph. epigr. IV 647; Cohen 35].

Occisus est paullo post patrem [Aur. Vict. Caess. [agens 28
fite annu*m* XII [Aur. Vict. epit. 28].

Homo patricius.

De Philippis duobus cf. quae exposuit Mommsen in 'Zeitschr.
v. Numismat.' (edit. ab A. v. Sallet) VI p. 412 sqq.

97. IMP. CAESAR C. MESSIUS QUINTUS TRAIANUS DECIUS
PIUS FELIX AUGUSTUS.

A. 249 post mortem Philipporum imperator agnitus et
pontifex maximus factus est [Borghesi opp. IV p. 285; Schiller
l. c. I p. 803 adn. 4; C. J. L. III dipl. 56: *a. d. V K. Ian.*;
Bull. d. comm. archeolog. com. 1881 p. 10]. Sacerdos omnium
collegiorum (insignia sacerdotalia: Cohen 101).

Bello Gothico interfectus est a. 251 [Clinton, Fast. Rom. ad
a. 251: *before the end of this year*; Schiller l. c. I p. 807 adn. 1].

Homo patricius.

98. IMP. CAESAR Q. HERENNIUS ETRUSCUS MESSIUS
DECIUS AUGUSTUS.

A. 249 Caesar [Aur. Vict. Caess. 29. epit. 29; Eutrop. IX
4; Oros. VII 21] et sacerdos omnium collegiorum (sacer-
dotiorum insignia: Cohen 14—16; Eckel VII p. 348 sqq.). Imp.
Caesar Augustus et pontifex maximus factus a. 251 [Klein
l. c. ad a. 251: *posteriore parte anni*; C. J. L. VI 1101 (1100);
Cohen 7. 16. 18. 19. 37. 41; per lapicidae errorem titulus pon-
tificis maximi filio tributus est, patri non item in inscriptione
C. J. Gr. 2743 = Lebas, part. V 1624 (a. 250)].

Interfectus est una cum patre.

Homo patricius.

99. IMP. CAESAR C. VALENS HOSTILIANUS MESSIUS
QUINTUS AUGUSTUS.

A. 249 fortasse post fratrem [de Rossi in 'Bull. d. Inst.'
1852 p. 15 sqq. et p. 132; Mommsen *ibid.* 1865 p. 27 sqq.;
Schiller l. c. I p. 805 adn. 1] Caesar et sacerdos omnium
collegiorum factus est (insignia sacerdotalia: Cohen 18. 25.
26); a. 251 post patris mortem Augustus cum Treboniano Gallo
[Zosim. I 25; Aur. Vict. Caess. 30; Eutrop. IX 5] et pontifex
maximus dictus est [C. J. L. VI 1102; Cohen 7. 8. 22. 24. 29. 42].

Ante finem anni pestilentia abreptus est [Clinton, *Fast. Rom.* a. 252; Zosim. I 26; Iordan. XIX 104; Aur. Vict. et Entrop. II. cc.].

Homo patricius.

**100. IMP. CAESAR C. VIBIUS TREBONIANUS GALLUS
PIUS FELIX AUGUSTUS.**

A. 251 imperator et pontifex maximus post Decii mortem (simul cum Hostiliano [Eckhel VII p. 354: *circiter exeunte Novembri*; Borghesi opp. VIII p. 337 sqq.; C. J. L. VI 1104 et p. 844. VIII 10046. 10292; Eph. epigr. V 1093; Cohen 91. Aemil. 38]. Sacerdos omnium collegiorum.

Interfectus est a. 253 [Clinton, *Fast. Rom.* ad a. 254: *about February*; ante d. XI K. Nov. a. 253: Wilmanns 1022 adn. 1; Schiller l. c. I p. 810 adn. 2].

Homo patricius.

**101. IMP. CAESAR C. VIBIUS AFINIUS GALLUS
VELDUMNIANUS L. VOLUSIANUS PIUS FELIX AUGUSTUS.**

De nominibus: Borghesi opp. III p. 490. V p. 278.

A. 251 Caesar [Aur. Vict. Caess. 30; Entrop. IX 5] et sacerdos omnium collegiorum (insignia sacerdotalia: Cohen 90) post Decii mortem, Augustus [Aurel. Vict. epit. 30; Zosim. I 24] et pontifex maximus Hostiliano mortuo factus est [Eckhel VII p. 366; Clinton, *Fast. Rom.* ad a. 252: *Volusianus was still Caesar at Jan. 1 A. D. 252*; C. J. L. VI 1104 et p. 844. VIII 10046. 10292; Eph. epigr. II 760; Cohen Treb. et Volus. 8. Volus. 91—97].

Occisus est a. 253 una cum patre.

Homo patricius.

102. . . . B. POMPONIUS BASSUS cos. a. 258 et a. 271.

Promagister pontificum collegii [C. J. L. VI 3836; de Rossi, *Roma sotterranea* II p. 282; Mommsen in 'Eph. epigr.' I p. 139].

Homo patricius (τοῦ γένους λαμπροῦ).

**103. IMP. CAESAR M. AEMILIUS AEMILIANUS PIUS FELIX
AUGUSTUS.**

Imperator et pontifex maximus a. 253 [Eckhel VII p. 371: *circiter exeunte Augusto*; Clinton, Fast. Rom. ad a. 254; Schiller l. c. I p. 810 adn. 4; C. J. L. X 8011. 8012; Archaeol.-epigr. Mitth. aus Österr.-Ung. VII p. 147; Cohen 32. 36. 39. 40]. Sacerdos omnium collegiorum.

Occisus est mense tertio principatus a. 253 [Clinton, Fast. Rom. ad a. 254: *slain in May 254*].

Homo patricius.

**104. IMP. CAESAR P. LICINIUS VALERIANUS PIUS FELIX
AUGUSTUS.**

A. 253 post Aemiliani mortem imperator et pontifex maximus factus [Eckhel VII p. 371; in titulo C. J. L. VIII 2482 (d. XI K. Nov. a. 253) Valerianus et Gallienus [cf. Fast. 105] Augusti, in privilegio militum in 'Eph. epigr.' IV p. 513 edito (d. VII Id. Ian. a. 254) pontifices maximi appellantur; C. J. L. X 8033; Notizie degli scavi 1883 p. 148; Cohen 171]; a. 260 captus est a Persis [Schiller l. c. I p. 821 adn. 8].

Homo patricius.

**105. IMP. CAESAR P. LICINIUS EGNATIUS GALLIENUS
PIUS FELIX AUGUSTUS.**

Non Caesar, sed statim Augustus a. 253 [Eckhel VII p. 389; Clinton, Fast. Rom. ad a. 254; Schiller l. c. I p. 812 adn. 2] et pontifex maximus videtur factus esse [C. J. L. II 2199; Cohen 797 sq.; cf. locos ad patrem pertinentes]; sacerdos omnium collegiorum cum patre cooptatus est (insignia sacerdotiorum: Cohen 789).

Occisus est a. 268 mense Martio [Eckhel VII p. 395; Clinton, Fast. Rom. ad a. 268; Schiller l. c. I p. 840 adn. 6].

Homo patricius.

**106. P. CORNELIUS LICINIUS VALERIANUS NOBILISSIMUS
CAESAR.**

Natus est a. 242.

A. 253 Caesar [Schiller l. c. I p. 812 adn. 6; C. J. L. X 4558] et sacerdos omnium collegiorum factus est (insignia

sacerdotiorum: Cohen Salonin. 45—47. 50—56. 58. Nummos enim eos, in quibus Salonini nomen deest, maiori filio Gallieni esse attribuendos puto, quamquam Cohen omnes Salonino minori filio adsignat [Mommsen in 'Abh. d. phil.-hist. Class. d. k. sächs. Ges. d. Wiss.' 1857 II p. 245 sq.; Schiller l. c. I p. 827 adn. 2; Henzen 5546]).

Interfectus est a. 259 [Schiller l. c. I p. 828 adn. 1; Clinton, Fast. Rom. ad a. 260: *about June*].

Homo patricius.

**107. P. CORNELIUS LICINIUS SALONINUS (VALERIANUS)
NOBILISSIMUS CAESAR.**

Caesar a. 259 in locum fratris [Aur. Vict. epit. 33; C. J. L. VI 1110 vivo fratre nondum nominatur. 1107 sq. X 7479; Clinton, Fast. Rom. ad a. 260; Mommsen, St.-R. II p. 1164 adn. 5] et sacerdos omnium collegiorum factus (insignia sacerdotiorum: Cohen Salon. 40—42. 44. 48. 57).

Interfectus est a. 268 cum patre [Schiller l. c. I p. 840 adn. 8].

Homo patricius.

De Valeriano, filio nepotibusque eius cf. Iulium Friedlaender in 'Zeitschr. f. Numismat.' (edit. ab A. v. Sallet) X p. 61 sq.¹⁶⁾

**108. IMP. CAESAR M. AURELIUS CLAUDIUS PIUS FELIX
AUGUSTUS.**

A. 268 post mortem Gallieni d. IX K. Apr. [vit. 4; Clinton, Fast. Rom. ad a. 268] imperator et pontifex maximus factus [C. J. L. II 3737. 3833; Lebas, part. V 2611]; sacerdos omnium collegiorum.

Pestilentia interiit a. 270 [Clinton, Fast. Rom. ad a. 270: *before the summer*; Schiller l. c. I p. 849 adn. 12].

Homo patricius.

¹⁶⁾ In numero *tyrannorum triginta* [Eckhel VII p. 437 sqq.; Bouché-Leclercq l. c. p. 389 sqq.; Schiller l. c. I p. 823 sqq.] fuerunt, qui titulum pontificis maximi sibi arrogantes nummis inscribi iusserunt (cf. nummos Victorini, Quintilli, Tetrici, Postumi). Sacerdotiorum insignia inveniuntur in nummis Quintilli et Tetrici filii [Borghesi opp. III p. 431; Zeitschr. f. Numismat. (edit. ab A. v. Sallet) VII p. 334 sq.].

109. IMP. CAESAR M. AURELIUS CLAUDIUS QUINTILLUS
AUGUSTUS.

Imperator et pontifex maximus factus a. 270 post
Claudii fratris mortem [vit. Claud. 12; Aurel. 37; Eutrop. IX 12];
sacerdos omnium collegiorum.

Brevi post [Aur. Vict. epit. 34: *paucis diebus*; vit. Claud. 12;
Eutrop. l. c.: *septimo decimo die imperii*; vit. Aurel. l. c.: *die vi-*
cesimo; Schiller l. c. I p. 850 adn. 10] occisus est.

Homo patricius.

110. IMP. CAESAR L. DOMITIUS AURELIANUS PIUS FELIX
AUGUSTUS.

Imperator et pontifex maximus factus Quintillo occiso
a. 270 [Eckhel VII p. 479 sqq.; Clinton, Fast. Rom. ad a. 270;
C. J. L. II 4732. III 219. IX 5577; Lebas, part. V 2137];
sacerdos omnium collegiorum.

Interfectus est a. 275 [Schiller l. c. I p. 871 adn. 6].

Homo patricius.

Sequuntur pontifices ei, qui quo tempore vixerint, investigare
non potui.

111. C. APPULEIUS C. F. TAPPO.

Pontifex [C. J. L. I 1458. V 861].

Homo plebeius [C. J. L. V 862; Orelli 3827; Mommsen,
St.-R. I p. 555 adn. 1].

112. L. COSSONIUS . . .

III vir a. a. a. f. f. pontifex [C. J. L. IX 1122]. Nescio
an hic intellegendus sit ille L. Cossonius Eggius Marullus cos.
a. 184 [Henzen, Arv. p. 184], cuius saliatu et flamonium com-
memorantur in inscriptione C. J. L. VI 1978. Borghesi opp. V
p. 369 haec dicit: *Ora la casa degli Eggii mostra di aver tenuto la*
sua sede ad Eclano, da cui proviene la maggior parte delle sue
lapidi, . . .

Homo patricius [Willems, Le sénat de la république ro-
maine I p. 451. 482].

113. L. LICINIUS L. F.

Pontifex . . . leg. divi Aug. pro[praetore] . . . procos.
Bit[hyniae] . . . [C. J. L. VI 1442. Borghesi statuit esse eum,
cuius mentionem facit Plin. N. H. IX 89].

Homo plebeius?

114. METILIUS.

Pontifex [C. J. L. XIV 2810].

115. (C. QUINCTIUS TROGUS).

[C. J. L. X 1726].

Homo patricius.

116. M. TITUS L. F.

Pontifex patronus coloniae Auximi [C. J. L. IX 5853].

117. VALERIUS CATULLUS.

Pontifex; fortasse pater L. Valerii Catulli Messalini cos. a. 73 [C. J. L. XIV 2095; Suet. Gai. 36; Borghesi opp. V p. 528 sq.]

Fragmenta.C. J. L. V 881. VI 1630. 1982. 1983. VIII 1777. IX 2216. X 4749; *Notizie degli scavi 1887* p. 32 b (p. 113). p. 115.¹⁷⁾

¹⁷⁾ Fortasse inter salios Palatinos [C. J. L. VI 1978 sqq.] inveniuntur etiam alii, qui propter pontificatum acceptum exierunt ex hoc collegio. — De inscriptionibus C. J. L. VI 2184 sq. cf. Theodorum Mommsen in 'Eph. epigr.' V p. 656 (cf. Fast. 85). — Denique in inscriptione C. J. L. VI 1545 pontificatus inseri non potest, nisi forte haec saeculo tertio posita est quo eidem homini duo summorum sacerdotiorum tribui licebat.

Caput II.

De pontificum maximorum et pontificum inde ab Augusto usque ad Aurelianum condicione publica.

§ 1.

De Augustorum pontificatu maximo.

Inde ab anno u. c. 742, quo Octavianus pontifex maximus creatus est Lepido mortuo, summum sacerdotium semper necessario coniunctum fuisse cum principatu constat [Mommsen, St.-R. II p. 1106].¹⁾ Qua in re quae similitudo intercederet inter regum et imperatorum aetatem, scriptores non omiserunt commemorare [Serv. ad Vergil. Aen. III 80; Zosim. IV 36]: reges enim ipsi quoque omnes a Numa in pontificum collegio primum habuerunt locum [Mercklin l. c. p. 86 sqq.; Becker-Marquardt, Handb. IV p. 189; Mommsen, St.-R. II p. 21; Marquardt, St.-V. III p. 240]. Sic imperium continebatur potestate maiestateque tribunicia [Tac. ann. III 56; Vopisc. vit. Tacit. 1] ac sacerdotali [Dio LIII 17]; hanc autem maiorem et praestantiorē illa putari [Tac. ann. III 58] imperatores voluisse vel inde intellegitur, quod in publicis titulis et in nummis ordo is solebat servari, ut pontificatus maximus primo loco sequeretur cognomina honoraria [Mommsen, St.-R. II p. 20 et in 'Zeitschr. f. Numismat.' I p. 238].²⁾ Itaque nemo est, quin in eo offendat, quod pontificatus maximus imperatoris T. Antonini

¹⁾ Itaque ex hoc anno pontifices maximi semper fuerunt patricii [Eckhel VIII p. 380 sqq.; Mommsen, St.-R. II p. 789].

²⁾ C. J. L. IX 1109: [*Nero Claudius Caesar*]r Au[g. Ger]mani[us] pontifex maximus pontificis maximi f.]. Alio loco collocatur pontificatus maximus: C. J. L. VI 2040 [Henzen, Arv. p. LXVI adn. 1; Mommsen, St.-R. II p. 781 adn. 1]. II 2703. 4686. 4701. 4703. 4931. 4936 sq.; Orelli 642; Wilmanns 955; cf. Fast. 84. Qua de causa omissus sit in titulo Hadriani a L. Aelio

Pii in nummis et aeneis et argenteis aureisque persaepe deest ceteris titulis exhibitis: cuius rei causa probabili quidem coniectura indagari posse mihi videtur.

Primum consideres tecum velim, quod in nummis a. 138 signatis et *Pius* et *pontifex maximus* legitur [Cohen 66—80. 638—644. 656. 658 sq.; neque *Pius* neque *pontifex maximus*: Cohen 128 sqq. 144. 597 sqq.; *pontifex maximus*, *Pius* non item: Cohen 574. 637. 660—665]. In nummis autem a. 139 cuspis et nomen una cum titulo conspicitur [Cohen 81—103. 480 sqq. 634 sq. 645—653. 666] et nomen solum (iam d. VI Id. Iul. [Cohen 168. 365. 368. 465. 575—578. 743. 842—849. 856 sqq. 867 sqq. 878 sqq.—840 sq. 850 sqq. 859—866. 871—877]); atque inde ab anno 140 semper fere omissus est *pontificatus maximus* [adest: Cohen 492 sq. 523. 528. 636. 654]³⁾

Deinde dubitari non potest, quin verba *Pietas Augusti*, quorum persaepe mentio fit in nummis Antonini Pii, significatione quadam spectent ad nomen Pii [Cohen 597—633]: in eis enim sensum usque ad suum tempus inusitatum — eadem verba repperi in priorum principum nummis [Eckhel VIII Ind. p. 548; Cohen Galb. 160. 280. Tit. 151. Trai. 199 sq. Hadr. 1021—1048] — inesse voluisse T. Antoninum Pium comprobatur nummis M. Aurelii a. 140 signatis, in quorum aversa parte primum *Pietas Augusti* cum insignibus sacerdotalibus coniuncta est, quod exemplar posteris deinceps imitationi fuit [Fast. 53; Eckhel VII p. 46]. Similiter *Pietas* Antonini est interpretanda atque Elagabali *Indulgentia* [Cohen Alex. Sev. 65—68]: ut Alexander Severus indulgentia Elagabali Caesar, sic M. Aurelius sacerdos omnium collegiorum pietate Antonini factus est.⁴⁾

Caesare filio dedicato [C. J. L. III 4366], nescio. In inscriptione Lusitana [C. J. L. II 4676 (cf. ibid. 4889) a. 217] nomen *pater militum* locum pontificatus maximi occupat.

³⁾ In duobus [l. 3 (a. 139)] quattuor et viginti nummorum aeneorum Antonini Pii, qui descripti sunt in 'Catalogue of the Roman Coins in the British Museum' *Pius* et *pontifex maximus* nobis occurrit, in ceteris deest sacerdotium; in inscriptionibus interdum neglecta est dignitas pontificalis [Orelli 511. 865].

⁴⁾ Cf. verba *Pietas Augg.* in nummis Gordiani III incisa (Fast. 94); Kenner in 'Numismat. Zeitschr.' XVII p. 58 dicit: ...mit der Aufschrift *Pietas Aug(usti)*, *welch'* letztere indirekt auf die Quelle ihrer neuen Würde hindeutet. In Antonini Pii sacerdotalibus ut ita dicam nummis *Pietas Augusti* abest: ut ipse se in omnia collegia reciperet, fieri non potuit.

Denique in nummis T. Antonini *Pius* pro dignitate pontificis maximi videtur esse substitutum, quod semper huius locum tenet (cf. *Pietas* in nummis Cohen 597—633); ceteri autem imperatores, qui Pii appellati sunt, hunc titulum cognominum ordini inseruerunt (*Pius Invictus Augustus*, *Pius Felix Augustus*, *Pius Pertinax Augustus*) et pontificatum maximum secundum usum priorem collocaverunt.

Unde colligo, quacunq̄ue de causa Antoninus vocatus est Pius,⁵⁾ ex imperatoris animo ac consilio notionem eam huic nomini fuisse subiectam, ut magis quam titulo Augusti cum honorum potestas eo significaretur [Mommsen, St.-R. II p. 773; Dio LIII 18: *δυναμεις*; Dion. Halic. II 73: *ἐξουσία*]: continebatur nomine Pii munus summi et amplissimi sacerdotis, quod pietas in sacra, insignis erga caerimonias publicas religio pontificem maximum praeter ceteros decebat.

Cum Caesari, qui Augusto successurus esset, soleret deferri tribunicia potestas, ut consors imperii factus in proximo principem loco esset collocatus, pontificatum maximum ei impertire non licuit; etiam ubi complures Augusti (duo aut tres) collegae dignitate et iure principali aequati rempublicam administrabant Romanam — id quod saepius accidit, postquam M. Aurelius a. 161, ut L. Aurelius Verus frater adoptivus particeps esset imperatoriae potestatis, concessit —, cum uno ex eis, cum seniore⁶⁾ videlicet Augusto, summus sacerdotalis honor conveniebat usque ad a. 238, quamquam in inscriptionibus provincialibus, perraro in Italicis, et in nummis extra Italiam signatis Caesaribus et Augustis, quibus delatus non erat, pontificatus maximus sive

⁵⁾ Vit. Hadr. 24; vit. Anton. 2. 5; vit. Avid. Cass. 11; Eutrop. VIII 8; Pausan. VIII 43,5; Dio LXX 1; C. J. L. VI 1001; Orelli 855. Eckhel VII p. 36 dicit: *Verius crediderim, illustrem illi hunc titulum non ab una causa, sed ab omnibus hic commemoratis, et per probatam multiplici specimine pietatem fuisse inditum, sic ut Pius iam omnium ore vocaretur, antequam senatus consultum accederet.* Rubino 'Beiträge zur Vorgeschichte Italiens' Lipsiae 1868 p. 256—262; Bossart et Müller in 'Untersuch. z. röm. Kaisergesch.' (edit. a M. Büdinger) II p. 295. 298. 301 sqq.; Bouché-Leclercq I. c. p. 368; Schiller I. c. I p. 628 adn. 3.

⁶⁾ Brevitatis causa ita distinguo Augustos, quamquam aliam sententiam nominibus iunioris et senioris Augusti subesse non ignoro [Mommsen, St.-R. II p. 1171 adn. 1].

adulatione sive errore interdum adscriptus est.⁷⁾ Tituli enim publici (ut diplomata militaria) et nummi imperatorum senatusque plane comprobant verba Dionis [LIII 17]: ἀρχιτέρεων τέ τινα ἀδῶτων, καὶν ὄσο καὶν τρεῖς ἄμα ἄρχωσιν, εἶναι.

Itaque dubitari non potest, quin imperator Caesar L. Aurelius Verus Augustus pontifex maximus creatus non sit.⁸⁾ Contenderunt igitur homines doctissimi imperatorem M. Aurelium, in cuius titulis et nummis persaepe omissus est pontificatus maximus, abstinuisse hac dignitate, ne frater collega offenderetur [Wilmanns 948].

Quae sententia meo quidem iudicio claudicat. Nam primum Lucius consueverat fratre esse inferior [vit. Ver. 3; Marc. 6], praecipue honoribus sacerdotalibus: Marcus [Fast. 53] iam a. 139 ab Antonino Pio Caesar et omnium collegiorum sacerdos factus est, Lucius [Fast. 61] Pio imperante Caesaris titulo caruit et a. 154 in uno collegio augurum fuit. Deinde si res ita se habuisset, Marcus semper vereri debuit summum sacerdotium commemorare: neque vero modo in permultis nummis hoc impressum est [Cohen 45. 72. 400 sqq. 466 sqq. 795 sqq. 1048 sqq.], sed in actis fratrum Arvalium, in privilegiis militum veteranorumque aliisque titulis publicis et privatis Romae positis semper fere M. Aurelius pontifex maximus nominatus est [Eph. epigr. II p. 460; Arch.-epigr. Mitth. aus Österr.-Ung. VIII p. 26; C. J. L. III dipl. 46. VI 1012. 1241. 2097. IX 5826; Wilmanns, Ind. p. 513; Henzen, Ind. p. 69]. Denique post L. Veri mortem in nummis, rarius in marmoribus, M. Aurelii pontificatus maximus silentio premitur item atque antea [Cohen 3 sqq. 164 sqq. 265 sqq.; C. J. L. III 1450; Henzen 6015]. Quid Marcum eo indulgentiae verecundiaeque processisse putamus, ut etiam mortuo fratre nollet sibi adscribi honorem sacerdotalem, quo ille caruisset?

⁷⁾ Mommsen, St.-R. II p. 1108; Wilmanns 949 adn. 2; Henzen 5483; Orelli 2148; C. J. L. VIII 9035. IX 4117. X 17; Eph. epigr. V Ind. p. 661 et p. 663; Cohen Tit. 95. 107. 153 sq. Domit. 369. Trai. 202. Carac. 10. 173 sq. 181 sqq., ubi Cohen legi vult: Parthicus maximus (cf. I. c. IV p. 140). Get. 99. 209.

⁸⁾ Praeter inscriptiones a Theodoro Mommsen [St.-R. II p. 1108 adn. 1] collectas cf. C. J. L. VI 1021 sq. 1241. 2091; Eph. epigr. II p. 460. In nummis Veri pontificatum maximum non inveni.

Immo vero, quod deest pontificatus maximus in inscriptionibus nummisque M. Aurelii, alia causa circumspicienda est: patris rationem auctoritatemque secutus M. Aurelius omisit eum, idemque senatus in nummis, homines privati civitatesque in titulis fecerunt. Sed cum pater significaret amplissimum sacerdotium nomine gravissimo sanctissimoque, filio non contigit, ut eadem compensatione uteretur, quod successori senatus Pii nomen non aequè tradere voluit atque Augusti [Mommsen, St.-R. II p. 773 sq.].⁹⁾ Eadem autem sententia in nummis sacerdotalibus Commodi Caesaris (cf. Fast. 65) sub verbis *Pietas* M. Aurelii sine ulla dubitatione est subicienda, quae inest in verbis *Pietas* T. Antonini in nummis M. Aurelii.

Hic satis est commemorare inde ab aetate Commodi saepius in nummis, rarius in inscriptionibus pontificatus maximi mentionem non fieri ceteris titulis enumeratis.

Forsitan quaerat quispiam, qua de causa sit factum, ut pontificatus maximus, cum in reliquis par potestas auctoritasque collegae concederetur, per tam longum tempus cum eo non communicaretur: profecto regibus expulsis duo summi magistratus ut essent in republica collegae pari potestate, lege constitutum est, divinarum rerum cura uni commendata, qui magister collegii pontificum in locum regis summi sacerdotis successit, quasi regalis potestatis vestigium mansit liberae reipublicae temporibus quamvis coercitum collegii iure [Mommsen, St.-R. II p. 22; Marquardt, St.-V. III p. 247]. Sic neminem fugit in pontificatu maximo imperatores religiosissime id conservari voluisse, quod constabat antiquo sanctoque usu — hanc principum rationem identidem illustrare meum erit —, praesertim cum fieri non posset, quin sanctitas maiestasque paene divina, qua esset imperator ut pontifex maximus, imminueretur, si alter et tertius haberetur *summus hominum* [Tac. ann. III 58].

Pontificatus maximus singulis deferebatur, quamdiu Augusti aut statim cum imperio accepto aut postea consortem sibi adsumebant: cum autem a. 238 primum a senatu simul duobus principatus decerneretur, nihil fuit reliquum, nisi ut differentia,

⁹⁾ M. Aurelius Pii nomine ornatus non est vivus, sed consecratus [Eckhel VII p. 74: *In hoc nomen Aurelio per adoptionem Antonini Pii ius quidem fuit*. VIII p. 433; C. J. L. VI 992. 1028. 1032; Henzen, Ind. p. 68].

quae usque ad id tempus erat inter Augustos, tolleretur. Itaque inde ab hoc anno nihil iam obstitit, quominus duo vel tres crearentur pontifices maximi. Adhuc inter omnes constare videtur imperatores Pupienium et Balbinum (cf. Fast. 92 et 93) primos simul a senatu accepisse pontificatum maximum [Bouché-Leclercq l. c. p. 385; Schiller l. c. I p. 791; Mommsen, St.-R. II p. 1108], equidem iam duos Gordianos (cf. Fast. 90 et 91) arbitror. Neque enim Iulius Capitolinus primum in Pupienio et Balbino antiquum morem dissolutum esse contendit [vit. Max. et Balb. 8] et inde, quod uno senatus consulto ambo Gordiani pater et filius Augusti sunt appellati [vit. Maxim. 14—16; vit. Gordd. 8. 11; Herod. VII 7; Zosim. I 14; Zonar. XII 17], sequitur, ut senatum iam tum non dubitasse statuamus evertere legem, quam diebus viginti vel viginti duobus post eum non servasse traditum est. Confirmatur mea sententia hoc nummo aeneo, quem Cohen Gordiano filio tribuit [Cohen 4]: *Imp. Caes. M. Ant. Gordianus Afr. Aug. — p. m. tr. p. cos. p. p. s. c.*¹⁰⁾ Quod si probatur, in fastis sacerdotalibus C. J. L. VI 2009 (= Henzen 6058) Gordianus filius non pontifex nominandus est — praeterquam quod nulla est causa, cur in marmore hic titulo pontificis honoretur, Aurelius Antoninus, Diadumenianus, Severus Alexander, Maximus non item —, sed pontifex maximus.

Quater usque ad Aureliani tempora simul duo Augusti itaque duo pontifices maximi creati sunt [cf. Fast. 90. 91. 92. 93. 99. 100. 104. 105]; saepius factum est, ut Augustus Caesarem

¹⁰⁾ Titulorum et nummorum Gordianorum numerus perquam exiguus est [Archives municipales de Bordeaux. Inscriptions romaines de Bordeaux' par Camille Jullian. Burdigalae 1887 I p. 102 sqq.]. Patris pontificatus maximus apud Henricum Cohen in duobus nummis incisus occurrit, insignia sacerdotalia in uno aeneo filii [Cohen 3], quamquam sine dubio eadem paternis sunt inscripta; atque facilius utriusque nummi possunt confundi, quam Eckhel et Cohen putant (cf. Kgl. Münzkab. 1036 sq.). Eckhel quaerit [VII p. 301]: . . . *post dies non multos a Gordianorum obitu certum est binos una fuisse pontifices maximos Balbinum atque Pupienum, cur idem honos non poterat deferri utrique Gordiano?*; sed veram esse Vaillantii sententiam profitetur, pontificatum maximum solum Gordiano seniori posse attribui: *At postquam secundis curis video, rationem, propter quam Balbinus et Pupienus uno tempore pontifices maximi dicti fuere, non posse valere ad Gordianos . . ., cuius opinionis causam non intellego.*

collegam inferiorem sibi adscisceret, qui postea interdum Augusto vivo pari potestate dignitateque tollebatur [Mommsen, St.-R. II p. 1164 sq.]: atque etiam ipse imperator Caesar Augustus vocatus maximum pontificatum suscipiebat [cf. Fast. 94. 96. 98. 99. 101].¹¹⁾

Adhuc qui imperator Caesar Augustus nominatus esset, ei summum sacerdotium tradi solitum esse exposui: nunc videamus, quomodo principes facti sint pontifices maximi.

Ac primum fuitne lex, cui imperatorem satisfacere necesse erat, priusquam susciperet pontificatum maximum [Mommsen, St.-R. II p. 788]? Haec ex liberae reipublicae temporibus relicta religiosissime servabatur: pontificem maximum nisi ex pontificum numero creare non licet. Cuius condicionis duplici modo habita est ratio: aut enim novi imperatores iam, cum Caesares erant, inter pontifices cooptati erant, ita ut nihil esset impedimento, quominus principatum adepti proveherentur ad amplissimum sacerdotium [Fast. (1). (4). 18. 23. 29. 30. (38). 53. 65. 73. 85. 94. 96. 98. 99. 101], aut, si pontificibus adscripti non erant, primum in hoc collegium recipiebantur succedentes in locum demortui imperatoris, tum nonnullis diebus post creabantur pontifices maximi. Quamquam hunc fuisse legitimum usum rerum scriptores nusquam memoriae prodiderunt, et imperator Otho solus quo die ad pontificatum, quo ad maximum pontificatum pervenerit, fratrum Arvalium actis cognoscitur (cf. Fast. 25). Sed cum iam ostenderim et sim ostensurus, quam diligenter imperatores id studuerint, ne pontificatus maximi instituta ex republica accepta mutarentur, nonne iure optimo licet conicere id, quod de Othone traditum est, recte dici posse de

¹¹⁾ Error subest in nummo Maximini Dazae relato in 'Numism. Zeitschr. I p. 437: *Maximinus nobilissimus* [Caesar] — *p m tr p p p procos.* — Hoc loco commemoro, cum tres Augusti regerent rempublicam Romanam, necessario tres fuisse pontifices maximos: exempli causa nomino Constantini filios (a. 337), quamquam pontificis maximi titulus Constantio soli attributus adhuc inventus est [C. J. L. III 3705], et Valentinianum Valentem Gratianum inde ab a. 367 ad a. 375 [C. J. L. VI 1175]). Postremus pontifex maximus idemque Augustus Romanus fuit Gratianus, qui a. 375 repudiavit hoc summum sacerdotium, quod — ut dicit Zosimus [IV 36] — ἀθέμιτον εἶναι Χριστιανῶν τὸ σχῆμα (togam praetextam pontificalem, quam ei obtulit collegium) putaret [Mommsen, St.-R. II p. 1108; Marquardt, St.-V. III p. 246; Bouché-Leclercq I. c. p. 418].

ceteris imperatoribus, qui, antequam principatum assequerentur, in pontificum collegio non erant [Fast. 19. 24. 25. 26. 28. 37. (38). 48. 52. 70. 71. 72; cf. Cap. I adn. 5]?

Quae antiqua sanctaque lex obtinebatur in creando pontifice maximo per totam imperatorum aetatem, ubi Caesar — nam Caesares fuisse pontifices postea demonstrabo — perveniebat ad Augusti potestatem. Neque vero mirandum est posterioribus temporibus, si quando Augusto pontificatus maximus decerneretur, qui antea Caesar non fuisset, illam iam non dignam visam esse, quae servaretur: Augustus enim, quamquam inter pontifices nondum erat, ipso imperii die a senatu pontificatum maximum accipiebat, ita ut simul et pontifex maximus et pontifex fieret. Paulo autem post signabantur nummi, qui memoriam eius in omnia collegia cooptationis retinerent [Fast. 82. 84. 88. 90. 91. 92. 93. 95. 97. 100. 103. 104. 105. 108—110].

Qui imperator primus, cum pontifex non esset, pontificatum maximum sit adeptus, hoc loco in medio relinquo: haec enim quaestio artissime cohaeret cum illa, quando primum principi ipso imperii die a senatu simul cum ceteris potestatibus et honoribus pontificatus maximus sit decretus, ad quam tractandam nunc progredior (cf. p. 58).

Venio ad alteram partem disputationis, qua mihi propositum est disquirere, quomodo principes ad summum sacerdotium pervenerint: id enim hic ago, ut explicem, per quem pontificatus maximus sit delatus.

Quae valet adhuc sententia, inde ab a. 14 senatum pontificatum maximum tribuisse Augusto [Borghesi opp. III p. 410; Mercklin l. c. p. 149 sqq.; Bouché-Leclercq l. c. p. 352 sq.; Henzen, Arv. p. 68; Mommsen, St.-R. II p. 31 et p. 1107], a me probari non potest. Sed priusquam transeam ad hanc refutandam, paucis exponam, quomodo olim liberae reipublicae temporibus pontifex maximus electus sit.

Primo per collegium, deinde per comitia minoris partis populi id est inde ab a. 514 per septendecim tribus sorte destinatas ex pontificibus creatus est pontifex maximus. A qua lege usque ad annum 710 discessum non est [Mommsen, St.-R. II p. 30]: adsentior enim Constantino Schwede¹²⁾ [p. 17 sq.],

¹²⁾ C. Schwede 'De pontificum collegii pontificisque maximi in re publica potestate' Lipsiae 1875.

qui comprobari posse negat eam a. 673 a Sulla, qui ius sacerdotum cooptandorum a populo ad collegia transtulit, esse sublatam, ita ut pontificis maximi electio aequae atque antea a pontificibus fieret, et a Labieno a. 691 restitutam. Nam Caesarem hoc anno per comitia¹³⁾ factum esse pontificem maximum referunt Suetonius [Caes. 13] et Dio [XXXVII 37]. Anno autem 710 post Idus Martias M. Aemilius Lepidus Antonio auctore in locum Caesaris interfecti substitutus est pontifex maximus non per comitia, sed per collegium [Dio XLIV 53]. Quamvis similibus verbis Dio actionem Labieni et Antonii memoriae tradiderit,¹⁴⁾ de nova lege Antonii, qua electio Lepidi sit sancta, cogitandum non est [Mercklin l. c. p. 146 sq.; Madvig¹⁵⁾ II p. 605; Mommsen, St.-R. II p. 31 adn. 3]. Dio nihil aliud dicit nisi Antonium, penes quem fuit potentia, in rebus tam tumultuariis et confusis per se solum facere potuisse pontificem maximum, sed misisse auctoritatem suam ita, ut concederet pontificibus statim eligere, quem ipse eis proposuisset. Antonius autem cur violavit antiquam legem? Ex Dionis verbis causa dilucide cognosci non potest: ceteri rerum scriptores probant futurum fuisse, ut in comitiis non Lepidus, sed Octavianus, Caesaris filius adoptivus et heres, crearetur, cui paullo antea plebiscito ius summi sacerdotii post patris mortem suscipiendi tributum esset [Dio XLIV 5. XLV 3].¹⁶⁾ Quid enim Livii verba [epit. CXVII]: *In confusione rerum ac tumultu M. Lepidus pontificatum maximum*

¹³⁾ Hoc est: per XVII tribus [Mommsen, St.-R. II p. 27 adn. 3]. Non recte Mercklin [l. c. p. 145] et Bouché-Leclercq [l. c. p. 334] Caesarem per XXXV tribus pontificatum maximum adeptum esse statuerunt.

¹⁴⁾ Dio XXXVII 37: ... τὰς αἰρέσεις τῶν ἱερῶν, γράψαντος μὲν τοῦ Ἀντωνίου σπουδάσαντος δὲ τοῦ Καίσαρος, ἐς τὸν δῆμον αὐθις ὁ δμίλος κατὰ τὴν τοῦ Σύλλου νόμον ἐπανάγαγεν, ἀνανεωσάμενος τὸν τοῦ Δομιτίου. Dio XLIV 53: ... ὅπως γὰρ δὴ ῥαδίως αὐτὸ ποιήσῃ (Antonius), ἵς τε τοῦς ἱερέας αὐθις ἀπὸ τοῦ δήμου τὴν αἴρεσιν τοῦ ἀρχιερέως ἐπανάγαγε, κὰν τοῦτοις αὐτὸν (Lepidum) οὐδὲν ἢ ὀλίγα τῶν νενομισμένων πράξας ἐτέλεσε, δυνήθεις ἂν αὐτὸς ἱερώσασθαι. Cf. Appiani verba bell. civ. II 132.

¹⁵⁾ Madvig 'Die Verfassung und Verwaltung des römischen Staates' Lipsiae 1882.

¹⁶⁾ Mercklin l. c. p. 150; Rubino 'De augurum et pontificum apud veteres Romanos numero' Marburgi 1852 p. 15 adn. 2; Bouché-Leclercq l. c. p. 338; Willems l. c. II p. 737. — Mommsen [St.-R. II p. 1106 adn. 6] Octaviano hereditatis iure pontificatum maximum esse concessum negat.

intercepit, quid Augusti ipsius [Mon. Ancy. p. 45]: *qui civilis motus occasione occupaverat* — τοῦ προκατειληφότος αὐτὴν ἐν πολιτικαῖς ταραχαῖς significant, nisi Lepidum celeriter occasione data eripuisse pontificatum maximum alteri, qui iure suo eum vindicaret? Quid Vellei Paterculi [II 63]: *qui pontifex maximus in C. Caesaris locum furto creatus*... nisi Lepidum fraudasse alterum sacerdotio? Neque vero ea re sola, quod Lepidus praeter legem electus erat, effici potuisse puto, ut populus religionem institutaque sacra adeo neglegeret, ut vivo pontifici maximum auferre vellet, id quod usque ad id tempus nunquam acciderat [Mon. Ancy. p. 45; Senec. de clem. I 10; Suet. Aug. 31; App. bell. civ. V 126. 131; Dio XLIX 15. LIV 15. LVI 38].

Iam quaeritur, penes quem aetate imperatorum fuerit facultas creandi pontificis maximi.

Antonium non pertulisse novam legem inde quoque intellegitur, quod Octavianus a. 742 pridie Non. Mart. post Lepidi mortem pontificatum maximum suscepit priore usu per comitia populi (id est per septendecim tribus sortitas) substitutus: abrogatam autem esse Antonii legem iterumque translata electionem pontificis maximi ad comitia a collegio memoriae traditum non est. Sic Octaviani quidem permultum interfuisse accipere summum sacerdotium ritu antiquo et sancto cognoscimus:¹⁷⁾ quod exemplum utrum ceteri imperatores sint imitati necne, huc spectat quaestio, quae sequitur.

Octaviano uni comitia septendecim tribuum pontificatum maximum detulisse, senatum ceteris principibus — de Tiberio alius aliter iudicavit — eosque tum renuntiatos esse in comitiis adhuc homines docti consentiunt [Mercklin l. c. p. 150; Bouché-Leclercq l. c. p. 352 sq.; Henzen, Arv. p. 68; Mommsen, St.-R. II p. 31 et p. 1107; Herzog l. c. II p. 154 sq.]. Cuius opinionis tanquam ansas sibi dari putant verbis Taciti [ann. I 15]: *tum primum (a. 14) e campo comitia ad patres translata sunt*, [hist. I 47]: *decernitur Othoni tribunicia potestas et nomen Augusti et omnes principum honores*, [hist. II 55]: *in senatu cuncta longis aliorum*

¹⁷⁾ Dionis verba [LIV 27], quibus narratur, quam indigne passus sit Octavianus, quod senatus auctoritate electionem a tribubus factam confirmare vellet, mea quidem sententia Ambrosch [Studien und Andeutungen im Gebiete des altrömischen Bodens und Cultus' I Vratislaviae 1839 p. 41] et Bouché-Leclercq [l. c. p. 340] non recte sunt interpretati.

principatibus composita statim decernuntur (Vitellio), [hist. IV 3]: *senatus cuncta principibus solita Vespasiano decernit* [Mommsen, St.-R. II p. 786 adn. 4], Iulii Capitolini [vit. Macr. 7]: *eundem... pontificem maximum appellavit* (senatus), [vit. Max. et Balb. 8]: *decretis ergo omnibus imperatoris honoribus atque insignibus... pontificatu maximo...*, Aelii Lampridii [vit. Alex. Sev. 8]: *Gratias vobis, p. c.,... de pontificatu maximo..., quae omnia novo exemplo mo die in me contulistis*, Flavii Vopisci [vit. Prob. 12]: *decerno igitur, p. c.,... pontificatum maximum...* Qua de sententia, cui errorem subesse arbitror, denuo institui quaestionem.

Ac primum Taciti verba [ann. I 15; Vell. Pat. II 124] ad electiones magistratuum ordinariorum, quae usque ad annum 14 re vera pendebant cum ex voluntate tribuum tum ex principis commendatione [Dio LIII 21], referri necesse est, non ad comitia, quibus imperatoris unius potestates et dignitates propriae decernebantur [Mommsen, St.-R. II p. 876]: quo iure Mommsen ordinatione comitorum a Tiberio facta quicquam esse commutata negat comitia ea, quibus tribunicia potestas tradebatur imperatoribus, eodem efficere licet comitia pontificatus maximi post a. 14 eiusdem momenti fuisse atque antea. Quocum optime congruit, quod Tiberius ipse anno 15 d. VI Id. Mart. [Fast. 4] per comitia pontifex maximus creatus est; neque enim dubitari potest propter verborum similitudinem [C. J. L. IX 5289]: [*imp. Caesar pontif. maxim. cre[atus est]*], [Orelli 686]: *qua die Ti. Caesar pontif. maximus felicissime est creatus*, [C. J. L. I p. 387 = VI p. 630]: *hoc die Caesar pontif. maxim. fact. est*, [l. c. I p. 314 et p. 322 = VI 2299]: *quod eo die Ti. Caesar pont. maxim. est factus*, quin Augustus et Tiberius eodem modo id est per comitia summum acceperint sacerdotium.

Huc accedit, quod Tiberius septem fere menses praetermisit, priusquam sibi tribui concederet pontificatum maximum: num putamus eum exspectaturum fuisse, dum adesset mensis Martius anni sequentis, nisi diligenter servare voluisset rationem ab Octaviano initam, qui Lepido a. 741 mortuo per comitia creatus a. 742 pridie Non. Mart. in locum vacuum successit? Quorsus igitur pertinet haec argumentatio? Cum et comitia, per quae Octaviano et Tiberio delatus est pontificatus maximus, idem valuerint atque temporibus liberae reipublicae habita neque electio pontificis maximi a. 14 senatui sit concessa, nonne statuendum

est in comitiis a. 69 d. VII Id. Mart. habitis imperatorem Othonem non renuntiatum, sed creatum esse pontificem maximum?¹⁸⁾

Iam venio ad alteram causam, qua non solum haec mea sententia confirmatur, verum etiam comprobatur post Othonem pontifices maximos per comitia creatos esse, non a senatu.

Cum enim imperatores tribuniciam potestatem gesserint et numerarint non ex eo die, quo comitia tribuniciae potestatis instituta essent, sed ex die imperii (a temporibus Nervae ex die X mensis Decembris [Mommsen, St.-R. II p. 796 sqq. 840 sqq. 874 sqq.]), ita ut senatus consultum fuisse maximi momenti, nullius comitia appareat, probare posse mihi videor usque ad initium tertii saeculi principes senatumque coepisse titulum pontificis maximi incidere in nummis marmoribusque non inde a primo principatus die, sed a posteriore aliquo [Mommsen in 'Zeitschr. f. Numismat.' I p. 238 sqq.; St.-R. II p. 1106 sqq.]. Gravissimis utor testibus his:

Nero [Fast. 23], qui imperium adeptus est d. III Id. Oct. a. 54, aliquamdiu partim titulo pontificis maximi caret, partim pontifex solum nominatur;¹⁹⁾ tum demum a. 55 summi sacerdotii eius in nummis et inscriptionibus mentio fit. In nummis aureis, argenteis, aeneis Galbae, Othonis,²⁰⁾ Vitellii, Vespasiani [Fast. 24—26. 28] paullo post principatum susceptum signatis, in privilegio militibus a Vespasiano dato qua de causa horum imperatorum tribunicia potestas legitur, pontificatus

¹⁸⁾ Non semper mense Martio comitia pontificatus maximi sunt instituta [Mommsen, St.-R. I p. 589 adn. 2. II p. 1107; cf. Fast. 18. 19. 23—26. 28—30. 37. 38]. — Si Henzen [Bull. d. Inst. 1869 p. 88 (C. J. L. VI 2042)] recte iudicavit: *congiungendo adunque la tavola degli anni 58 e 59 co' frammenti nuovi e riunendo con questi gli anzimentovati numeri del Marini, abbiamo finalmente completi gli atti d'un intiero anno dell' età di Nerone*, valde est mirandum nobis, quod hoc anno 59 nulla exstat mentio sacrorum ob comitia pontificatus maximi Neronis celebratorum [Mommsen, St.-R. II p. 841 adn. 3].

¹⁹⁾ Quamquam error apertus subest Neronis nummis Cohen 49. 56 sq. 239 sq. — hybridae enim sunt —, res ipsa tamen non mutatur.

²⁰⁾ Adhuc Othonis nummi a senatu excusi desunt. Mommsen senatum exspectasse putat, dum Otho pontifex maximus in comitiis crearetur: sed ne tum quidem eum nummos signasse, quod imperator paullo post urbe cessisset [Schiller l. c. I p. 375; Asbach in 'Histor. Taschenb.' 1888 p. 153].

maximus non item, si modo hic simul cum illa primo imperii die a senatu decretus est? Domitianus Augustus [Fast. 30] cur contentus est pontificis dignitate, cur silentio praeterit pontificatum maximum, si senatus ei iam detulit hanc dignitatem? Nervae pontificatus maximus deest in nummo Cohen 104 [Fast. 37], T. Antonini Pii in inscriptionibus C. J. L. VI 999. II 4057 [Fast. 52]; postea autem tam saepe omissus est in inscriptionibus nummisque [Fast. 65], ut certa documenta sententiae meae non iam possim afferre.

Quibus testimoniis comprobari puto imperatoribus senatuique non licuisse ab ipso imperii die pontificis maximi titulum nummis marmoribusque inscribere aequae ac tribuniciae potestatem, sed postea concessum esse hoc ius: quod per comitia eis traditum esse verisimillimum est. Unde efficitur, ut comitia pontificatus maximi imperatorum temporibus eandem vim habuisse statuamus quam antea, ita ut in comitiis pontifex maximus non renuntiaretur, sed crearetur. Facile igitur intellegitur imperatorum nihil interfuisse, utrum paullo an multo post senatus consultum, quo eis decreta esset tribunicia potestas, comitia haberentur: potestne autem iusta proferri causa, cur principes antiquum morem comitia mense Martio habendi retinuerint aut longum tempus (complures menses) praetermiserint, dum instituerentur, si in eis pontificatus maximus a senatu primo imperii die decretus tantummodo renuntiabatur? Immo vero ius tituli illius gerendi per haec demum comitia imperatoribus dabatur. Haec habui, quae adderem ad Theodori Mommsen verba [St.-R. II p. 1107]: *Dass indess dem Rechte nach der Oberpontificat selbständig neben dem Principat steht, tritt deutlich hervor in der verschiedenen Übertragung beider Stellungen. Wenigstens während des ersten Jahrhunderts haben die Kaiser den Oberpontificat nicht mit dem Regierungsantritt selbst, sondern erst einige Zeit nachher angetreten.*

Quamquam non per totam imperatorum aetatem pontifex maximus in comitiis est creatus. Venio ad verba Iulii Capitolini [vit. Macr. 7. Max. et Balb. 8; cf. Herod. V 2], Aelii Lampridii [vit. Alex. Sev. 8], Flavii Vopisci [vit. Prob. 12], quibus pontificatum maximum a senatu decretum esse principibus ipso imperii die simul cum ceteris honoribus potestatibusque apparet. Neque vero quae ad tertium saeculum pertinent, ea adhiberi possunt argumenta ad duo priora. Hoc quaeritur, utrum

a. 217 senatus primum imperatori pontificatum maximum detulerit an iam antea. Cui Augusto primo a senatu summum sacerdotium imperii die tributum est, eundem primum pontificibus non adscriptum — nisi forte homo privatus inter eos cooptatus erat — factum esse pontificem maximum consentaneum est: utramque quaestionem hoc loco absolvam, ut potero (cf. p. 52). Qua de re cum memoriae nihil proditum sit, coniectura opus est: fortasse pontificis maximi creandi ius a comitiis septendecim tribuum ad senatum transtulit imperator Septimius Severus hac compensatione usus, quod ipse senatui abrogavit auctoritatem principatus tradendi.²¹⁾ Itaque inde ab hoc tempore imperatores ut tribuniciam potestatem sic pontificatum maximum, qui renuntiabatur solum in comitiis [Mommsen, St.-R. II p. 876], gesserunt a primo principatus die, quo omnia Augustorum propria decernebantur: id quod fastis collegiorum sacerdotalium comprobatur.

Denique sententiae meae non obstant verba ad primum alterumque saeculum spectantia, quibus *cuncta principibus solita* senatum decrevisse imperii die traditur [Mommsen, St.-R. II p. 786 adn. 4]. His enim locis rerum scriptores ipsa ea intellegi volunt, quae a senatu principibus deferebantur: quid igitur mihi impedimento est, quominus adductus causis gravissimis potestatem fuisse contendam, quae post principatus diem aliter (id est per comitia) Augustis soleret tradi? Neque vero mirum est scriptores rerum non commemorasse principes in comitiis accepisse pontificatum maximum, quod, qui Augustus erat appellatus, eum pontificem maximum fieri necesse erat; at faciamus senatum inde ab a. 14 principibus summum sacerdotium tribuisse: recte quispiam in eo offendat, quod quinque imperatoribus tertii saeculi (intra annos 217/276) pontificatus maximus a senatu decretus perhibetur, intra ducentos annos antegressos ne semel quidem dignus est habitus, qui enumeraretur inter honores Augustorum a senatu acceptos.²²⁾

²¹⁾ Höfner l. c. I p. 118 sqq.; Schiller [l. c. I p. 758] Macrinum hoc ius concessisse senatui arbitratur. Capitolinus et Spartianus inter honores Pertinaci [vit. 5] et Iuliano [vit. 3] decretos pontificatum maximum non commemorant. Valde dolendum est, quod Dionis verba [LXXIX 2] adeo mutila sunt.

²²⁾ Fortasse licet mihi niti etiam verbis Dionis, ut sententiam meam comprobem: καὶ νῦν μὲν πᾶσαι (id est αἱ προσηγορίαι) ἅμα αὐτοῖς ὡς τὸ πολὺ, πλὴν τῆς τῶν τιμητῶν, δίδονται, τοῖς δὲ δὴ πάλαι κατὰ χρόνους ὡς ἕκασται ἐψηφίζοντο [LIII 18].

His comitiis pontificatus maximi, quibus interesse principes nimirum opus non fuit [Vell. Pat. II 3 et 43; Cic. ad Brut. I 5; cf. Fast. 28. 38. 48], praesedissee consules aequae ac posterioribus liberae reipublicae temporibus [Mercklin l. c. p. 138 et p. 147; Gemoll²³) p. 14; Mommsen, St.-R. II p. 28 et p. 32] verisimile est.

In tradendo pontificatu maximo pontificum collegii quae fuerint partes, hic statim addam. Qua de re ceteri rerum scriptores tacent, verba facit Zosimus narrans [IV 36] pontifices omnibus imperatoribus ab Octaviano usque ad Gratianum detulisse pontificatum maximum, cum eis principatus die vestem sacerdotalem offerrent. Zosimi auctoritas cur omnino reiciatur, nulla est causa [Eckhel VIII p. 386 sqq.; Mercklin l. c. p. 151; Bouché-Leclercq l. c. p. 418 sq.; Mommsen, St.-R. II p. 1108 adn. 5]; hanc autem caerimoniam eum intellegi voluisse puto:²⁴) princeps ubi Romae sacra facturus erat vice pontificis maximi fungens, sollempniter toga praetexta induebatur a pontificibus, quibus servanda in templo Iovis Capitolini comissa erat; peractis sacrificiis vestis collegii tutelae curaeque reddebatur. — Sed haec quidem haec.

Quodsi quaerimus, quid spectaverit Octavianus, cum pontificatum maximum vellet semper esse coniunctum cum principatu: cum a potestate tum a sanctitate, quam tribui imperatoribus amplissimo sacerdotio necesse fuit, causa est repetenda [Mommsen, St.-R. II p. 1109; Schiller l. c. I p. 174]. Habebatur princeps idemque pontifex maximus *summus hominum non aemulationi, non odio aut privatis adfectionibus obnoxius* [Tac. ann. III 58]; sic fieri potuit, ut dignitas imperatoria divina fere maiestas videretur esse.²⁵) Quod agens Octavianus pontificatum maximum nisi mortuo Lepido sibi deferri passus non est: malebat enim expectare, dum summum sacerdotium, quo re vera iam fungeretur,²⁶)

²³) A. Gemoll 'De cooptatione sacerdotum Romanorum' Berolini 1870.

²⁴) Cf. vit. Alex. Sev. 40: *praetextam et pictam togam numquam nisi consul accepit, et eam quidem, quam de Iovis templo sumptam alii quoque accipiebant aut praetores aut consules. accepit praetextam etiam, cum sacra faceret, sed loco pontificis maximi non imperatoris* [Mommsen, St.-R. I p. 412 adn. 1 et p. 421 adn. 5]; Nicol. Damasc. vit. Caes. 4.

²⁵) Senec. de clem. I 10: *Deum esse non tamquam iussi credimus bonum principem Augustum.*

²⁶) Senec. l. c.: *Ipsum Lepidum quamdiu mori passus est? Per multos annos tulit ornamenta principis retinentem et pontificatum maximum non nisi*

esset vacuum, quam eius religionem et sanctimoniam vi ⁿ minuere et contaminare in posterum.²⁷⁾

§ 2.

De Caesarum pontificatu.

Usque ad Hadrianum Caesaris cognomen omnibus, qui virilis sexus agnatione ab imperatore erant oriundi, iure indebatur, tum ei soli vel eis solis, quos Augustus sibi succedere volebat in principatu [Mommsen, St.-R. II p. 1139 sq.].

Videamus, in pontificatu Caesaribus tradendo quae ratio sit inita.

Ac primum usque ad imperatorem Vespasianum id semper diligentissime servabatur, ne duo Caesares pari cognatione cum principe coniuncti simul essent pontifices. Sic in collegium recepti sunt C. Caesar [Fast. 6], non item L. Caesar frater eius; Drusus Caesar Ti. Augusti filius [Fast. 7], non Germanicus Caesar; Drusus Caesar Germanici filius [Fast. 13], non Nero Caesar frater; C. Caesar Germanici filius [Fast. 18], non Ti. Caesar Gemellus; Nero Claudius Caesar [Fast. 23], non Britannicus Caesar: neque perperam me iudicare puto, cum conicio praeter Neronem Claudium ceteros quattuor Caesares substitutos esse pontifices alium pro alio.²⁸⁾ Iam quaeritur, cur hi ipsi Caesares pontificatu, reliqui auguratu²⁹⁾ aut aliis sacerdotiis ornati sint, quamquam in collegio pontificum loca fuerunt vacua, in quae ita cooptari poterant, ut locorum numerum augeri opus non esset? Neronem filium maiorem Germanici neque a. 20 patris auguratum neque a. 23 Drusi Tiberii filii modo mortui pontificatum aut auguratum accepisse, sed utrumque sacerdotium Druso fratri minori eius concessum esse nonne est mirum? Quo

mortuo illo transferri in se passus est: maluit enim illum honorem vocari quam spoliium. Ceterum Octavianus in aversa parte nummorum, in quorum adversa Lepidi pontificatus maximus commemoratur, pontifex non nominatur [Cohen Lep. et Oct. 1. 2; Kgl. Münzkab. 962].

²⁷⁾ Bouché-Leclercq l. c. p. 340; Bloch l. c. p. 15.

²⁸⁾ De M. Claudio Marcello et Ti. Claudio Nerone pontificibus cf. Fast. 3 et 4.

²⁹⁾ De Druso maiore augure cf. C. J. L. IX 2443.

modo Tiberii ratio est intellegenda, qui primum C. Caesarem in locum Drusi fratris eius augurem destinavit, tum nondum inauguratum fecit pontificem? Ad quam quaestionem disceptandam magni momenti esse mihi videntur verba Taciti [ann. I 3]: *Ceterum Augustus subsidia dominationi Claudium Marcellum, sororis filium, admodum adulescentem pontificatu et curuli aedilitate... extulit*³⁰⁾, Suetonii [Gai. 12]: *...ad pontificatum traductus est insigni testimonio pietatis atque indolis, cum deserta desolataque reliquis subsidiis aula Seiano iam tunc suspecto mox et oppresso ad spem successionis paulatim adnoveretur*, Dionis [LVIII 8]: *...καί διότι καὶ τὸν Γάϊον ὁ Τιβέριος ἱερέα ἀποδείξας ἐπήνεσε, καὶ τὸ καὶ ὡς διάδοχον αὐτὸν τῆς μοναρχίας ἕξων ἐνεδείκνυτο*. Hinc recte me efficere arbitror imperatores Octavianum Tiberium Claudium id spectasse, ut solus Caesar is admitteretur ad pontificatum, quem ipsis succedere itaque pontificem maximum creari vellent.³¹⁾ Neque enim negari potest, cum eligeretur ex pontificum numero pontifex maximus, Caesarem eum, qui iam inter pontifices esset, propius pontificatum maximum et principatum quodammodo stare visum esse quam reliquos. Qua re pontificatus Caesaribus attributus plus valere mihi videtur quam adhuc homines docti sunt arbitrati; atque Theodori Mommsen sententiam [St.-R. II p. 1168 adn. 2] ita corrigo, ut verisimile esse contendam Octavianum voluisse alterum nepotem, C. Caesarem, suscipere principatum post ipsum, cum in imperio tradendo haberet eandem rationem reipublicae quam Tiberius.³²⁾

Quem usum Vespasianus primus neglexit, cum concessit, ut uterque filius, Titus Caesar a. 71 [Fast. 29] et

³⁰⁾ De Marcello *successore potentiae* Octaviani: Vell. Pat. II 93; Senec. dial. VI 2; Tac. hist. I 15; Dio LIII 30 sq.

³¹⁾ E. Spanheim 'De praestantia et usu numismatum antiquorum' Amstelaedami 1717 II p. 422: *Inferior vero Pontificis dignitas, seu initium quoddam ac tyrocinium summi illius Pontificatus, Principibus Inventutis ac Caesaribus est demum delata*; Mercklin l. c. p. 158; Mommsen, St.-R. II p. 1108.

³²⁾ C. Caesarem nominant Pisani *iam designatum iustissimum ac simillimum parentis sui virtutibus principem* [Orelli 643]; Tac. hist. I 15. ann. XII 25; Schiller l. c. I p. 303 adn. 1; Madvig l. c. I p. 542 sqq. — Quamquam qua de causa Tiberius Drusum minorem filium Germanici praetulerit Neroni maiori, traditum non est [Tac. ann. IV 60. VI 23].

Domitianus Caesar a. 73 [Fast. 30], in omnia collegia sacerdotum adscisceretur; sic perbene intellegitur, quomodo sit factum, ut Domitiano, quamquam neque praenomine imperatoris neque tribunicia potestate honoratus erat, quibus frater utebatur, et spes excitaretur se una cum Tito participem imperii fore et odium inflammaretur, cum patre defuncto se fratri postponi vidisset [Mommsen, St.-R. II p. 1168 adn. 2; Schiller l. c. I p. 520 sq.].

Inde ab Hadriani temporibus pontificatus et reliqua summa sacerdotia ad omnes Caesares, id est ad eos, qui successores erant designati, deferri solebant aut post datum Caesaris nomen aut simul cum eo:³³⁾ sic Caracalla [Fast. 73] et Geta [Fast. 74], L. Septimii Severi filii, sic Herennius [Fast. 98] et Hostilianus [Fast. 99], Decii filii, simul sacerdotes omnium collegiorum fuerunt; Saloninus autem Gallieni filius minor [Fast. 107] in loca omnium collegiorum morte Valeriani fratris vacua [Fast. 106] videtur esse substitutus.

Caesares ne prius reciperentur in pontificum collegium, quam sumpsissent togam virilem, initio diligentissime observatum est [Fast. 1. 6. 7. 13. 18. 23. 53. 65]. Aurelius Severus Antoninus [Fast. 73] primus praetextatus puer in omnia collegia sacerdotalia receptus est.

Nunc perquiram, quomodo Caesares facti sint pontifices, de qua re homines docti alius aliam in sententiam discesserunt.

Atque Mercklin [l. c. p. 156^rsq.] partim senatum, partim imperatores pontificatu ornasse Caesares, Borghesi [opp. III p. 409 sqq. et p. 428 sqq.], Henzen [Arv. p. 67 et p. 154], Marquardt [St.-V. III p. 230 adn. 2], Mommsen [St.-R. II p. 1103 sq.] ex libero senatus consulto, ita ut princeps ne commendandi quidem iure uteretur, Caesares cooptatos esse inter pontifices, Gemoll [l. c. p. 30] *senatum nullo modo imperatoribus principibusque*

³³⁾ Borghesi opp. III p. 431 et p. 437. — L. Aelius Caesar, mortuus a. 138, pontifex non fuit [C. J. L. VI 985. III 4366; Orelli 829 = Wilmanns 942]. L. Aelius Aurelius Commodus [Fast. 61] Caesaris cognomine non ornatus, adoptatus a T. Antonino Pio usque ad a. 161 tantum inter augures fuit.

sacerdotia ordinaria sed tantum extraordinaria tribuere potuisse statuerunt. Equidem Caesares pontificatu esse honoratos hoc modo arbitror.

Duae rationes sunt distinguendae secundum temporis ordinem. Quarum altera pertinet usque ad a. 51: Imperatores ipsi iure faciendi sacerdotes, quod Octaviano a senatu populoque a. 725 traditum erat [Dio LI 20. LIII 17],³⁴⁾ usi Caesaribus pontificatum (aliaque sacerdotia) tribuebant. Quae sententia comprobatur his verbis Suetonii [Claud. 4]: *Augustus... reliquerit eum nullo praeter auguralis sacerdotii honore impertitum* et Dionis [LV 9]: *ἱερωσύνην* (pontificatum)... *αὐτῷ* (C. Caesari)... *ἔδωκεν* (Octavianus); [LVIII 7]: *ὁ Τιβέριος ἱερέας μετὰ Γαίου γε καὶ ἔκεινον* (Seianum) *καὶ τὸν οἶδον αὐτοῦ ἐποίησε*; [LVIII 8]: *τὸν Γαίον ὁ Τιβέριος ἱερέα ἀποδείξας ἐπήνεσε.*³⁵⁾ Quodsi nihilo minus constat inter homines doctos, quamquam his locis omnibus deest senatus mentio,³⁶⁾ tamen decreta esse sacerdotia Caesaribus a senatu, hunc errorem effectum esse falsa interpretatione Taciti verborum [ann. I 15]: *Tum primum e campo comitia ad patres translata sunt*, infra comprobabo, ubi de hominum privatorum electione disseram.

Hoc autem usque ad a. 51 semper observaverunt principes, ne in honorem Caesaris pontificum collegio (neve reliquis)³⁷⁾ novum locum supra numerum adderent, quamquam iure poterant facere:³⁸⁾ exspectare necesse erat Caesares, dum locus vacaret. Octavianum, cum C. Caesarem a. 749 in collegium pontificum

³⁴⁾ Non recte Mommsen [St.-R. II p. 1110] de iure commendandi cogitat [Borghesi opp. III p. 409; Mercklin l. c. p. 153; Gemoll l. c. p. 24 sq.; Madvig l. c. II p. 604].

³⁵⁾ Praeterea cf. Vell. Pat. II 59: *pontificatusque sacerdotio puerum honoravit* (Caesar Octavianum). Tac. ann. I 3: *Augustus... Claudium Marcellum... pontificatu... extulit*; ann. III 29; Suet. Tib. 54. Gai. 12; Dio LIX 28.

³⁶⁾ Quod ex senatus consulto Tiberius et Caesares tres ad numerum adiecti sunt, cum novum collegium sodalium Augustalium a. 14 institueretur. non mirum [Tac. ann. I 54; Suet. Claud. 6].

³⁷⁾ Cf. adn. 36.

³⁸⁾ Dio XLII 51. XLIII 51. XLIX 16. LI 20: *ἱερέας τε αὐτὸν καὶ ὑπὲρ τὸν ἀριθμὸν, ὅσοις ἂν ἀεὶ ἐθελήσῃ, αἰρεῖσθαι προσκαταστήσαντο*; Plut. quaest. Rom. 99; Gemoll l. c. p. 24.

admitteret, id spectasse conicio, ut semper in hoc locus esset vacuus Caesari ei, quem princeps successorem destinasset: sic pontifices fuerunt C. Caesar ab a. 749 ad a. 4, Drusus Caesar Ti. filius ab a. 4 (?) ad a. 23, Drusus Caesar Germanici filius ab a. 23 ad a. 31, C. Caesar Germanici filius ab a. 31.³⁹⁾

Altera ratio incipit ab a. 51: simul in omnia collegia Caesares ex senatus consulto cooptabantur, qui honor a. 51 Neroni Caesari a senatu ex Agrippinae consiliis inventus est [Fast. 23]. Cum Augustis ipsis quoque, qui Caesares non fuissent, eadem sacerdotia conferrentur,⁴⁰⁾ hoc loco videamus, quae haec omnia collegia fuerint.

Omnia collegia, quae quasi in unum conclusa sunt verbis Capitolini et Lampridii,⁴¹⁾ intellegenda esse non aliter nisi omnia quattuor collegia contendo, quamquam in quaedam reliquorum Augustos et Caesares esse cooptatos non ignoro. Aliam sententiam sunt professi Borghesi opp. I p. 350 sq. III p. 428 sq.; Mercklin l. c. p. 152; Henzen, Arv. p. 67; Marquardt, St.-V. III p. 222; Mommsen, St.-R. II p. 1102.

Ac primum quattuor amplissima sacerdotia et dum libera fuit respublica Romana et temporibus imperatorum pari conditione aequata secum ceteris opposita fuerunt:⁴²⁾ ne sodalitatem quidem Augustalium quamvis honoratam cum eis comparari posse dignitate recte demonstravit Dessau [in 'Eph. epigr.' III p. 208 sq.]. Ut reliqua omittam, homines privatos duo quattuor sacerdotiorum

³⁹⁾ Cf. Tac. ann. II 83: *neve quis flamen aut augur in locum Germanicus nisi gentis Iuliae crearetur*. Ibid. IV 9; C. J. L. VI 911 sq.

⁴⁰⁾ Imperatores omnes ab ipso principatus initio sacerdotes omnium collegiorum fuerunt [Cf. Cap. I adn. 5; Dio LIII 17]. De Caesare: Dio XLII 51: τοῖς τε γὰρ ποντιφίξι καὶ τοῖς οἰωνισταῖς, ὧν καὶ αὐτὸς ἦν, τοῖς τε πεντεκαίδεκα καλουμένοις ἕνα ἑκάστοις προσένειμε, καίπερ αὐτὸς βουλευθεὶς πάσας τὰς ἱερωσύνας λαβεῖν ὡσπερ ἐψήφιστο (a. 707); Bardt l. c. p. 15 n. 63 et p. 24 n. 48; septemviratum Caesaris Plinius commemorat [N. H. XIV 97 (a. 708)].

⁴¹⁾ Vit. M. Anton. 16: *Marcus . . . contulerit . . . in filium (Commodum) . . . sacerdotium*; vit. Commod. 1: *in collegium sacerdotum adscitus est*. — ibid. 12: *adsumptus est in omnia collegia sacerdotalia sacerdos*.

⁴²⁾ Mommsen, St.-R. II p. 29 adn. 3; Madvig l. c. II p. 608; Becker-Marquardt, Handb. IV p. 166 sq.; Tac. ann. III 64; Dio XLII 51. LVIII 12; Mon. Ancyr. p. 40 sqq.; C. J. L. I p. 385 (d. XVI K. Febr.). VI 912 = Henzen 5381.

suscipere temporibus Augustorum usque ad initium tertii saeculi non licuit, neque vero quicquam impedimento fuit, ne, qui iam pontifex aut augur aut XV vir s. f. aut VII vir epulonum esset, cooptaretur inter sodales Augustales vel fratres Arvales [Marquardt, St.-V. III p. 233; cf. Fast. 80], atque imperatores omnium quattuor sacerdotum magistros perpetuos fuisse verisimillimum est, quamquam adhuc tantummodo pontificum et quindecimvirum magistros eos fuisse constat;⁴³⁾ reliquis autem sacerdotiis aut semper homines privati praesidebant annui magistri aut ex ordine fungebantur magisterio et principes et privati homines [Mommsen, St.-R. II p. 1106; Marquardt, St.-V. III p. 246; Henzen, Arv. p. IV]. Deinde imperatoris Othonis sacerdotia, quorum causa comitia habita sunt a. 69 d. III Non. Mart., dubium non est, quin eadem interpretanda sint atque haec omnia sacerdotia, quae Augusti et Caesares accipere solebant: nulla autem nisi quattuor summa sacerdotia per comitia populi tradita (vel in eis renuntiata) esse homines docti consentiunt [Mommsen, St.-R. II p. 19 sq. et p. 29 adn. 3]. Tum factum esse probari potest, ut omnia sacerdotia non simul deferrentur, sed alio die omnia quattuor coniuncta, alio reliqua: velut Hadrianus [Fast. 48] inter pontifices, augures, XV viros s. f. a. 117, inter fratres Arvales a. 118 cooptatus est; velut M. Aurelium [Fast. 53] Hadrianus a. 129 *in saliorum collegium rettulit* et T. Antoninus a. 139 *in collegia sacerdotum iubente senatu recepit*; velut Heliogabalus [Fast. 84] imperium adeptus statim eodem die omnibus quattuor collegiis, postea aliis aliis diebus videtur esse adscriptus. Denique confirmatur sententia mea Augustorum Caesarumque et inscriptionibus eis, in quibus nulla nisi quattuor sacerdotia (pontificatus maximus cum tribus reliquis sacerdotiis coniunctus) enumerantur [Fast. 1. 4. 23], et nummis eis, in quibus insignia quattuor sacerdotiorum interdumque verba: *sacerd. coopt. in omn. conl. (supra num.) ex. s. c.* sunt incisa, praesertim si mihi continget probare nunquam in nummis, qui in memoriam omnium sacerdotiorum acceptorum signati sunt,⁴⁴⁾ reperiri instrumentum, quod non pertineat ad unum ex

⁴³⁾ De augurum principe: Becker-Marquardt, Handb. IV p. 347; Marquardt, St.-V. III p. 399; C. J. L. VI 1233.

⁴⁴⁾ Huiusmodi nummos ferri iusserunt imperatores et senatus non solum anno eo, quo omnia sacerdotia decreta sunt, sed etiam postea [Kenner in 'Numismat. Zeitschr.' XVII p. 55].

quattuor illis. Mea enim sententia Borghesi erravit in insignibus sacerdotiorum interpretandis, quamvis multi homines docti opinionem eius secuti sint: quem errorem ut tollam, iam copiose inquiram in sacerdotalia instrumenta, quae conspiciuntur in nummis.

Simpulum, lituum, tripodem, pateram significare sacerdotia pontificum, augurum, quindecimvirum s.f., septemvirum epulorum Borghesi recte demonstravit [opp. I p. 343 sqq. III p. 428 sqq.; Becker-Marquardt, Handb. IV p. 167; Marquardt, St.-V. III p. 221 sq.]: quae insignia non reperiuntur nisi in binis nummis et Octaviani Augusti [Cohen 347 sq.] et Neronis Caesaris [Cohen 311 sq.]; in ceteris nummis sacerdotalibus, qui permulti sunt, et deest sive hoc sive illud instrumentum (raro simpulum et lituus, saepius patera, semper tripodem) et nova occurrunt (per saepe urceus vel praefericulum, aspergillum, secespita, semel securis; apex et bucranium in binis nummis Commodi et Caracallae), ita ut interdum sex numerentur. Quae insignia in nummis sint coniuncta, hic componam, quo facilius quaestio perspiciatur:

1. Simpulum, aspergillum, urceus, lituus [Cohen Vesp. 41—45. Tit. 24. Nerv. 41. 47—52. 84. Plotin. 9. Hadr. 454. 456. Ant. Pius 93—95. 835].

2. Secespita, lituus, apex, simpulum, securis [Cohen Hadr. 455].

3. Secespita, lituus, urceus, aspergillum, simpulum aut simpulum, lituus, urceus, aspergillum, secespita aut secespita, aspergillum, urceus, lituus, simpulum aut simpulum, aspergillum, urceus, lituus, secespita [Cohen Ant. Pius 96. 101 sq. 836. 876 sq. 921—923. M. Aurel. 450—461. Commod. 401—406. Carac. 587 sq. Get. 187 sqq. Alex. Sev. 198 sq. Maxim. 1 (in 2—4 deest simpulum). Philipp. fil. 32. Salonin. 40—42. 45—47. 53].

4. Secespita, bucranium, apex, simpulum [Cohen Commod. 599].

5. Secespita, bucranium, apex, urceus [Cohen Commod. 694].

6. Lituus, apex, bucranium, simpulum [Cohen Carac. 53 sq.].

7. Lituus, secespita, patera, urceus, simpulum, aspergillum [Cohen Carac. 582 sqq.; cf. Fast. 73; Cohen Maxim. 5—9. Gordian. III 182 sq. Volusian. 90. Salonin. 44. 48 sqq.].

8. Lituus, secespita, urceus, simpulum, apex [Cohen Get. 191].

9. Aspergillum, patera, lituus, simpulum [Cohen Dec. 101].

10. Aspergillum, simpulum, urceus, patera, lituus [Cohen Herenn. 14—16. 251. Hostil. 25 sq. Salonin. 58].

11. Aspergillum, simpulum, urceus, patera, secespita [Cohen Salonin. 56 sq.].

Urceum, aspergillum, secespitam, securim, apicem non spectare ad nova sacerdotia, sed ad pontificatum et auguratum tam notum est, ut testimoniis vix opus sit [Marquardt, St.-V. III p. 248 adn. 2; cf. Cohen Pomp. 17. Caes. 2. 4. 21. Lep. et Anton. 2 sqq.]; quod in nummis tripus et patera sunt omissa, inde efficere non licere quindecimviratum aut septemviratum Augusto aut Caesari delatum non esse, quis est qui neget? Quid autem vult bucranium in nummis Commodi et Caracallae Caesarum? Borghesi, cuius sententiam probaverunt homines docti, bucranium insigne esse attribuendum sacerdotio sodalium Augustalium contendit [Borghesi opp. I p. 351; Becker-Marquardt, Handb. IV p. 167; Marquardt, St.-V. III p. 222 et p. 471; Mommsen, St.-R. II p. 1105 adn. 3]. Hoc non recte statuisse virum clarissimum equidem puto; demonstrare enim posse mihi videor iam circa finem primi saeculi, cum antea quattuor sacerdotiis quattuor certa instrumenta respondissent, monetarios non ea ratione usos esse, ut singula sacerdotia insignibus singulis significari vellent, sed alios alia eligentes has varias, quas supra nominavi, expressisse figuras, quae omnes pertinerent ad eandem rem, id est ad Augustorum Caesarumque in omnia quattuor collegia cooptationem.

Insignia enim ea, quae primum in nummis T. Antonini Pii et M. Aurelii (a. 139 et a. 140), postea saepissime inveniuntur (cf. fig. 3; Eckhel VII p. 46), elegantia quadam composita esse, ita ut ratio convenientiae et pulchritudinis haberetur, manifestum est; medium tenet urceus, ad hunc altera parte lituus, altera aspergillum se applicant et vergunt hic in secespitam illic in simpulum, ut

minima instrumenta plurimum absint a maximo. Unde elucet a. 139 monetarium aut iam ignorasse ex quinque insignibus ab ipso electis tria convenire in pontificatum, duo in auguratum, itaque quindecimviratum et septemviratum carere signia, aut eius nihil interfuisse suo quodque sacerdotium instrumento distinguere. Postea monetarii alii nummorum aversas partes eodem modo signaverunt, alii qui novam formam in lucem proferre volebant, modo addiderunt modo omiserunt modo permutaverunt insignia, prout eis libebat; convenientia tamen partium ita servabatur, ut urceus semper fere medium retineret locum.

Sic in nummis Commodi et Caracallae adiectum est bucranium usitatis instrumentis. Quae causa potest excogitari, cur ipsos hos Caesares inter sodales Augustales esse adscitos in binis eorum nummis novo insigni indicetur, cum et antea et postea omnes Augustos Caesaresque in hoc collegium esse receptos constet? Cur in reliquis nummis utriusque Caesaris bucranium incisum non est? Denique quomodo fieri potest, ut bucranium pertineat ad certum novum sacerdotium, cum in figura 4 neque auguratus neque quindecimviratus neque septemviratus, in figuris 5 et 6 neque quindecimviratus neque septemviratus instrumentis suis sint significati?⁴⁵⁾ Immo vero cum Commodi aetate a monetariis insignia iam non ita esse electa explicaverim, ut singula sacerdotia internoscerentur singulis insignibus, senatus monetarium, qui in nummis propter Commodi in omnia collegia cooptationem signatis bucranium adiunxit secespitae, apici, simpulo, urceo, non recte perspicientem, quid sibi vellet bucranium in fanis inter instrumenta sacerdotalia interpositum,⁴⁶⁾ hoc in-

⁴⁵⁾ Non recte Borghesi opp. I p. 351 haec dicit: ... *ai quattro simboli degli antichi sodalizi se ne vede aggiunto un quinto ch'è il bucranio, ossia un teachio di bue.*

⁴⁶⁾ Bucrania in templorum epistyllis inter summorum collegiorum instrumenta interiecta fuisse paribus intervallis decora ornamentaque notum est; velut in Vestae aedis epistyllo [Jordan, *Der Tempel der Vesta* p. 18 sq.]. Item bucranium inter insignia sacerdotalia insertum invenitur in arcu argentario [Clarac pl. 220 n. 307 = *Denkm. d. klass. Altert.* (edit. ab A. Baumeister) p. 1109 n. 1306; praeterea cf. Clarac pl. 250 sqq.; *Dictionnaire des antiquités grecques et romaines* (edit. a. Ch. Daremberg et Edm. Saglio) I p. 352]. In titulo Baebiano insignia pontificatus municipalis insculpta sunt: patera, urceus, aspersorium [Henzen 5957 = C. J. L. IX 1465; *Rev. archéol.* XVIII p. 121 sq.].

signi non novum sacerdotium notare, sed novam formam aversae partis nummorum exprimere voluisse colligo. Quod exemplum inconsulte ac temere secutus est monetarius Caracallae; ceteri reiecerunt bucranium intellegentes hoc non esse instrumentum sacerdotale neque rationem eam, qua bucranium effingeretur in monumentis, valere posse in nummis.

Restat, ut perquiram, num iam ante a. 139 (post a. 51) quattuor sacerdotiis sua instrumenta in nummis attribui sint desita. Exstant nummi aurei et argentei imperatorum Vespasiani, Titi, Nervae, Hadriani, Antonini Pii post susceptum pontificatum maximum signati [fig. 1 et 2], in quorum aversis partibus insignia pontificatus (simpulum, aspergillum, secespita, apex, securis) et auguratus (lituus, urceus) occurrunt. Quo modo horum imperatorum in omnia quattuor collegia cooptationem illustrare voluisse monetarios, quamquam XV virum et VII virum instrumenta desunt, statuo [Borghesi opp. III p. 428; Mommsen, St.-R. II p. 1103 adn. 3 et p. 1104 adn. 1]. Nam si his nummis collegia ea significarentur, quibus essent adscripti imperatores principatum adepti, eos inter XV viros et VII viros fuisse, antequam imperium assequerentur, necesse est: id quod probari non potest. Neque enim unquam primo aut altero saeculo homines privati in duo summorum sacerdotiorum sunt recepti; Titus autem iam, cum Caesar esset, in omnia collegia est cooptatus, et Nerva ante annum 96 in ipso collegio augurum fuit. Praeterea dubitari non posse mihi videtur, quin Pii nummi Cohen 93—95. 835 [fig. 1] ad idem spectent ac nummi sub figura 3 enumerati, quibus T. Antoninum Pium in omnia collegia adscitum esse illustrari nemo negat. Antea autem eadem instrumenta pontificatum et auguratum solos significaverunt [Cohen Octav. Aug. 91. 128. 337].⁴⁷⁾ Itaque me effecisse arbitror monetarios paullatim iam diiudicare aut non potuisse aut noluisse, quae cuiusque

⁴⁷⁾ Qua de causa Vespasianus et Titus in eisdem nummis sacerdotalibus interdum auguris nomen gerant, ignoro [Fast. 28 sq.]. Mirum est, quod auguris titulus adhuc tantummodo in nummis Ephesi signatis videtur esse inventus [Cohen Vesp. 36—45; Eckhel VI p. 331]. Ceterum hybridae esse mihi videntur Cohen Vesp. 42. 44, fortasse Cohen Tit. 21—24, ita ut aversae partes Titi nummorum pertineant ad Vespasianum [Pick l. c. p. 355]. Eckhel VI p. 309 describit nummum Vitellii, in cuius parte adversa haec leguntur: *A. Vitellius. German. imp. pont.*

sacerdotii essent instrumenta. Vitellius etiam tum recte addixit quindecimviratui tripodem [Fast. 26] itemque nummi Titi [Cohen 320—323; cf. Fast. 29] et Domitiani [Cohen 546. 552. 594; cf. Fast. 30] ad quindecimvirale sacerdotium videntur pertinere [Kenner in 'Numismat. Zeitschr.' XVII p. 65].⁴⁸⁾ Quibus rebus expositis mihi videor demonstravisse omnia sacerdotia non aliter esse intellegenda nisi omnia quattuor sacerdotia, ut omnia opposita sint singulis, quae hominibus privatis itemque usque ad annum 51 Caesaribus suscipere licebat, eisque reliqua minora appendicis loco esse adiecta. Neque vero mos fuit post a. 51, ut omnia quattuor sacerdotia Augustorum Caesarumque in marmoribus nummisque inciderentur:⁴⁹⁾ ut Augustus pontifex maximus solum vocabatur, sic Caesar in nummis pontificis titulo solebat uti, ut quattuor sacerdotia complecteretur, in inscriptionibus autem plerumque [adest: C. J. L. VI 932. 1074. 1232. VIII 4591. 10116. 10119. X 5909. XI 3606], semper in privilegiis militum, quae ab Augusto et Caesare simul data sunt, omittebatur huius pontificatus.

Denique hoc addam, in nummis eis, qui praebent sacerdotalia instrumenta, persaepe inveniri verba: *Pietas Aug.* aut *Pietas Augg.*, primum a. 140 in nummis M. Aurelii Caesaris (cf. p. 46 adn. 4); atque de his aversis partibus nummorum Kenner [l. c. p. 58] recte haec dicit: *für die Andeutung der Thatsache ihrer Ernennung zum Caesar ein ständiges Münzbild.*

Iam quaeritur, quo modo inde ab a. 51 Augustorum et Caesarum cooptatione numerus locorum pontificiorum sit auctus. Quam rem qui expedire et absolvere vult, ei in uni-

⁴⁸⁾ In titulo T. Aquillii Proculi proconsulis Asiae a. 103/104 [C. J. L. X 1699; Waddington, Fast. 113] tripodem spectat ad honorem quindecimviralem; in ara a. 370 posita a Petronio Apollodoro v. c. pontifice maiore, XV viro sacris faciundis, patre sacrorum dei invicti Mithrae occurrunt *tedae transversae, lituus, patera, guttus sive urceus et simpucium* [C. J. L. VI 509].

⁴⁹⁾ Titus et Domitianus soli sacerdotes omnium collegiorum nominantur [Fast. 29. 30]. — In actis fratrum Arvalium [C. J. L. VI 2042; Henzen, Arv. p. 66] ob pontificatum Neronis scriptum est (d. III Non. Mart. a. 59), ita ut sacerdotiorum magnorum summum omnia quattuor comprehendere videatur (cf. adn. 41). Quod T. Antoninus Pius in marmore Hierosolymitano pontifex et augur nominatur, mirum est [Fast. 52; cf. Wilmanns 885]. Sacerdotium Arvale inter titulos principum Caesarumque legitur in basibus eis, quae a fratribus Arvalibus sunt dedicatae [C. J. L. VI 968. 1000. 1012. 1026. 1093; Mommsen, St.-R. II p. 780 sq.].

versam sacerdotiorum ordinationem inquirendum est, cum de pontificum collegio nihil eiusmodi sit traditum.

Postquam Octavianus pontifex, augur, XV vir s. f., VII vir epulorum a populo creatus est, ita ut succederet in loca hominum demortuorum, omnibus principibus, cum alter deinceps pro altero vita modo functo sacerdos collegiorum omnium substitueretur, suus in sacerdotiis locus vacavit. Apparet enim Augustum novum, si ante imperium initum acceperat nullum sacerdotium, in omnia, si collegio alicui adscriptus erat, in ceterorum morte prioris principis vacua loca esse cooptatum; privati autem homines pro imperatore mortuo in collegia ea adsciscebantur, in quibus successor iam erat.⁵⁰⁾ Itaque ubi Caesar, qui omnium collegiorum sacerdos erat, imperium suscipiebat, in omnibus sacerdotiis Augusti defuncti decuriae concedi poterant privatis. Unde efficitur usque ad Aureliani tempora fortasse nunquam in ullo collegio novum locum in honorem Augusti institutum esse, id est Augustos nunquam ad numerum adlectos, sed legitime cooptatos esse in loca ordinaria.⁵¹⁾

Caesares autem inde ab a. 51 persaepe supra numerum⁵²⁾ omnium collegiorum sacerdotes electos esse multis probatur testimoniis. De qua institutione novorum locorum quid ex fastis sacerdotalibus [C. J. L. VI 1984 sqq.; Borghesi opp. III p. 391 sqq.] possit enucleari, exponam; arbitror

⁵⁰⁾ Henzen, *Arv.* p. III; Gemoll l. c. p. 30. — Pro Nerone a. 68 substituti sunt privati quindecimvir s. f. (fortasse L. Calpurnius Piso Frugi Licinianus [Henzen in 'Bull. d. Inst.' 1885 p. 12]), sodalis Titius, sodalis Augustalis [C. J. L. VI 1984], quod Galba iam in his collegiis erat. *T. Tampus Flavianus successit Ser. Sulpicio Galbae, cum successor Otho iam antea in collegium (fratrum Arvalium) receptus esset* dicit Henzen l. c. De Vitellii, Vespasiani, Nervae, Hadriani hominum privatorum sacerdotiis cf. *Fast.* 26. 28. 37. 48.

⁵¹⁾ Aliter indicaverunt Hirschfeld in 'Götting. gelehrt. Anz.' 1869 p. 1502 sq.; Henzen, *Arv.* p. IV; Gemoll l. c. p. 29. Imperator Tiberius solus, cum collegium sodalium Augustalium institueretur, *extra ordinem ad numerum* est adiectus [Tac. ann. I 54; Suet. Claud. 6].

⁵²⁾ *Adlectus ad numerum* [C. J. L. VI 1984], *super numerum cooptatus* [l. c.], *cooptatus supra numerum* [l. c. et ibid. 2001. 2009; Cohen Ner. 311 sq.] — Tac. ann. I 54; Suet. Claud. 6; Dio XLII 51. XLIII 51. XLIX 16-17 20; Mercklin l. c. p. 160; Rubino 'De augurum et pontificum apud veteres Romanos numero' Marburgi 1852 p. 12 sqq.; Gemoll l. c. p. 28 sq.

enim, quae ratio ab his collegiis inita est, eandem valuisse apud pontifices.

Materia est duplicis generis: exstant reliquiae duarum decuriarum collegii sodalium Augustalium Claudialium [l. c. 1984], in quibus deinceps enumerantur, qui in eadem decuria successerunt alter alteri, et fragmenta duarum tabularum, in quarum altera [l. c. 2001] inde ab a. 218 ad a. 236, in altera [l. c. 2009] inde ab a. 197 ad a. 238 servato temporis ordine refertur, quo die Augusti et Caesares in collegia et sodalium Antoninianorum (?) et sacerdotum in aede Iovis Propugnatoris consistentium recepti sint, ita ut in utraque tabula binarum decuriarum partes insint. In marmore l. c. 2001 commemoratur L. Egnatius Victor Lollianus, homo privatus a. 213 [ex lit]teris imp. Antonini Pii... [et omnium consen]su s[actus] sodalis Antoninianus [Borghesi l. c. p. 413 et 414 adn. 1]; qui ut huic tabulae inscriberetur, quomodo fieri potuerit, postea coniectura explicare conabor.

Annis 51, 71, 73 in honorem Neronis, Titi, Domitiani Caesarum ex senatus consulto, nisi forte loca in aliquot sacerdotiis vacabant, omnibus collegiis singula loca supra numerum adiecta esse verisimillimum est. Collegium sodalium Augustalium Claudialium a. 81 in decuriam Titi hominem privatum non admisit, sed haec vacua remansit usque ad annum 197; atque idem factum esse in ceteris collegiis iure optimo colligere mihi licet. Fortasse statuendum est imperatorem Vespasianum edixisse, ut omnibus in collegiis singula loca vacua relinquerentur Caesari, ne postea iterum et saepius nova institui necesse esset. Anno autem 197 M. Aurelius Antoninus Caesar in Titi decurias receptus est,⁵⁵ successorem habuit a. 217 Macrinum [l. c. 1984, 2009], in cuius locum a. 219 homo privatus cooptatus est sodalis Augustalis Claudialis. Iam vero equidem haec coniecerim. Neque pro Vespasiano neque pro Tito ut substituerentur homines privati, concessit Domitianus, ita ut a. 96 post huius mortem in unoquoque collegio terna essent loca vacua. Tum Augusti et Caesares alterno ordine in bina loca cooptabantur, donec a. 198, cum Geta Caesar sacerdos omnium collegiorum factus esset, nullus locus

⁵⁵ Quod per longius intervallum decuria XXVIII collegii sodalium Augustalium Claudialium vacaverat, a. 197 adscriptum est *super numerum*, quamquam iam dudum ordinaria erat [l. c. 1984; item l. c. 2009.]

patuit: fuerunt igitur in omnibus collegiis Augustus et Caesares duo, id quod iam antea acciderat inde ab a. 73 ad a. 79. Sed cave putes Septimium Severum, Caracallam, Getam in unoquoque collegio eadem loca tenuisse, quae Vespasianus, Titus, Domitianus habuerunt; cum enim Nerva salis Palatinis, sodalibus Augustalibus, auguribus, Hadrianus sodalibus Augustalibus, septemviris epulonibus, L. Verus auguribus, Iulianus sodalibus Antoninianis ante imperium initum essent adscripti, effectum est, ut in his collegiis succederent principibus mortuis homines privati, et in loca, quae antea privatorum fuissent, cooptarentur Augusti et Caesares.⁵⁴⁾ Diadumenianus et Alexander Caesares utrum supra numerum adlecti sint an legitime (in loca Septimii Severi vel Getae), non satis apparet; id autem constat, a. 236 Maximum Caesarem inter sodales Antoninianos (itemque in cetera collegia) supra numerum receptum esse, quod imperator Severus Alexander in omnia vacua loca homines privatos substituerat. Atque a. 238 sine dubio uterque Gordianus legitime (non supra numerum [l. c. 2009]) sacerdos collegiorum omnium fieri potuit, Gordiani tertii autem in honorem novum locum adiectum esse omnibus collegiis admodum probabile est [Mommsen, St.-R. II p. 1104 adn. 2 et p. 1110 adn. 4; Mercklin l. c. p. 153 sqq.]. — In collegiis sodalium Antoninianorum [C. J. L. VI 2001] et sodalium Augustalium Claudialium [l. c. 1984] semel (a. 218) imperator successisse in privati hominis locum videtur; inde colligo a. 218 in his collegiis praeter Macrini et Diadumeniani loca forte patuisse alia, in quae Aurelius Antoninus nescio qua de causa cooptatus sit [Henzen, Arv. p. III; Gemoll l. c. p. 30]. Itaque Macrini decuriae concessae sunt privatis. Lolliani⁵⁵⁾ autem nomen insculptum esse arbitror in tabula Augustorum et Caesarum, quod locus eius, in quem Antoninus esset receptus, ex privato ut ita dicam factus erat imperatorius.

Sic me probasse arbitror Augustorum cooptatione nullo, Caesarum quinque locis inde ab a. 51 ad a. 238 pontificum collegium esse auctum.

⁵⁴⁾ De decuria imperatoria [Henzen 6058] cogitari non potest, quamquam tertio saeculo plerumque accidit, ut novus Augustus in omnia loca demortui cooptaretur.

⁵⁵⁾ De Lolliano: Borghesi opp. III p. 412 sqq. IV p. 522. V p. 409; C. J. A. III 632.

Sequitur, ut exponam, per quem Augusti et Caesares inde ab a. 51 sacerdotes omnium collegiorum sint electi.

In actis fratrum Arvalium [C. J. L. VI p. 499] refertur a. 69 d. III Non. Mart. in Capitolio ob comitia sacerdotiorum imperatoris Othonis Augusti Iovi bovem marem, Iunoni vaccam, Minervae vaccam, Genio ipsius taurum esse immolatos; quae comitia aliam vim habuisse atque pontificatus maximi comitia cur statuam, nulla est causa. Contendo igitur, cum Octavianus sine ulla dubitatione sacerdotia summa per comitia acceperit neque sit traditum ius imperatoribus tribuendi sacerdotia populo esse ademptum — nam homines doctos iudicantes inde ab a. 14 sacerdotia a senatu principibus esse delata errasse iam supra demonstravi (cf. p. 54 sqq. et p. 62 sq.) —, initio principatus Augustis omnia sacerdotia (videlicet praeter ea, quibus iam honorati erant) uno die⁵⁶⁾ (antequam creati essent pontifices maximi) concessa esse non ex senatus consulto, sed per tribus (septendecim) populi. Postea mutatio est facta, quo tempore primum Augustus pontificatum maximum a senatu ipso imperii die accepit et post pontificatum maximum initum omnibus collegiis adscriptus est (post Septimium Severum [cf. p. 52 et p. 58]): a quo tempore eodem senatus consulto et pontificatus maximus et omnia sacerdotia decernebantur imperatoribus, ita ut collegia statim eos recipere iuberentur [Henzen, Arv. p. 154; Mommsen, St.-R. II p. 1104 adn. 2]. Itaque in fastis sodalium Antoninianorum et sacerdotum in aede Iovis Propugnatoris consistentium ad cooptationem imperatorum recte semper additur formula *ex senatus consulto*; in actis fratrum Arvalium semel [C. J. L. VI p. 537 (a. 118)] eam a lapicida incisam non esse, intercidissee in hiatu alibi [C. J. L. VI p. 571 (a. 218); Mommsen, St.-R. II p. 1104 adn. 3] puto; qua de causa autem *ex s. c.* desit in fastis sodalium Augustalium Claudialium C. J. L. VI 1984 (a. 217), utrum ordine legeque an casu negligentiaeque omissum, nescio.

Caesaribus inde ab a. 51 semper ex senatus consulto omnia sacerdotia esse delata videntur. Commemo-

⁵⁶⁾ Primo p. Chr. n. saeculo his comitiis omnium sacerdotiorum mensis Martius videtur servatus esse, fortasse cum ratio haberetur moris ex temporibus liberae reipublicae antiquioribus relictis [cf. p. 55 sq.; Mommsen, St.-R. I p. 582. II p. 32 et p. 1104].

ratur quidem senatus consultum in nummis marmoribusque, ex imperatoris auctoritate id factum esse, ita ut re vera hic Caesari omnia sacerdotia tribueret non secus atque antea singula, demonstrant scriptores rerum⁵⁷⁾ et verba *Pietas Augusti* aut *Pietas Augustorum*, quae persaepe inscripta esse aversis partibus nummorum propter Caesarum in omnia collegia cooperationem signatorum supra dixi [cf. p. 46].

De caerimoniis inaugurandi vel vocandi ad sacra nihil certi constat [Mercklin l. c. p. 125 sq.; Gemoll l. c. p. 22; Henzen, Arv. p. 155; Marquardt, St.-V. III p. 230 sq.; Mommsen, St.-R. II p. 33 sqq.].⁵⁸⁾

Denique fieri potuisse commemoro, ut imperator a Caesare abiudicaret sacerdotia. A Tiberio enim C. Caesar videtur ita factus esse pontifex, augur, sodalis Augustalis a. 31, ut succederet in loca Drusi Caesaris fratris, qui principis iussu vinculis mandatus erat in Palatio, ubi a. 33 fame periit [Fast. 13. 18; Suet. Tib. 65; Dio LVIII 13]; atque si accidisset id, quod Elagabalus in animo habebat, ut Alexander Caesaris nomine privaretur [vit. Heliog. 13; Herod. V 8, 4 sqq.], sine dubio hac dignitate amissa coactus esset exire ex omnibus collegiis, in quae Caesar adscriptus erat.

Qua de causa Augusti (et Caesares) ut reciperentur in omnia collegia operam dederint, Gemoll recte explicavit [l. c. p. 25]: *non dignitatis augendae causa, quanquam id quoque effectum est, sed quod multo est gravius — quia ita tantum legitime sacerdotia tribuere poterant.*

§ 3.

De hominum privatorum pontificatu.

Imperatorum aetate cuius ordinis hominibus privatis, quo loco cursus honorum, quo modo pontificatus sit tributus, quae fuerit dignitas pontificalis, haec, ut omnia brevi complectar, exponere animum induxi.

⁵⁷⁾ Iul. Capitol. vit. M. Anton. 6: *Pius ... Marcum ... in collegia sacerdotum iubente senatu recepit*; ibid. 16: *... Marcus, ut ... contulerit ... in filium ... sacerdotium* (Ael. Lamprid. vit. Commod. 1 et 12; Ael. Spartan. vit. Sev. 14).

⁵⁸⁾ Nimirum nihil obstitit, quominus Augusti Caesaresque absentes eligerentur sacerdotes omnium collegiorum [cf. p. 59; Borghesi opp. III p. 432].

Ac primum quidem homines nisi senatorii ordinis, etiamsi honores nondum capessivissent, pontificatu ornari non licuit [Dio XLII 51; Mommsen, St.-R. II p. 33. III p. 466].⁵⁹⁾ Quamquam plerumque ei, quorum maiores iam gesserant magistratus, in collegium pontificum cooptabantur, non tamen desunt, qui ipsi demum in amplissimum ordinem adlecti pontifices sint creati [Fast. 2. 39. 45. 55. 78].⁶⁰⁾ Alexandri Severi autem temporibus, ut refert Aelius Lampridius [vit. Alex. Sev. 58] *is . . . , qui rem p. bene gesserant, consularia ornamenta decreta sunt, — quae tum plerumque tribuebantur hominibus equestris ordinis [Mommsen, St.-R. I p. 462 sq.] — additis etiam sacerdotiis et agrorum possessionibus is, qui erant pauperes et aevo iam graves.* De quibus sacerdotiis sit cogitandum, quaeritur. Hic autem inspicere eiusdem rerum scriptoris verba necesse est [vit. Alex. Sev. 49]: *pontificatus et quindecimviratus auguratus codicillares fecit, ita ut in senatu allegarentur, quae quomodo sint intellegenda, alii aliter iudicarunt [Borghesi opp. III p. 411; Mercklin l. c. p. 156; Bouché-Leclercq l. c. p. 382 sq.; Schiller l. c. I p. 769; Mommsen, St.-R. II p. 1112]. Sed ne Theodori Mommsen quidem sententia, qui reliquis re-*

⁵⁹⁾ C. Appulleius Tappo [Fast. 111], Aquileiae natus, in indice voluminis V corporis inscriptionum Latinarum ordini amplissimo non adnumeratur, at pontificibus Romanis. Mea quidem sententia aut homo laticlavus est putandus, aequae atque C. Appulleius M. F. Tappo, ipse quoque ex eadem urbe oriundus, quocum haud scio an cognatione fuerit coniunctus: neque quicquam obstat, quominus eum Romae pontificem fuisse arbitrari, aut non item: et Aquileiae eum pontificatu functum esse statuo [cf. C. J. L. XIV 3618 et ind. p. 525 et p. 567].

⁶⁰⁾ A patribus fuerunt ordinis senatorii C. Rubellius Blandus et Cn. Iulius Agricola [Fast. 16 et 32]. — Cf. C. J. L. X 4749, ubi duo filii laticlavii pontificis Suessani nominantur, quorum alter pontifex, alter augur Romae videtur fuisse; C. J. Gr. 4029 [Mommsen, St.-R. III p. 470 adn. 4]. De sacerdotio Seiani adlecti in ordinem senatorium cf. p. 11 adn. 10; de sacerdotiis filii L. Vestini equitis Romani tributis Urlichs 'De vita et honoribus Taciti' Wirceburgi 1879 p. 4 haec iudicavit: *Neque qui a Claudio Caesare nominantur Vestini procuratoris filii, e quibus unus a. 65 consulatu functus est, quem primum sacerdotiorum gradum adepti sint, apparet. Ad summa collegia referendum esse inde consequitur, quod senatum rogavit imperator; cum autem dignitatis initium fuerit, sodales potius Augustales factos esse putaverim quam ad quatuor amplissima collegia admissos, simulque in senatorium ordinem, ut par erat in tali sacerdotio, receptos esse.* Tacitus, equitis Romani filius, ante praeturam ad quindecimviratum pervenit [Teuffel, Gesch. d. Röm. Lit. p. 765 n. 6].

futatis imperatorem cum senatu communicavisse putat, quemcumque sacerdotem nominavisset, videtur mihi stare posse; neque enim unquam fere principes senatus rationem eam habuisse in eligendis sacerdotibus postea explicabo, ut non cognoscatur, quae causa fuerit Severi Alexandri comitatis. Equidem arbitror Aelium Lampridium utroque loco ad idem spectare, ita ut alter locus illustretur altero: equites Romani, qui bene meriti erant de republica, ornamentis consularibus honorati aut pontificatum aut auguratum aut quindecimviratum⁶¹⁾ codicillo⁶²⁾ principis accipiebant, et qui hoc modo in collegia adscribebantur, non omnes novi sacerdotes, in senatu allegabantur.⁶³⁾ Sic tum, ut officia senatoria et equestria confundebantur, eadem sacerdotia, quae antea erant ordinis senatorii, equitibus Romanis deferri coepta sunt.

Provinciales aetate imperatorum ius honorum adeptos saepe altissimum magistratum gradum ascendisse notum est;⁶⁴⁾ homines autem, qui hac condicione erant nati, perraro dignatos esse decore pontificatus sacerdotali discet, qui fastos a me compositos inspiciet: occurrunt duo Hispani [Fast. 2. 41], civis Ancyranus [Fast. 55], Afer [Fast. 78], qui consulatum gesserunt et ad pontificatum pervenerunt.⁶⁵⁾

⁶¹⁾ Aelius Lampridius l. c. et ibidem 22 pontifices, XV viros, augures enumerat, VII viros epulones non item.

⁶²⁾ Hirschfeld, Verw.-Gesch. I p. 266; Madvig l. c. I p. 590. II p. 563; Friedländer, Sittengesch. I p. 170; Karlowa l. c. I p. 641.

⁶³⁾ Hic novus mos fortasse inductus est, quod tum (Elagabali aetate) pontificatus minor desiit, ut videtur, esse ornamentum equestre [cf. p. 97]. Id quoque sententiae meae documento esse potest, quod a Severo Alexandro omnes decurias sacerdotiorum omnium hominibus privatis esse concessas verisimillimum est, ut Maximum Caesarem a. 236 supra numerum cooptari necesse fuerit [cf. p. 73].

⁶⁴⁾ Mommsen, St.-R. I p. 490; Friedländer, Sittengesch. I p. 210; Madvig l. c. I p. 32 sqq.; Tac. ann. III 55; Dio LI 17. LXXVI 5; Arch.-epigr. Mitth. aus Österr.-Ung. 1885 p. 123: ἱππῆ Ῥωμαίων (Ancyranum) ... πατέρα καὶ κ[άππον συνκλη]τικῶν.

⁶⁵⁾ De Agricola *vetere et illustri Foroiulensium colonia orto* cf. Fast. 32. De sacerdotiis filiorum Vestini oriundi ex colonia Viennensium cf. adn. 60; C. Antius A. Iulius Quadratus (cos. a. 93 et a. 105) septemvir epulonum, frater Arvalis fuit origine Pergamenus [Henzen, Arv. p. 176 sq.; Bloch l. c. p. 142]; C. Iulius Antiochus Philopappus Atheniensis fuit frater Arvalis [Bloch l. c. p. 145]; C. Iulius Severus cos. a. 165 ὁ πρῶτος τῶν Ἑλλήνων fuit inter quindecimviros [C. J. Gr. 4029. 4030 Ancyrae].

Patriciorum pontificum permulti tituli ut servati sint, nescio an fortuito acciderit [Mommsen, Röm. Forsch. I p. 85]; at tamen quamvis exiguus sit numerus plebeiorum pontificum, Theodorum Mommsen non recte iudicasse, cum diceret [in 'Herm.' III p. 44]: *die Verleihung einer Stelle in den vier höchsten Priestercollegien pflegte bei Nichtadligen nicht lange nach dem Consulat zu erfolgen*, ex fastis meis facile intellegitur; nam inveniuntur et plebei, qui ante quaesturam aut paulo post pontifices facti sunt, et patricii post consulatum in hoc collegium adsciti: id quod accuratius perspicietur, ubi exposuero, quid enucleari possit de loco cursus honorum, quo concessus sit pontificatus hominibus ordinis senatorii. Haec quaestio nisi ex inscriptionibus solvi nequit. At magnus earum numerus valde minuitur; nam primum a ceteris discernendae sunt eae, in quibus pontificatus aut initio honorum (plerumque post consulatum) aut in fine collocatus aut interiectus est inter magistratus ordinarios et extraordinarios municipalesve, quod exemptus est ex ordine temporis [Wilmanns 1126; Mommsen, St.-R. I p. 563]. Deinde caveamus, ne titulis a civitatibus hominibusque provincialibus dedicatis nimiam concedamus fidem, quoniam facile fieri poterat, ut ab aliquo sive inscientia sive negligentia magistratus et sacerdotia non suis locis collocarentur. Si vero pontificatus aut in medio cursu honorum refertur aut ante primum vel post ultimum magistratum exhibetur aliaque sacerdotia commemorantur alio loco, pontificatum suo loco inter honores positum esse puto. Omissis igitur dubiis titulis pauci mihi relinquuntur, quibus nitor, at certi.

Liberae reipublicae temporibus praetextati pueri occurrunt sacerdotes et duo pontifices maximi, qui nondum sederant sella curuli [Ambrosch, Studien I p. 55; Mercklin l. c. p. 119; Bardt l. c. p. 37; Mommsen, St.-R. II p. 32 sq. et in 'Eph. epigr.' III p. 2; Madvig l. c. II p. 608 sq.]. Aetate imperatorum, qui togam virilem nondum sumpsissent, nactos esse honorem pontificalem nego; fieri autem potuisse, ut in pontificum collegium cooptarentur, qui nondum munus vigintiviratus suscepissent vel tribunatum militare capessivissent, contendo [Mommsen, St.-R. I p. 544 sqq.; Borghesi opp. IV p. 451]. Illustratur mea sententia optime tabula marmorea, quam L. Apronius L. f. Caesianus septemvir epulonum

Veneri Erucinae dono dedit post annum 20 [Eph. epigr. II p. 264 sqq.]: Puerili toga praetexta posita paullo post ab imperatore Tiberio septemvir epulorum factus propter victoriam a Numidis reportatam sacerdotalem [Mommsen, St.-R. I p. 421 sq.] accepit hancque — id est effigiem ipsius praetexta sacerdotali induti — deae dedicavit; perraro enim tale aliquid accidisse probabile est. Itaque statuendum est filium aetate impeditum, quominus fungeretur magistratu, cum patre in Africam ivisse non legatum, non tribunum militum legionis, sed comitem tantummodo [Mommsen, St.-R. I p. 506 sq. 572 sq.; C. J. L. XIV 2947], et tum demum in bello togam virilem sumpsisse [Marquardt, Pr.-L. p. 121], ut *inter se opponantur praetextae duae puerilis posita et sacerdotalis sumpta*.⁶⁶⁾ Sententiae meae non refragari puto, quod adhuc pontifex nullus occurrit, quem ante vigintiviratum cooptatum esse constat;⁶⁷⁾ neque enim quicquam certi dici potest de titulis, in quibus aut pontificatus solius mentio fit [Fast. 21. 111. 114. 116. 117; C. J. L. IX 2216] aut cum vigintiviratu coniuncti [Fast. 112]. Ante quaesturam pontificatum acceperunt C. Octavius [Fast. 1], Cn. Pompeius Magnus [Fast. 20], M. Lollius Saturninus [Fast. 34], L. Annius Ravus [Fast. 64], M. Nummius Albinus [Fast. 75], L. Fulvius Aemilianus [Fast. 76]. Plerumque tamen aetatis senatoriae ratio videtur esse habita, ut homines iam magistratibus functi in amplissimum collegium reciperentur [Tac. hist. I 77; Plut. Oth. 1; Dio XLII 51]; inter quaesturam et praeturam pontificatum adepti sunt L. Cornelius Balbus [Fast. 2], M. Claudius Marcellus [Fast. 3 (ante aedilitatem)], Ti. Claudius Nero [Fast. 4], M. Scribonius Libo [Fast. 9], Pollio [Fast. 43], L. Fulvius Valens [Fast. 50], P. Iuventius Celsus [? Fast. 56], Q. Pompeius Priscus [Fast. 63], Q. Tineius Rufus [? Fast. 66], Q. Pompeius Priscus [? Fast. 81]; ante consulatum pervenerunt ad hoc sacerdotium T. Pomponius Proculus [Fast. 54], L. Fulvius Aemilianus [Fast. 77], C. Fulvius

⁶⁶⁾ Praeterea cf. de Vestini filii adn. 60. Senec. dial. VI 24: *Hac sanctitate morum effecit* (Metilius Marciae filius), *ut puer admodum dignus sacerdotio videretur, materna sine dubio suffragatione, sed ne mater quidem nisi pro dono candidato valisset* [Heidbreede 'De L. Annaei Senecae Consolatione ad Marciam' Bilefeldae 1839 p. 7]. de clem. I 9; C. J. L. IX 4855: *L. Nonius Quintilianus L. f. Sex. n. C. Sosi cos. (a. 722) triumphal. (a. 720) pronep. augur salius Palat. viz. ann. XXIII. C. J. L. X 4749.*

⁶⁷⁾ Fortasse L. Antistius Vetus [Fast. 11] et Regulus [Fast. 15].

Plautianus [Fast. 78], post consulatum C. Calpetanus Rantiu [Fast. 31], Cn. Iulius Agricola [Fast. 32], M. Appuleius Proculu [? Fast. 40], L. Licinius Sura [Fast. 41], Terentius Gentianu [Fast. 49], Ti. Iulius Severus [Fast. 55], C. Iulius Asper [Fast. 79] C. Octavius Sabinus [? Fast. 80].⁶⁸⁾

Quoniam in ordinem pontificatus et magistratum inquisiv nunc verba faciam, num fieri potuerit, ut simul alioru sacerdotiorum participes essent pontifices.

Ac prioribus quidem liberae reipublicae temporibus non rar accidisse, ut bina summorum sacerdotiorum deferrentur singuli accuratissime demonstravit Bardt [l. c. p. 38; Ambrosch, Studien I] 229 adn. 105; Marquardt, St.-V. III p. 233 et p. 399]. Inc autem a medio altero a. Chr. n. saeculo nobiles diligent impediverunt, quominus quis in duo quattuor collegiorum c optaretur, ne maiore dignitate ceteris esse sibi videretu hoc modo effectum est, ut quam plurimi nobilium in amplissim collegiis essent. Eandem rationem imperatores secuti sunt, i ipsis quam saepissime merita sacerdotiis remunerandi occas daretur; nam eos plerumque abstinnisse iure loca collegiis sup nnumerum adiciendi probabile est [cf. p. 63; Henzen, Arv. p. III ne eo minoris aestimaretur ornamentum sacerdotale, quo faciliu posset accipi. Usque ad Aureliani aetatem C. Octavius Sabinu cos. a. 214 unus occurrit duobus amplissimis sacerdotiis (pont ficatu et auguratu) honoratus [Fast. 80].⁶⁹⁾

⁶⁸⁾ Henzen in 'Ann. d. Inst.' 1863 p. 278; Ulrichs, De vita et honorib Agricola p. 25. De vita et honoribus Taciti p. 3 sq.; Marquardt, St.-V. I p. 381; cf. Fast. 24. 26. 28. 37. 48. P. Vitellius legatus legionis a. 15 [Ta ann. I 70. II 74] sacerdotium accepit a. 20 [ann. III 19], simul cum Q. V ranio, Germanici legato a. 18 [ann. II 56], consule a. 49 et cum Q. Servae Germanici legato item a. 18, praetura functo a. 32 [ann. VI 7]; Aquilliu Regulus, quaestorius a. 70, a Nerone sacerdotio ornatus est, cum *nondu honorum capax aetas* eius esset [Tac. hist. IV 42]; C. Plinius Secundus co suff. a. 100 circa annum^o 103 inter augures receptus est [Teuffel l. c. p. 786 Vell. Pat. II 100; Senec. de benef. VII 28. dial. V 31; C. J. L. XI 1432 s XIV 3517. 3593.

⁶⁹⁾ Cf. p. 44 adn. 17; fortasse Postumius Varus ante annum 271 augu et XV vir factus est [C. J. L. VI 1417]; titulus C. J. L. VI 2155: [*qui decimviro s]acr. fac. [VII viro epul]onum [sodali Antoninia]no* quo tempo positus sit, ignoro. — Quarto autem saeculo cum christiana fides in dies l tius pervagaretur, eos, qui colebant deos Romanos, duo atque tria summoru

Neque vero quicquam obstitit, ne in unum ex quattuor collegiis et in aliud praeter quattuor illa homo ordinis senatorii cooptaretur. Hic repugnandum mihi est Ioachimi Marquardt sententiae [St.-V. III p. 233 adn. 2 et p. 429 adn. 1; Becker-Marquardt, Handb. IV p. 370], qui temporibus liberae reipublicae aut imperatorum necesse fuisse negat salium ex collegio exire, cum pontificibus (aut auguribus aut flaminibus) adscriptus esset. Principum enim aetate semper exauguratum esse puto salium eum, qui electus esset pontifex, ut locus in saliorum collegio vacuus fieret; quam legem imperatores instituisse mihi videntur, ut quam plurimos patricios augerent et ornarent decore sacerdotali, cum saliatu adolescentibus patriciis dari soleret ornamento. In fastis saliorum Palatinorum [C. J. L. VI 1977—1983] causa exaugurationis non semper commemorata est: velut Annium Ravum [Fast. 64] et Tineium Rufum [Fast. 66] propter pontificatum acceptum exisse ex saliorum collegio tituli eis positi probant, non fasti, neque meae opinioni inscriptiones refragantur, in quibus et pontificatus et saliatu fit mentio. Nam Annius Ravus et Nummius Albinus [Fast. 75] in marmoribus item salius Palatinus et pontifex nominati sunt, quos missum fecisse salialem honorem fastis est traditum.⁷⁰⁾ Itaque pontifices: Fast. (15). 34. 42. 43. 46. 59. 63. 64. 66. 75. 76. 81 adolescentulos⁷¹⁾ in saliorum (Palatinorum aut Collinorum) collegia adscitos esse arbitror, tum exisse, cum maiorem pontificatus dignitatem adepti essent. Ceterum fieri potuit, ut ad pontificatum perveniret, qui minore sacerdotio iam honoratus erat, et qui iam pontifex erat, in aliud collegium (praeter reliqua summa) reciperetur, ita ut eidem homines simul sacerdotes complurium collegiorum essent. Raro autem intellegitur, quo ordine sacerdotia tributa sint. Occurrunt homines privati,

sacerdotiorum suscipere necesse erat, ne sacerdotibus deficientibus antiqua religio exstingueretur [C. J. L. VI 1675. 1690 sqq.; Marquardt, St.-V. III p. 245].

⁷⁰⁾ In inscriptione C. J. Gr. 4351 Tineius Rufus pontifex vocatur, salius non item.

⁷¹⁾ M. Antonius octavo aetatis anno salius factus est [Fast. 53]; M. Iunius Silanus . . . X vir stlitib. iudic. salius Collin. vixit annis XX mensibus VIII [C. J. L. VI 1439]; Nerva ante seviratum iniiit saliatum [Fast. 37]; cf. C. J. L. V 1812. VI 1383. 1553. 1559. 1573. IX 3154. X 5058. — Eadem de causa eos saliatu abiisse puto, qui auguratum (XV viratum, VII viratum) aut flamonium acceperant.

qui fuerunt pontifex et frater Arvalis [Fast. 8. 20. 22. 77 (?). 47 (hic praeterea in tertio collegio videtur fuisse)]; pontifex, sodalis Augustalis, frater Arvalis [Fast. 17]; pontifex et fetialis [Fast. 12. 77 (?)]; pontifex et flamen [Fast. 42]; pontifex et flamen divi Severi [Fast. 68]; pontifex et sodalis Augustalis [Fast. 15 (?). 27. 31. 39. 41. 79]; pontifex et sodalis Antoninianus [Fast. 54]; pontifex et sodalis Hadrianalis [Fast. 69]; pontifex et sodalis Flavialis [Fast. 76]; pontifex, sodalis Antoninianus Verianus, fetialis [Fast. 60]; pontifex, flamen Augustalis, sodalis Aurelianus Antoninianus [Fast. 87]; pontifex, sodalis Antoninianus (Verianus), sodalis Hadrianalis (praeterea saliatu Tiburtino ornatus erat [Fast. 63]). Quinque igitur pontifices adhuc innotuerunt, quorum unusquisque simul binis aliis sacerdotiis fungebatur [Fast. 17. 47 (?). 60. 63. 87].⁷²⁾

Iam sequitur, ut exponam, per quem pontificatus hominibus privatis tributus sit.

Postquam Labienus a. 691 Caesare auctore legem Cn. Domitii Ahenobarbi tribuni plebis a. 651 scitam, a Sulla dictatore a. 673 abrogatam iterum pertulit, haec ratio fuit, ut minor pars populi (id est septendecim tribus sortitae) de candidatis a sacerdotibus quattuor collegiorum nominatis suffragia ferret, et *ab ea parte qui esset factus, is a collegio cooptaretur*. Quid postea lex Iulia sanxerit, non satis constat [Mercklin l. c. p. 122 sqq. et p. 145 sq.; Bouché-Leclercq l. c. p. 334 sqq.; Mommsen, St.-R. II p. 28 sqq.; Madvig l. c. II p. 603 sq.]. Quod ius sacerdotum creandorum a Caesare dictatore populo ademptum non est, quamquam rerum scriptores excepto Nicolao Damasceno [vit. Caes. 4] de comitiis silent, ubi de electione sacerdotum verba faciunt;⁷³⁾ sed ne tribus hoc libere persequerentur, obstabat

⁷²⁾ Cf. Fast. 24. 26. 28. 37. 48; Vell. Pat. II 127; Senec. dial. V 31. de benef. IV 30; C. J. L. III 2974 sq. VIII 6987. X 409. XI 1432 sq. 3365. XIV 2405. 2501. 3604. 4246; Marquardt, St.-V. III p. 233.

⁷³⁾ Vell. Pat. II 59; App. bell. civ. II 138; Dio XLI 36. XLII 19. 51. XLIII 51. XLIV 39; Mercklin l. c. p. 147; Mommsen, St.-R. II p. 1110 adn. 1.

Caesaris arbitrium. Populum enim hanc rationem habuisse Caesaris verisimile est, ut nullos subrogaret sacerdotes nisi quos ille commendavisset; itaque Caesar usus iure sacerdotali nominationis legitime in ea collegia homines privatos cooptare poterat, in quibus ipse erat; qua de causa id agebat, ut in omnia quattuor reciperetur [cf. p. 64 adn. 40]. Non secus temporibus triumvirorum homines ordinis senatorii sacerdotiis aucti sunt; comitorum per raro fit mentio,⁷⁴⁾ quod tribus plerumque non sua sponte voluntateque sacerdotes creare poterant; Octavianum ipsum sacerdotia detulisse dicunt historici.⁷⁵⁾ Anno autem 725, cum bello civili confecto republica Romana denuo constituenda esset, Octaviano a senatu populoque ius datum est, ut Dionis verbis utar [LI 20; cf. LIII 17]: *ἰσπέας τε αὐτὸν καὶ ὑπὲρ τὸν ἀριθμὸν, ὅσους ἂν αἰεὶ ἐθελεῖσθε, αἰρῆσιθαι*, quae viri docti hoc modo interpretati sunt:

Mercklin [l. c. p. 153 sq.], Gemoll [l. c. p. 24 sq.], Mommsen [St.-R. II p. 1110] Bartholomaeum Borghesi [opp. III p. 428 sq.], secuti inter se ita consentiunt, ut Octavianum populo, ceteros principes senatui eos commendavisse statuunt, qui sacerdotes crearentur; ita autem inter se discrepant, ut Mercklin et Mommsen Augusto a. 725 ius esse concessum putent et intra numerum et supra numerum sacerdotes proponendi, Gemoll a. 725 opus fuisse lege neget, qua principi ius daretur sacerdotes ordinarios suffiendi: *immo valde mihi est persuasum, inquit, multo ante annum 725 Augustum in eis sacerdotiis, in quae erat receptus, omnes sacerdotes fecisse, in caeteris neminem saltem eo invito factum esse, et alio loco: Illa enim verba multo facilius ita intelleguntur, ut imperatori ius esse datum et supra numerum h. e. non iam ut antea tantum infra numerum, sed inde ab hoc tempore supra numerum quoque sacerdotes faciendi statuamus.* Heuzen [Arv. p. 154; atque similiter Madvig l. c. II p. 604] alios sacerdotes ab imperatore, alios a collegiis electos esse videri indicat. Videamus singula.

Apertissime verba scriptorum docent imperatores ex arbitrio suo sacerdotia hominibus privatis dedisse;⁷⁶⁾ sacerdotum comitia

⁷⁴⁾ Cic. ad Brut. I 5. Philipp. XIII 12.

⁷⁵⁾ Vell. Pat. II 100; Senec. de clem. I 9. de benef. I 5; App. bell. civ. IV 51. V 72; Dio XLVIII 36 (XLVIII 54). XLIX 16.

⁷⁶⁾ Cf. p. 63. — Vell. Pat. II 100; Senec. dial. V 31. de benef. IV 30; Tac. ann. I 3. VI 40. hist. I 2. 77. III 86. Agr. 9; Plin. ep. IV 8. ep. ad

nunquam commemorantur neque inde, quod imperatores pontifices maximi et omnium collegiorum sacerdotes per tribus creabantur, efficere licet, homines privatos ipsos quoque in comitiis sacerdotes electos esse. Itaque inde ab a. 725 comitia, in quibus privati crearentur sacerdotes, habita esse nego, et cum constet sacerdotes non statuto tempore, sed alium alio die anni cooptatos, simulatque locus vacaret, munus iniisse,⁷⁷⁾ eos ne renuntiatos quidem esse conicio. Nam necesse erat aut identidem in anno comitia sacerdotum renuntiandorum causa haberi aut renuntiationem omnium intra quoddam tempus (velut intra annum) creatorum sacerdotum in unum diem differri, ut qui diversis temporibus plurimum inter se distantibus sacerdotiis essent honorati, simul renuntiarentur: neutrum probabile esse mihi videtur.

Anno autem 14, quo *e campo comitia ad patres translata sunt* [Tac. ann. I 15; Vell. Patere. II 124], a Tiberio senatui ius concessum esse sacerdotia amplissima privatis tribuendi, ut sacerdotes in comitiis tantummodo renuntiarentur, homines docti statuerunt; quam sententiam in verbis Taciti non inesse demonstrabo. Ac primum verisimillimum esse docui inde ab anno 725 comitia neque creandorum neque renuntiandorum sacerdotum esse habita; quod si recte dixisse videor, sacerdotum electio tribubus, penes quas non erat, a. 14 adimi deferrique senatui non potuit. Deinde obstant verba ipsa; ubicunque mentio fit huius *ordinationis comitorum*, magistratuum anni ordinariorum, non sacerdotum comitia intellegenda esse apparet.⁷⁸⁾ Quamquam duobus exemplis comprobari putant homines docti imperatores commendavisse senatui, quem sacerdotem fieri vellent, [Tac. ann. III 19]: *Paucis post diebus Caesar (Tiberius) auctor senatus fuit Vitellio atque Veranio et Servaeo sacerdotia tribuendi*, et [Claud. de Gallor. iure honor.]: *cuius (Vestini) liberi fruantur quaeso primo sacerdotiorum gradu*. Nequaquam ex his locis efficere licet omnes principes,

Trai. 13 (ed. H. Keil); Suet. Claud. 22. Galb. 8. Vitell. 5. Vespas. 4; Lamprid. vit. Alex. Sev. 49. 58; Plut. Oth. 1. quaest. Rom. 99; Dio LVIII 7. LXVI 14; Athen. I 4; Eph. epigr. II p. 266.

⁷⁷⁾ Mercklin l. c. p. 129 sq. et p. 161; Mommsen, St.-R. II p. 32; Henzen, Arv. p. 150 sq.; Tac. ann. III 19 cum adnotationibus Caroli Nipperdey.

⁷⁸⁾ Suet. Gai. 16; Dio LIX 9. 20; Zonar. XI 5; Mommsen, St.-R. III p. 348; Herzog 'Geschichte und System der römischen Staatsverfassung' II Lipsiae 1887 p. 243.

si quem sacerdotio ornare vellent, in senatu eodem modo proposuisse atque Tiberium et Claudium. Immo vero haec Tiberii ratio tam mira fuit, ut Tacito, qui usitatas electiones sacerdotum semper fere silentio praeteriit, digna esse videretur, quae memoriae traderetur;⁷⁹⁾ quod autem Claudius nisi assentientibus senatoribus equitis filios ad dignitatem sacerdotalem provehere noluit, huius in senatum comitatus et facilitatis est. Itaque me probavisse arbitror inde ab a. 725 imperatores non commendavisse tribubus aut senatui, qui sacerdotiis honorarentur, sed legitime ex sua potestate homines privatos fecisse sacerdotes.⁸⁰⁾ Quam facultatem positam fuisse in sacerdotali iure nominationis, quod imperator omnium collegiorum sacerdos obtineret, recte explicavit Gemoll [l. c. p. 24]. Errasse tamen mihi videtur, quod opus non fuisse opinatur lege, qua Augusto ordinariorum sacerdotum electio permitteretur. Immo vero, cum imperator non solum iura omnium collegiarum sua unius nominatione vindicaret, sed etiam ad eum iura tribuum, quae desinerent sacerdotes subrogare, translata essent,⁸¹⁾ optime intellegi posse puto ei lege concessum esse, ut et supra et infra numerum sacerdotes faceret: id quod Dio brevius quam obscurius rettulit.

Neque vero semper imperatores hoc iure sacerdotes libero arbitrio faciendi usos esse cum per se verisimile est tum testimoniis probatur; quantum principes de sua potestate detrahebant, collegiis sacerdotum concedebant [Mercklin l. c. p. 159 sqq.; Gemoll l. c. p. 17 sqq.; Henzen, Arv. p. 154; Madvig l. c. II p. 604]. In cooptandis pontificibus quae collegii partes fuerint, nisi coniectura diiudicari non potest. Quotannis certo die pontifices iurati eos nominabant, quos sacerdotio dignissimos esse iudicabant [Plin. ep. II 1, 8. IV 8, 3].⁸²⁾

⁷⁹⁾ Tiberius *simulacra libertatis senatui praebat* [Tac. ann. I 77. III 60]. Fortasse in honorem Vitellii, Veranii, Servaei nova loca instituta sunt [Gemoll l. c. p. 28; Mommsen, St.-R. II p. 1110].

⁸⁰⁾ Alia igitur sacerdotum, alia magistratuum electio fuit [Mommsen, St.-R. II p. 731 et p. 921 sq.].

⁸¹⁾ Dio LIII 17: οὕτω μὲν δὴ τό τε τοῦ δήμου καὶ τὸ τῆς γερουσίας κράτος πάν ἕς τὸν Αὐγούστον μετέστη, καὶ ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἀκριβῆς μὲν ἄρχα κατέστη.

⁸²⁾ Huic nominationi imperator Claudius intererat [Suet. Claud. 22] et specie idem ius exercebat, quod collegae; re vera autem neminem cooptatum

Eorum nomina, de quibus inter maiorem partem collegii co-
 venerat, in tabulam relata et principi esse allegata videntur;
 imperatores vero nominatorum hos probasse, illos reiecis-
 se alioque ex suo arbitrio substituisse verisimile est, ut semper esse
 destinati, ex quorum numero, simulatque locus vacaret, (statu-
 ordine) sacerdotes cooptarentur.⁸³⁾ Saepe autem factum esse
 puto, ut principes homines optime de ipsis et de republica
 meritos, quorum nomina tabulae sacerdotum designatorum in-
 scripta non erant, ex sua potestate⁸⁴⁾ occasione data sacerdoti-
 ornarent, ut collegium in loca vacua statim eos recipere iuberetur.
 Quacum sententia Dionis verba [LIII 17] congruunt: ἔκ τῶν τοῦ
 ἐν πάσαις ταῖς ἱερωσύναις ἱερῶσθαι καὶ προσέτι καὶ τοῖς
 ἄλλοις τὰς πλείους σφῶν διδόναι, quae me quidem iudice ita
 intellegenda sunt, ut homines privatos in pleraque sacerdotiorum
 loca ex arbitrio imperatoris adscitos, in reliqua eos cooptatos
 esse statuatur, qui a collegiis nominati et a principe accepti
 essent [Mercklin l. c. p. 162; Gemoll l. c. p. 26; Mommsen, St.-
 R. II p. 1111].

Quotiens imperatores in honorem hominum privatorum col-
 legio pontificum nova loca adiecerint, non satis apparet [cf.
 p. 63 adn. 38; Suet. Aug. 31; Mercklin l. c. p. 153 sq.; Rubino

esse, quem ipse non nominasset aut probasset, consentaneum est [Mommsen,
 St.-R. II p. 1112].

⁸³⁾ Mommsen, St.-R. II p. 30 et p. 1111 adn. 1; Tac. ann. VI 40:
Blaesii sacerdotia, integra eorum domo destinata, convulsa distulerat
 (Tiberius), *tunc ut vacua contulit in alios*; Senec. de benef. VII 28. de clem.
 I 9. dial. VI 24; C. J. L. II 1570. Plinius a Verginio Rufo, qui a. 98 mor-
 tuus est [Asbach, Anal. hist. et epigr. Lat. p. 16], nominationis die *semper*
 [ep. II 1, 8], ab Iulio Frontino augure *per hos continuos annos* nominatus
 [ep. IV 8, 3] a. 103 aut a. 104 in huius locum successit auguratus ornatus
 a Traiano, quem litteris adierat: *rogo dignitati ad quam me provexit in-*
dulgentia tua vel auguratum vel septemviratum, quia vacanti, adicere digneris
 [ep. ad Trai. 13]; annis igitur antegressis sive a maiore parte collegii non
 acceptus sive ab imperatore praeteritus videtur esse.

⁸⁴⁾ Cf. C. J. L. V 3117 [Mommsen, St.-R. II p. 26 adn. 4]. VI 2001.
 2004: [ex lit]teris imp. Antonini Pii Felicitatis Augusti et omnium (id est col-
 legiarum) consensu factus sodalis Antoninianus [Mommsen, St.-R. II p. 1111
 adn. 3; Gemoll l. c. p. 30]. VIII 7062: *sacerdotio Flaviali Titiali iudicio*
 (cf. Plin. ep. IV 8, 1. ep. ad Trai. 13) *domini n. . . imp. Caes. L. Septimi*
Severi Pertinacis Aug. Pii exornatus.

L. c. p. 14 adn. 3; Henzen, *Arv.* p. III; Mommsen, *St.-R.* II p. 1110 adn. 4].⁸⁵⁾

Pontifices per totam vitam sacerdotalem dignitatem obtinuisse Marquardt contendit [St.-V. III p. 246; Mercklin l. c. p. 127]; sed cave credas aetate imperatorum nunquam pontificatum homini vivo ablatum esse [cf. p. 75]. Neque enim dubitare licet, quin, qui motus esset de ordine senatorio, ei sacerdotium ademptum sit, et Plutarchus praeter augures sacerdotibus condemnatis et in exsilium eiectis munus abrogatum et in loca eorum alios substitutos esse memoriae tradidit.⁸⁶⁾

Iam restat, ut de dignitate pontificali (vel sacerdotali) verba faciam.

Quamquam in tria reliqua summorum collegiorum non eadem cura inquisivi, tamen, cum inter omnes constet publicam quattuor sacerdotiorum condicionem parem fuisse, aetate imperatorum pontificatum, auguratum, quindecimviratum, septemviratum non tam munera hominum ordinis senatorii habita esse, quae eo plus honoris tribuerent, quo quis diligentius ea exsequeretur, arbitror quam ornamenta, quorum in ipso titulo dignitas esset posita; id quod cum inde apparet, quod adolescentuli saepissime in collegium amplissimum admissi sunt, qui neque iuris neque caerimoniarum periti erant, tum ex exemplis eis, quibus sacerdotia delata esse demonstratur, etiamsi novus sacerdos nequaquam officio fungi posset: velut Cn. Iulius Agricola [Fast. 32] a. 78 simul pontificatu honoratus et Britanniae legatus Augusti pro praetore praepositus est, ut in collegium receptus statim de urbe decedere cogeretur. Provinciam autem per septem fere annos administravit, et a. 85 Domitianus id egit, ut Agricolam

⁸⁵⁾ De inaugurandi caerimoniis cf. p. 75.

⁸⁶⁾ Plut. quaest. Rom. 99: διὰ τί τῶν ἄλλων ἱερέων τὸν καταδικασθέντα καὶ φοβόντα παύοντες ἕτερον αἰροῦνται, τοῦ δὲ αὐτοῦρος ἕως ζῆ καὶ ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἀδικήμασι καταγῶσιν οὐκ ἀφαιροῦνται; Plin. ep. IV 8, l. 2; Senec. dial. IX 11; Tac. ann. VI 40; Lex colon. Genet. in 'Eph. epigr.' III p. 93; Bardt l. c. p. 15 n. 68; de Agricola pontifice: Tac. Agr. 40 sqq.; Dio LXVI 20; a S. Pompeio a. 717 [cf. p. 5 adn. 3], fortasse a M. Antonio a. 722 [Dio L 4: καὶ τὴν τε ὑπατείαν αὐτόν, ἐς ἣν προεχειροτόνητο, καὶ τὴν ἄλλην ἐξουσίαν πᾶσαν ἀφείλαντο] sacerdotium abiudicatum est.

in Syriam legatum mitteret [Tac. Agr. 40].⁸⁷⁾ Dignitatem sacerdotalem consequatur is, qui in unum ex amplissimis collegiis erat cooptatus; quattuor enim sacerdotia eiusdem pretii fuisse et inde apparet, quod usque ad initium tertii saeculi nunquam accidit, ut duo summorum sacerdotiorum in eundem conferrentur (cf. p. 80), et quod filius persaepe non in idem collegium atque pater cooptatus est, sed in aliud ex quattuor.⁸⁸⁾ Sacerdotia autem pluris quam magistratus aestimata et hominibus privatis quasi cumulum dignitatis addita esse probatur et inscriptionibus, in quibus illa primo loco post nomen posita sunt,⁸⁹⁾ et rerum scriptorum verbis.⁹⁰⁾

⁸⁷⁾ S. Pompeio a. 715 pontificatus aut auguratus concessus est, quamquam proximis quidem annis eum Italia abesse necesse erat [App. bell. civ. V 72: ἑπαυθεῖσαι δ' ἀπόντα δι' ἧτος κρίνοι τῶν φίλων]. — Saepe per longum tempus Roma remoti sacerdotes vixerunt [Tac. ann. XVI 27; Plin. ep. II 1, 8; Suet. Claud. 5. Galb. 8. Vespas. 4; Ael. Lampr. vit. Alex. Sev. 58; Symm. ep. I 47; Dio XLVIII 32. LVIII 7; C. J. L. VI 2120; Lex colon. Genet. in Eph. epigr. II p. 108 et p. 128].

⁸⁸⁾ Cn. Pompeius Magnus augur, Gnaeus maior filius XV vir s. f. [Cohen, Méd. imp. I p. 32], Sextus minor filius pontifex aut augur fuit (de nepotis sacerdotio: Senec. de clem. I 9); Cicero augur fuit, de Marci filii sacerdotio cf. p. 5 adn. 3; alter filius C. Antistii Veteris pontificis [Fast. 5] fuit pontifex [Fast. 11], alter in aliud collegium receptus est [cf. C. J. L. XIV 2849]; L. Calpurnii Pisonis pontificis [Fast. 8] filius ipse quoque pontifex [Fast. 14], nepotum illius alius pontifex [Fast. 20], alius XV vir s. f. [Bull. d. Inst. 1886 p. 10], fortasse pronepos pontifex fuit [Fast. 36]; M. Scribonius Libo pontifex [Fast. 9], Lucius frater VII vir epulonum fuit [C. J. L. XIV 2502]; Statilius Sisenna pontifex [Fast. 10] nepos et pater auguris fuit; pater pontificis [Fast. 21] augur fuit; M. Plautius Silvanus VII vir epulonum, ex filiis huius P. Plautius Pulcher augur, Ti. Plautius Silvanus pontifex fuit [Fast. 27]; pater pontificis [Fast. 63] XV vir s. f. fuit, proavus Iulius Frontinus augur [Mommsen, Ind. Plin. p. 414], pronepos pontifex [Fast. 81]; filius pontificis [Fast. 79] VII vir epulonum fuit; C. J. L. II 4129. VI 1442; Tac. ann. IV 17. VI 40. hist. I 77; de sacerdotiis Seiani filiique eius cf. p. 11 adn. 10. — Praeterea cf. Plinii verba [ep. ad Trai. 13]: *rogo dignitati ad quam me procexit indulgentia tua vel auguratum vel septemviratum, quia vacanti, adicere digneris*, ex quibus eius nihil interfuisse, utrum acciperet, cognoscitur.

⁸⁹⁾ Henzen in 'Ann. d. Inst.' 1863 p. 278; Wilmanns 1126; Mommsen, St.-R. II p. 19 sq.; cf. C. J. L. V 6416. VI 897 sq. 909 sq. 913. 921. 1445. XI 1052. 1182; Notizie degli scavi 1884 p. 393 sq.

⁹⁰⁾ Claud. de Gallor. iure honor.; Senec. dial. V 31; Tac. hist. I 77; Plin. ep. ad Trai. 13; Suet. Vitell. 5; Flav. Vop. vit. Aurel. 49; Plut. Oth. 1; item municipalia et provincialia sacerdotia habita esse summa decora ex-

Quodsi quis quaerat, quae causa fuerit, cur summa munera postponerentur sacerdotiis: auctoritas magistratuum imminuebatur eodem modo, quo amplificabatur imperatorum; dignitatis autem sacerdotalis Augustorum et Caesarum, quam plurimi fuisse demonstravi, sacerdotes omnes ut collegae participes erant. Itaque sacerdotia eo plus momenti habere necesse erat, quo magis omnibus persuadebatur imperatorem *deum munere summum pontificum etiam summum hominum esse*. Huc accedit, quod pro salute domus Augustae vota nuncupare si non unum, at tamen primum officium esse sacerdotum putabatur [Tac. ann. IV 17. XVI 22. 28; Plin. ep. ad Trai. 13], neque quisquam negabit ad aestimationem sacerdotiorum pietatem religionemque hominum multum valuisse [Tac. ann. IV 16; Suet. Gai. 12; Flav. Vop. vit. Aurel. 19 sq.; Mommsen, St.-R. II p. 20]. Altissimus gradus sacerdotalis dignitatis hereditaria possessione ita propagatus esse videtur, ut, si pater iam sacerdotalis vir esset, filius item alicui summorum collegiorum adscriberetur [cf. adn. 88]; facile igitur intellegitur fieri potuisse, et ut adolescentuli sacerdotia acciperent non meritorum praemia, sed propter claritatem originis [Tac. hist. III 86], et ut pater et filius simul in eodem versarentur collegio.⁹¹⁾ Ferraro autem videtur factum esse, ut adolescentes, quorum pater sacerdos non esset, reciperentur in collegium, saepius, ut homines aetate progressi propter sua in principem et rempublicam merita sacerdotium adepti familiae dignitatem sacerdotalem acquirerent.⁹²⁾

posuit Kuhn 'Die städtische und bürgerliche Verfassung des römischen Reichs bis auf die Zeiten Iustinian's' I Lipsiae 1864 p. 116 sqq.

⁹¹⁾ Exceptis Augustis et Caesaribus cf. Fast. 5 et 11, 8 et 14, 14 et 20 (43 et 54, 58 et 66, 76 et 77); Borghesi opp. III p. 22; Bardt l. c. p. 34 sqq.; Marquardt, St.-V. III p. 229 sq.; cf. C. J. L. XI 3254.

⁹²⁾ Sacerdotia data esse praemii loco probant verba Vellei Paterculi [II 51. 127], Taciti [ann. III 19. hist. I 2. 77. IV 42], Suetonii [Galb. 8. Vitell. 5. Vespas. 4], Aelii Lampridii [vit. Alex. Sev. 58], Appiani [bell. civ. V 72]. Dionis [XLVIII 36]; cf. Eph. epigr. II p. 266. In inscriptione C. J. L. VI 1490 Q. Pompeius Sosius Priscus [Fast. 63], qui salius Collinus, pontifex, sodalis Antoninianus, sodalis Hadrianalis fuit, a pronepote [Fast. 81] nominatur *sanctissimus vir et fortissimus... piissimus et domus suae conditor religiosissimus*, quamquam maiores eius inter sacerdotes iam fuerunt [cf. adn. 88]. De utrisque dignitatibus sacerdotiorum et magistratuum cf. Vell. Pat. II 43. 75. 124; Tac. ann. XI 11. XVI 28; Ael. Spart. vit. Did. Iul. 6.

§ 4.

De pontificum promagistro.⁹³⁾

Quamquam pontificatus maximus semper cum principatu coniunctus fuit, tamen factum non est, ut duae potestates et imperatoria et sacerdotalis quasi in unam plane confunderentur, quamvis difficile interdum sit cognitu, num quid ex auctoritate principis aut ex pontificis maximi arbitrio sancitum sit [C. J. L. VI 930; Mommsen, St.-R. II p. 72; Karlowa, Röm. Rechtsgesch. I p. 503 et p. 517]. Hoc constat, aetate imperatorum pontificatum maximum conexum quidem mansisse cum magisterio pontificum collegii, nec tamen eodem modo atque liberae reipublicae temporibus; nam et saepissime principes diu Roma aberant [Mommsen, St.-R. I p. 491; Madvig l. c. II p. 615], et quamquam certis testimoniis probatur ex aliisque colligitur eos, cum in urbe morarentur, ut magistros votis, sacris, consiliis, nominationi collegii interfuisse, ludis pontificalibus praesedissee,⁹⁴⁾ tamen dubitandum est, num Augusti inter pontifices diligentius magisterio functi sint quam verbi gratia inter fratres Arvales.⁹⁵⁾ Itaque hoc loco inquiram, quomodo a primis imperatorum annis⁹⁶⁾ vicarius substitutus sit, cum imperator aut causa aliqua impeditus non posset aut nollet magistri officia exsequi. Qua de re cum scriptores nihil traderint et promagistri⁹⁷⁾ nomen primum a. 155 in marmore oc-

⁹³⁾ Borghesi opp. VII p. 376 sqq.; Bouché-Leclercq l. c. p. 366; Marquardt. St.-V. III p. 246; Mommsen, St.-R. II p. 23 et p. 1106.

⁹⁴⁾ Tac. ann. I 10. IV 17. VI 12. XI 11. 15. hist. II 91; Plin. ep. ad Trai. 68; Suet. Aug. 45. Tib. 25. Gai. 18. Claud. 22. Domit. 4; Ael. Spart. vit. Hadr. 22; Iul. Capit. vit. M. Anton. 13; Ael. Lamprid. vit. Alex. Sev. 22; Dio LVII 10; Herod. I 9, 2; Zosim. II 5, 3; C. J. L. III 1312. VI 369. 933. 1233. 2120. X 6422; Roth in 'Rhein. Mus.' N. F. VIII p. 365 sqq.; Mon. Ancy. p. 41 sqq. et p. 91 sqq.; Lübbert 'Commentationes pontificales' Berolini 1859 p. 55; Wamser 'De iure sepulchrali Romanorum quid tituli doceant' Darmstadii 1887 p. 51.

⁹⁵⁾ Ferraro in collegio adfuerunt [C. J. L. VI p. 584]. Caligula solus magister bis sacris praesedit a. 38 [Mommsen in 'Grenzb. 1870 I, 1 p. 167]; ceteri principes promagistros nominaverunt, etiamsi ipsi Romae erant.

⁹⁶⁾ Octavianum Lepidi pontificis maximi vice ab anno 718 usque ad annum 741 egisse consentaneum est [cf. p. 59; Suet. Aug. 16. 54; Dio LIV 15].

⁹⁷⁾ Pontifex maximus nunquam magister collegii appellatus est [Henzen, Arv. p. IV adn. 1]; de magistro pontificum Cirtensium cf. C. J. L. VIII 7115. 7123.

curat [C. J. L. VI 2120; Fast. 56], num quid lucis reliquorum summorum collegiorum comparatio afferat, videamus.

Quindecimviris a. 737 quinque magistri praesederunt, quorum primus Octavianus erat; sed ludi saeculares ab imperatore et ab Agrippa celebrati sunt, quibus collegium editionem mandaverat, quamquam hic inter magistros non erat [Mon. Ancy. p. 91 sqq.; Suet. Aug. 45; Dio LIII 1. LIV 19]. Anno 32 magistri commemorantur [Tac. ann. VI 12], Plinii temporibus magister [N. H. XXVIII 12]; anno autem 88 Domitianus unus magister ludos saeculares fecit [Marquardt, St.-V. III p. 381 sq.]. Promagistri titulus in duabus tabulis publicis collegii C. J. L. X 6422 (a. 213) et 3698 (a. 289) legitur.
Ea, quae hucusque de primis, quae inter Diadochos ortae sunt, contentionibus nota erant, omnia fere his scriptoribus debentur: Diodoro Siculo, Plutarcho (in vita Eumenis), Iustino Pompei Trogi epitomatori, Photio, qui tenuissima ex Arriani τῶν μετ' Ἀλέξανδρον libris excerpta confecit (Bibl. p. 69 A—72 B).

Is igitur (p. 69 B 33) Arrianum testatur in quinto huius operis libro eas res enarravisse, quae sub finem anni 322 a. Chr. et in Asia et in Europa gestae sunt, victorias scilicet de Ariarathae, Cappadocum rege, a Perdicca, de Graecis ab Antipatro et Cratero reportatas. sexti libri initio Demosthenis fugam et mortem, deinde in eodem, ut persuasum habeo, libro res a Thibrone et Ptolemaeo in Cyrenaica gestas exposuit. inde usque ad finem historiae Arriani sequitur primi Diadochorum belli, quod inter Perdiccam et Antipatrum exarsit, narratio, quam a novo, id est a septimo libro initium duxisse verisimile videtur.

Huius igitur libri argumentum paucis exponere mihi liceat, quo facilius cognoscatur, quae inter fragmentum Vaticanum et Photii epitomam ratio intercedat et quid ex illo de initio belli rerumque in eo gestarum ordine colligatur.

Cappadocum gente devicta Pisidarumque oppidis expugnatis Nicaea, Antipatri filia, quam, ut patrem adfinitate sibi devinciret, Perdiccas in matrimonium poposcerat, in Asiam venit et ab Iolla et Archia ad illum deducta est (Phot. 70 B 30; Diod. XVIII 23; Inst. XIII 6, 4), cui eodem tempore epistulae ab Olympiade ex Europa missae spem Cleopatrae, Alexandri sororis, in matrimonium ducendae ostentabant. quamobrem convocato consilio Eumenes suasit, ut statim Cleopatram uxorem duceret, Nicaeam autem ad Antipatrum remitteret, hoc est bellum contra illum sumeret. Perdiccae autem, quippe qui illo tempore id maxime ageret, ut Antigonum, Phrygiae satrapam, opprimeret, Alcetae fratris sententia magis probata est, qui eum tum quidem Nicaeam ducere et Antipatrum in amicitia retinere iussit, donec debellatis Asiae et Aegypti satrapis in Europam ipse transgrederetur. nam Ptolemaeus, qui Cleomenem a Perdiccae partibus stantem¹⁾ interfecerat, suspectus et ipse Perdiccae fuit. sed ut occasionem

¹⁾ Cf. Pausan. I 6, 3, quem hoc caput ex Hieronymi Cardiani historiis hausisse consentiunt homines docti (cf. O. Pfundtner 'Die historischen Quellen des Pausanias' annal. philol. a. 1869 p. 454; F. Reuss 'Hieronymos von Kardia. Studien zur Geschichte der Diadochenzeit' Berolini 1876 p. 6 et 8).

nancisceretur, qua usus, si haec prospere cessissent, in Macedoniam ipse cum exercitu transgrederetur, Alexandri corpus, quod ut Babylone in Aegyptum deduceretur, antea inter principes Macedonum convenerat, Aegas, in veterem imperii sedem, transportare constituit.¹⁾ Polemonem igitur et Attalum²⁾ Babylonem mittit, ubi Arrhidaeus adiuvante Archone satrapa pompam parabat. sub idem tempus et Cynane cum Eurydice filia, frustra obnitente Antipatro, in Asiam transiit et Cleopatra, quam antea Pellae cum matre fuisse Plutarchus (vit. Eum. 3) tradit, illius potestati se subtraxit Sardesque, hoc est fere in castra Perdiccae, venit. quod et ipsum non potuit non suspicionem Antipatro movere; eam autem auxit Antigonus ex Asia profugus, qui illi, ut ait Photius (p. 70B 11), τὴν εἰς αὐτὸν ἐπιβουλὴν, ἣν Περδίκκας ἐβούλετο, διηγῆσατο, καὶ ὡς κατὰ πάντων ἢ αὐτῆ αὐτῷ μελέτη σπουδάζεται. ἀνεδίδαξέ τε καὶ τὸ τῆς Κυνάνης ἐκτραγωδήσας πάθος. καὶ ταῦτα διαθέμενος εἰς πόλεμον αὐτῷ τούτους κατέστησε. eadem Diodorus, eundem, puto, auctorem secutus, fusius narrat XVIII 25: ἐδίδαξεν αὐτοὺς περὶ τῆς ὕλης ἐπιβολῆς τοῦ Περδίκκου, καὶ διότι τὴν Κλεοπάτραν γαμήσας εὐθὺς ἤξει μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Μακεδονίαν ὡς βασιλεὺς καὶ τὴν ἡγεμονίαν αὐτῶν παραιρήσεται. οἱ δὲ περὶ τὸν Κρατερὸν καὶ Ἀντίπατρον διὰ τὸ παράδοξον τῆς προσαγγελίας καταπλαγέντες συνήδρευσαν μετὰ τῶν ἡγεμόνων. προτεθείσης οὖν βουλῆς περὶ τούτων, ἔδοξεν ὁμογνημόνως πρὸς μὲν Αἰτωλοὺς ἐφ' οἷς ἦν δυνατόν διαλυθῆναι, τὰς δὲ δυνάμεις κατὰ τάχος περαιοῦν εἰς τὴν Ἀσίαν, καὶ τῷ μὲν Κρατερῷ τὴν τῆς Ἀσίας ἡγεμονίαν περιτιθέναι, τῷ δ' Ἀντιπάτρῳ τὴν τῆς Εὐρώπης, πρεσβεύειν δὲ καὶ πρὸς Πτολεμαῖον περὶ κοινοπραγίας, ὅντα τοῦ μὲν Περδίκκου παντελῶς ἀλλότριον, ἑαυτοῖς δὲ φίλον, κοινῇ δὲ ἐπιβουλεύμενον.

Perdiccas autem, cum praeter spem Antipatrum Craterumque bellum parare et Ptolemaeum in foedus adscivisse comperisset, consilium et ipse convocavit, cuius ex sententia primo Aegyptum sibi subicere statuit.³⁾ brevi post, cum iam ex Pisidia, ubi illud consilium habitum est, in Ciliciam profectus esset, nuntius supervenit Arrhidaeum invitit Attalo et Polemone corpus Alexandri ad Ptolemaeum deduxisse;⁴⁾ unde etiam graviore Perdiccas ira

¹⁾ Paus. I 6, 3.

²⁾ Fragm. Vat. § 1. Phot. p. 70B 20.

³⁾ Diod. XVIII 25; Iust. XIII 6, 10.

⁴⁾ Fragm. Vat. § 1. 2; Phot. p. 70B 16. eundem ordinem sequitur Diodorus (XVIII 25. 26).

exacerbatus est. itaque cum in Ciliciam venisset, et Philotam satrapam, quia Crateri familiaris habebatur, loco movit et Archoni, quod Arrhidaeum non retinisset, per Docimum insidias paravit.¹⁾ Archon autem fraude Perdiccae intellecta Babylonios contra Docimum ad arma evocat; qui primum strenue iussa eius facessunt, mox autem interempto Archone Docimo se subiecerunt.

Sub idem tempus Perdiccas certior factus potentissimos Cypri insulae regulos Ptolemaeo foedere iunctos classem exornare et, quod unum in fide remansit oppidum, Marium obsidere, quingentos equites octingentosque mercennarios ducibus Aristonoo, Medio, Amynta, Sosigene Cyprum misit. quod et ipsum, sicut res ab Archone et Docimo gestae, ab hoc uno scriptore, Arriano, si quidem rectum vidi, traditur.

Postea, ut ex lapidibus discimus,²⁾ Perdiccas alteram classem sub Hagnone Teio, Antipater autem Antigonum cum navibus in Graecia collectis Cyprum misit vicitque Antigonus, qui usque ad id tempus, quo Perdiccas in Aegypto a militibus occisus est, ibi remansit, postea autem arcessitus a Macedonibus cum Antipatro Triparadisum venit.³⁾ e Perdiccae ducibus Sosigenes tribus annis post (teste Polyaeo IV 6, 9) rursus navibus in Phoenicia aedificatis praefectus ab Eumene partem thesauri regii, qui Cyindis ab Argyraspidis servabatur, ad Polysperchontem devehere iubetur. Aristonoum autem postea a Polysperchonte, ut opinor, Amphipoli urbi praepositum illam anno 316 fortissime contra Cassandri legatos defendisse Diodorus auctor est (XIX 51). quam cum iussu Olympiadis tradidisset, a Cassandro interemptus est. — Docimus (teste Plutarcho vit. Eum. 8), post Perdiccae necem

¹⁾ Hoc enim inde colligo, quod in fragmento Vaticano Perdiccas primum Archonem exigendis vectigalibus praeesse exercitumque Docimo tradere, deinde eundem, si Docimus rerum potitus esset, omnino loco moveri atque expelli iubet.

²⁾ In Corp. Inscr. Att. II 331 v. 5 (cf. Droysen Hist. Diadoch. ed. II p. 135 adn. 2) Thymochares quidam Atheniensis laudatur, qui [χειροτονη]-
θεις στρατηγός υπό τοῦ δήμου ἐπὶ τὸ ναυτικὸν ἐπέλασεν ἐπὶ τῶν νεῶν, ἃς ὁ δῆμος
Ἀντίγονῳ (cuius nomen postea erasum est) συνέπεμπεν εἰς τὴν Ἀσίαν καὶ
συνεπολέμησεν τὸν πόλεμον τὸν ἐν Κύπρῳ καὶ ἔλαβεν Ἀγνώνα τὸν Τίχτιον καὶ
τὰς κῆρας τὰς μετ' αὐτοῦ. etiam in edicto Nasiotarum Corp. Inscr. Graec. II
App. 2166c (Droysen Hist. Diadoch. ed. II p. 374) expeditionis Cypriacae
mentio fit.

³⁾ Phot. p. 71A 32 μετακάλειτο δὲ καὶ Ἀντίγονος ἐκ Κύπρου. cf. 71A 38.

copias ex Babylonia in Asiam minorem reduxit et cum Attali, Polemonis, Alcetae exercitu coniunxit, quibus devictis captus ab Antigono ad eius partes transiit.

Verum haec quasi per excursum addidi. Arrianus omissis his rebus tertium e Cilicia Eumenem a Perdicca emissum esse narravit, quem ille omnibus Asiae minoris copiis praeposuit.¹⁾ sed quia Antipatrum non decipi simulato Nicaeae matrimonio bellumque iam ortum esse vidit, ut Alexandri sororis nomine et auctoritate milites in favorem Antipatri Craterique propensos in fide retineret²⁾, Perdiccas Eumenem primum dona ad Cleopatram deferre eamque coram Macedonibus ipsius nomine in matrimonium poscere iussit. quae Antigonus, cum a Menandro, Lydiae satrapa, comperisset, Antipatro Crateroque indicavit.³⁾ Haec quidem Photius; unum omisit referre, ubi terrarum Antigonus versatus sit, cum nuntius ille afferretur. qui si una cum Antipatro et Cratero in Macedonia fuit, non intellegitur, cur Photius brevitatibus ut qui maxime studiosus Menandrum Antigono nuntium misisse illumque Antipatro rem indicasse tradiderit. accedit, quod ab eius quam supra laudavi inscriptionis verbis [ἐπλεῦσεν ἐπὶ τῶν νεῶν ἃς ὁ δῆμος Ἀντιγόνῳ συνέπεμπεν εἰς τὴν Ἀσίαν καὶ διεπολέμησεν τὸν πόλεμον τὸν ἐν Κύπρῳ] proficiscentes non statim Antigonom Cyprum

¹⁾ Eumenem enim usque ad id temporis Perdiccae in comitatu fuisse expressis verbis dicit Plutarchus (c. 3. 4). idem Arrianum tradidisse apparet ex eo, quem Photius sequitur, ordine. mandatum autem ei fuisse Diodorus (XVIII 25) tradit, ut locis circum Hellespontum occupatis Antipatrum in Asiam transgredi prohiberet; id quod re ipsa flagitari quivis intellegit. nec multum discrepat, quod Iustinus dicit (XIII 6, 14): 'Eumeni praeter provincias, quas acceperat, Paphlagonia et Caria et Lycia et Phrygia adiciuntur. ibi Crateron et Antipatrum opperiri iubetur.' nam, ut infra docebo, Eumenes, priusquam ad Hellespontum perveniret, ab Antigono fugatus et in Cappadociam se recipere coactus est. Plutarchus autem, cuius error unde natus sit, facile nunc perspicitur, statim in Cappadociam Eumenem missum esse tradit (c. 4).

²⁾ Cf. Iust. XIV 1, 7: 'Existimaturos ibi maiestatem regiam verti, unde soror Alexandri staret. tanta veneratio magnitudinis Alexandri erat, ut etiam per vestigia mulierum favor sacrati eius nominis quaereretur.'

³⁾ Phot. p. 70B 22: ἐν τούτῳ καὶ Εὐμένης παρὰ Περδίκκου δῶρα πρὸς Κλεοπάτραν εἰς Σάρδεϊς ἐκόμισε, καὶ οὗτοι ἐγνωσμένοι εἶη Περδίκκῃ Νικαίαν μὲν ἐκπέμπειν, ἀντ' ἐκείνης δὲ ταύτην ἄγεσθαι. οὗ μνησθέντος — Μένανδρος δὲ ὁ Λυδίας σατραπῆς ἐμήνυσεν Ἀντιγόνῳ — καὶ δι' αὐτοῦ τοῖς περὶ Ἀντίπατρον καὶ Κρατερὸν δημοσιωθέντος, ἐπὶ μᾶλλον αὐτοῖς τὰ πρὸς Περδίκκην ἐξεπολέμηματο. παραισῶται δὲ Ἀντίπατρος καὶ Κρατερὸς ἀπὸ τῆς Χερρονήσου τὸν Ἑλλησπόντον.

delatum esse, sed antea in Asiam venisse suspicamur. augetur autem haec suspicio altero Vaticani fragmenti folio, ex quo Antigonum, cum Eumenes Sardibus commoraretur, iam cum exercitu in Asia fuisse discimus, Perdicca, ut equidem credo, nondum interempto.¹⁾ continuantur autem ea, quae de Menandri proditione Photius refert, huius folii verbis. etenim Antigonus cum per Menandrum et de Perdiccae consiliis et de satraparum in illum odiis certior factus esset, hac ipsa re ut cum classe, quam in Graecia collegerat, prior ipse bellum in Asiam transferret eiusque satrapas ad deficiendum pelliceret, adductus est. itaque primum in Cariam delatus Asandri amici copias, quas et ipsas Eumeni oboedire Perdiccas iusserat, sibi conciliavit. quo audito Menander, quem una cum Eumene Sardibus fuisse et ex Photii et ex Vaticani fragmenti verbis colligitur, ad exercitum fugit — sive is antea iam sub eius imperio erat, sive Eumenis militibus Menander ad defectionem impulerat — et Antigono nuntiavit summum hostium ducem cum parva manu Sardibus

¹⁾ Cf. § 7 δὲ ὀργῆς ἔχων Περδίκκων, § 10 Περδίκκων ἔφη etc. nam de eis rebus, quae interfecto Perdicca circa Sardes gestae sunt et quas in initio decimi libri Arrianus narravit (Phot. p. 72 A 35 e. s.), quominus hoc in folio agi suspicemur, obstant etiam alia. primum enim ut inter duo illa fragmenti folia inter se cohaerentia plus quam sex aut (si in quiniones scriba pergamenas digessit) octo folia interciderent factum esse non potest. in his autem quot quantaeque res enarrandae erant: exitus expeditionis Cypriacae, bella in Asia minore et in Aegypto gesta, Perdiccae mors, Arrhidaei et Pithonis dominatio, adventus Antipatri, provinciae Triparadisi inter principes Macedonum distributae, reditus regum regūque exercitus, bellum inter Attalum et Rhodios gestum! rem brevi absolvam: libros octavum et nonum septimique et decimi libri partes octo illis foliis inclusa fuisse num quis credit? deinde vero Photius illo loco non Antigonum et Menandrum, sed ipsum Antipatrum contra Eumenem profectum esse narrat Eumenemque a Cleopatra ut abscederet exoratum, quem Plutarchus, eodem, ut apparet, fonte usus, etiam proelium circa Sardes initurum fuisse tradit. quae omnia contraria sunt eis, quae in fragmento Vaticano leguntur. (Phot. 72 A 36: Εὐμένης Ἀντιπάτρου ἐς Σάρδεις ἰόντος ἐς χεῖρας ἔλθειν ἐγγὺς τῆν, Κλεοπάτρα δὲ, ἡ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀδελφή, ἵνα μὴ ἐς τὸ τῶν Μακεδόνων πλῆθος ἐν διαβολῇ γένηται ὡς αὐτῆ τὸν πόλεμον αὐτοῖς ἐπάγουσα, παρανεῖ καὶ πείθει Εὐμένη ἀποχωρῆσαι τῶν Σάρδεων. Plut. Eum. c. 8: περὶ δὲ τὰς Σάρδεις ἐβούλετο μὲν ἱπποκρατῶν ὁ Εὐμένης τοῖς Λυδοῖς ἐπαγωνισασθαι πεδίαις, ἅμα καὶ τῇ Κλεοπάτρᾳ τὴν δύναμιν ἐπιδείξαι φιλοτιμούμενος· αὐτῆς δὲ ἐκείνης δεηθεῖστος — ἐφοβείτο γὰρ αἰτίαν τινα λαβεῖν ὅπῃ τῶν περὶ τὸν Ἀντίπατρον — ἐξήλασεν εἰς τὴν ἄνω Φρυγίαν). itaque, si quidem ex Arriani opere fragmenta Vaticana petita sunt, non possunt nisi ad septimum librum referri.

morantem, si ille accurreret, ante ipsius belli initium intercipi posse. ipse exercitum easque, quas e Lydia provincia copias coegerat, propter vias, quae in Phrygiam magnam ducebant, in insidiis collocavit, ut si appropinquantem Antigonum Eumenes effugisset, ab ipso eo certius opprimeretur. ille autem cognitis per Cleopatram hostium consiliis noctu profectus viis saepe mutatis insidias evitavit et primum in Phrygiam, deinde in Cappadociam equites familiaresque, quos secum habebat, abduxit.

Unde illud quoque intellegitur, quod saepe miratus sum, cur Eumenes totam fere Asiam minorem sine pugna adversarii concesserit neque Antipatro contra Perdiccam eunti obstiterit. quod ille ne faceret, hoc ipso impetu Antigonus videtur prohibuisse, ad quem nulla mora interposita eae, quae in his regionibus sub imperio Eumenes erant, Lydiae Cariaeque copiae defecerunt. itaque patefacta per Antigonum via Antipater et Craterus in Asiam transeunt, Antigonus cum classe Cyprum proficiscitur, Eumenes in Cappadocia alterum exercitum cogit.

Vides quam pauca ex eis, quae in fragmentis Vaticanis leguntur, a ceteris scriptoribus tradita sint. neque id mirum, cum Arrianus decem libris ea enarraverit, quae Diodorus, illorum uberrimus, dimidia unius libri parte comprehendit. unde facile conicias, qualem iniqua fortuna nobis librum eripuerit, cum misellum hoc fragmentum doloris irritamentum magis quam solacium reliquerit.



**BRESLAUER
PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.**

DRITTER BAND.

VIERTES HEFT.

**DE HYGINI MEMORIA SCHOLIIS
IN CICERONIS ARATUM HARLEIANIS SERVATA**

SCRIPSIT

GEORGIUS KAUFFMANN
DR. PHIL.

**BRESLAU.
VERLAG VON WILHELM KOEBNER.
1888.**

DE HYGINI MEMORIA SCHOLIIS
IN CICERONIS ARATUM HARLEIANIS SERVATA

SCRIPSIT

SCHOLIA APPARATU CRITICO ET NOTIS INSTRUCTA

ET

CATALOGUM STELLARUM ADHUC INEDITUM

ADIECIT

GEORGIUS KAUFFMANN

DR. PHIL.

VRATISLAVIAE
APUD GUILIELMUM KOEBNER
1888

GUILELMO STUEMUND

SACRUM

Anno 1884 scholia in Ciceronis Aratum ab Iosepho Vogels¹⁾ edita sunt ex codicibus duobus Musei Britannici, Harleiano 647 saec. IX/X (*A* apud Vogelsium, item nobis) et apographo eius *A* Cottoniano Tib. B 5 saec. XI (*b* apud Vogelsium, nobis *K*) parum *K* accurate conlatis.²⁾ ego quoniam auctore Reifferscheidio³⁾ uiro clarissimo ac nuper acerbo fato his litteris erepto ad haec studia accessi, non tantum codicis *K* apographum a uiro docto aliquo Anglo Reifferscheidii in usum diligenter confectum usurpare potui, sed etiam codicis *A* accuratam conlationem insigni Alfredi Hilgard benignitate factam adeptus sum.

Spectant haec scholia ad primam Ciceronis 'Arati' qui hodie exstat partem, qua singula signa secundum mutuam eorum situm enumerantur,⁴⁾ et cum imaginibus, quibus haec carminis pars exornata est — in singulis enim paginis sui cuique imagini uersus sunt subscripti⁵⁾ — ita sunt coniuncta, ut in *A* pulcherrimis eius imaginibus inscripta sint capitalibus litteris, in *K* extra

¹⁾ Scholia in Ciceronis Aratea aliaque ad astronomiam pertinentia e cod. Mus. Brit. Harl. 647 pars I Crefeld (progr.). — hunc codicem ad Ciceronis carmen recensendum praeter Dresensem adhibuit Bährens PLM I p. 2.

²⁾ Prima horum scholiorum notitia iam Guilelmo Ottley debetur, qui codicem *A* insigni imaginum eius pulchritudine adductus secundo uel tertio saeculo attribuendum esse miro consilio studuit probare. cf. *Archaeologia or miscell. tracts relating to antiquity etc.* uol. XXVI London 1836 pag. 47—214. describuntur codices pp. 48 sq. 145 sqq.

³⁾ cf. Reifferscheid *Ann. dell'Inst.* 34 (1862) p. 108. Wattenbach *Schriftwesen i. MA.* ed. 2 p. 298 adn.

⁴⁾ u. cap. II in. — quae reliquae Tulliani carminis parti in *A* adscripta sunt excerpta Pliniana et alia (u. cap. IV), ab his plane differunt, cum et alienae sint originis et alio modo carmini adiuncta.

⁵⁾ Simili ratione Germanici carmen ex codice Susiano (cf. Bährens PLM I p. 145 sq.) expressum est in Grotii *Syntagmate Arateorum* Lugd. B. 1600. — Harleiani imaginem praebent specimina, quae tabulis apud Otteium depictis continentur, unde unum mutuatus est Vogels.

figuras, quae pingendi artem Anglosaxonum propriam manifeste indicant, litteris minusculis adiecta.

Originem autem ducunt scholia codicis *A* omnia ex Hygini de astronomia libro; librarius *K* minorem horum partem repetiuit ceterorum loco scholia Sangermanensia quae Breysigius uocauit (Germanici Aratea Berol. 1867) exscripsit.

Eiusdem modi scholiorum partim ex Hygino partim ex Sangermanensibus desumptorum ex codice bibliothecae capitularis Uercellensis hodie deperdito Cyriacus Anconitanus fragmenta nonnulla (*C*) excerpit, quae in commentariorum eius particula⁶ seruata et abscondita indagauit Aug. Reifferscheid (u. adn. 3)

Scholia haec Hyginiana⁷) non solum ad restituendam Hygini memoriam multum conferunt, sed, cum Hyginum cum Ciceronis Arato coniunctum offerant, ad utriusque libri astronomici per medium aeuum propagati condicionem inlustrandam uidentur apta. fluxisse ea apparet ex archetypo Hyginiano illo deperdito *X* (*X*), a quo nostri codices originem petunt omnes⁸) integriorem nam Hyg. II 33 (p. 71, 21 Bunte), cum nostri codd. eadem laborent lacuna, scholia Harleiana uberiolem exhibent lectionem quam uere Hygini esse scholiorum Germanici Basileensium ad sensu, quibus illud de Lepore caput ab interpolatore ex Hygino insertum esse Bursianus⁹) ostendit, omni dubitatione eximitur.

Itaque nobis primum de subsidiis criticis, quibus nunc ad restituendum nostrorum Hygini codicum archetypum *X* ut licet, disserendum est (cap. I), tum (c. II) in scholiis Harleianis quae librariis debeantur (§ 1), quae ei qui ex Hygino ea conposuit (§ 3), qua in re fragmenta illa Uercellensia quamquam perexigua grato sunt auxilio (§ 2), ut segregatis iis, quae *Y* scholiorum Hyginiano exemplo (*Y*) afuisse certis argumentis

⁶) in 'fragmentis Pisaurensibus' quae uocantur ab Hannibale Oliueri editis: Commentariorum Cyriaci Anconitani noua fragmenta notis illustrata Pisauri (ex Mus. Oliuer.) 1763 pp. 42—44.

⁷) De ceteris ab Hyginianis alienis, quae minoris sunt momenti, in epimetro egi.

⁸) cf. Bursian Münchener Sitzungsber. phil. hist. Cl. a. 1876 p. 4.

⁹) in annal. philol. a. 1866 p. 766 adn. 13. sunt autem uerba 'et postea in ipsius figura dicemus'.

euincitur, ad codicem *X* cum *Y* comparandum accedamus (c. III).
denique, quid de Hygino cum Ciceronis 'Arato' coniuncto iudicandum sit, statuemus (c. IV).

Caput I.

De Hygini codicum archetypo *X*.

In Hygini qui fertur de astronomia libro recensendo certis et solidis artis criticae fundamentis caremus. nam qui anno 1875 Lipsiae eum edidit Bernhardus Bunte, nec conferendis multis, qui supersunt, libris manuscriptis satis operae dedit, nec quae ratio inter paucos, quibus utebatur, intercederet, quaesivit. ac ne Lugdunenses quidem codices, quibus Augustinus van Staveren neglegentius ex more illius aetatis usus erat, inuestigare et de integro adire operae pretium esse duxit, sed duos codices inter se dissimillimos contulisse contentus modo ex hoc modo ex illo lectiones hausit, tertio pessimo eoque mutilo passim usus, itemque lectionibus nonnullis, quas ueteres editores Schefferus Munckerus Staverenus e codicibus protulerant.

Codices Buntei hi sunt:

Dresdensis 183 saec. IX/X (bibl. reg. cod. Dc. 183); u. Bunte *D*
praef. p. 11-13. hunc neglegentissime a Bunteo adhibitum ipse contuli.

Guelferbytanus '18. 16. Aug.' apud Bunteum (p. 13) signatus *G*
(Bursian Münch. Sitz. Ber. 1. c. p. 2 adn. 3) et saeculi XII initio
adscriptus.

Guelferbytanus '65 Ms. Aug.' saec. XV; in hoc dimidia fere *N*
Hygini pars (p. 67, 13—110, 17) deest; u. Bunte p. 14.

Conradum Bursian defunctum esse, priusquam mythographorum latinorum editionem, quam iam pridem parabat (cf. *annal. philol.* a. 1866 p. 784) conficeret, eo magis dolendum est, quod quattuor illorum quos contulit codicum lectiones, quas quidem publici iuris fecit (Münch. Sitz. Ber. 1876 p. 1—56), cum ad emendandos singulos locos et peruersam Buntei rationem refutandam potissimum sint prolatae, ad singulorum codicum condicionem et auctoritatem inlustrandam minus conferunt. itaque quam maximas ago gratias uiris inlustrissimis regiae Monacensium bibliothecae, quae scripta a Bursiano relicta hereditate accepit, praefectis, qui benigne mihi concesserunt, ut Bursiani schedas per aliquot menses in usum meum excuterem.

Sunt autem codices hi, de quibus conferenda sunt qua Bursianus commentationis supra memoratae initio rettulit:

- R* Reginensis 1260 saec. IX iam a Munckero (u. infra adn. 4 passim laudatus.
- M* Montepessulanus 334 saec. X. utrumque codicem Bursianum cum *D* non interpolatorum in numero habet; qui sequuntur, eo interpolatos dicit:
- P* Parisinum 8663 saec. XI.
- B* Bruxellensem 10078 saec. XII.

Praeter Bursianum apparatus quem nocant critico comparandi et augendo operam dedit unus¹⁾ Ed. Heydenreich (Die Hygin handschrift der Freiburger Gymnasialbibliothek. Freiberg 1876 progr.), qui Stavereni codicibus inspectis demonstravit eis quae ille profert lectionibus fere nullam esse auctoritatem tribuendam — ex codicis Vossiani primi 71 lectionibus ab impressis uerbi discrepantibus (p. 19—23 Bunte) 18 protulit Staverenus, quarum in duodecim erravit —, codice *D* denuo conlato quam temerario eo Bunteus usus sit exemplis (l. c. p. 2) probavit, de aliis quibusdam codicibus antea fere ignotis nonnulla protulit, denique *F* codicis deterrimi Fribergensis (*F*, saec. XV) lectiones a Bunteana editione discrepantes omnes diligenter uulgavit.

Octo his codicibus si addideris editionem principem Uenetanum (*U*) codicis manu exarati loco habendam, habes quae mihi a manus fuerunt codicum subsidia, exigua illa quidem, si cum multis illis, qui adhuc in bibliothecis latent, contuleris.

Inter eos autem codices, quibus priores editores usi sunt imprimis memoria sunt digni²⁾ quattuor illi, quos ab Iano Ulitiano conlatos³⁾ Thomas Muncker uir de Hygino optime meritis in editione Mythographorum latinorum anno 1681 Amstelodani emissa adhibuit. sed cum Ulitianos in uniuersum, uel unum e

¹⁾ Nam C. Robert libro a. 1878 edito 'Eratosthenis catasterismorum reliquiae' quamquam etiam de Hygino bene est meritis, tamen cur ex ipsius codicibus noua subsidia ad uerba emendanda quaereret non habuit. de codice *V* ab eo inspecto u. infra p. 6.

²⁾ De codicibus in editionibus Soteriana et Moreliana adhibitis et codice Modii u. infra p. 13 sq.

³⁾ Haec codicum excerpta margini editionis Parantii illita fuisse Munckerus (praef. fol. 3) testatur.

Ulitt., 2 Ulitt. etc. laudet, nec quid singulis debeat distinguat, suae cuique libro lectiones reddi non possunt. tamen cum auctoritate inter se ualde eos fuisse dispares, si nostrorum codicum lectiones comparabis, a quibus plane alienas paucas apud Munckerum deprehendes, eluceat, et 'tres fuisse Petauianae, Regiae bibliothecae apud Parisios quartum' ipse Munckerus (praef. fol. 2) testetur, licet suspicari Parisinum illum eundem esse atque Bursiani codicem *P.* Petauiani autem libri cum maximam partem in Christinae Sueciae reginae bibliothecam i. e. Uaticanam Reginensem migrauerint, suspicandum est Bursiani codices Reginenses, praestantiorum illum *R* et codicem Reg. 1207 saeculi XI (u. p. 7), eosdem esse atque duos illorum Munckeri Petauianorum. et de *R* quidem pro certo habere hoc ausim. in prima enim eius pagina est scriptum 'Petri Danielis Aurel.', cuius libros in Petauii bibliothecam migrasse constat.⁴⁾ tertius denique Petauianus haud scio an hodie Lugduni Bataurorum adseruetur, inter codd. Voss. lat. 4^o n. 15^{us}, quem Leopoldus Hervieux (u. infra) a Sueciae regina Isaaco Vossio, cuius auxilio in comparanda bibliotheca usa erat, dono datum esse coniecit.⁵⁾ quamquam singulas Munckeri codicum lectiones cum eorum qui hodie exstant memoria comparandi operam nec subii nec potui subire, cum et codice Vossiano 15 et altero Reginensi sim destitutus. — praeter hos codices nonnullarum lectionum mentionem facit Munckerus ex 'Susii codice', de quo u. infra c. II § 1 adn. 20, et ex 'membranis Rulæi', de quibus u. p. 7 adn. 9.

Augustinus van Staveren (Mythographi latini. Lugd. B. et Amstelodami 1742. 4) tribus Vossianis, codice Ti. Hemster-

⁴⁾ u. Burs. l. c. p. 2, et quam in adnotatione laudat Hermanni Hagen de Petro Daniel disputationem (Bern. 1873) initio. — huic rationi non obstat, quod eiusdem codicis *R* nonnullis lectionibus nomine codicis *A* uel Anonymi idem Munckerus usus est (Burs. p. 3 adn. 4). nam paucae lectiones commemorantur, neque quidquam de codice illo, ne de eo quidem uiro qui eum contulerat conpertum habuit Munckerus. — huius codicis excerpta aequaeque ceterorum quattuor ex bibliotheca Nic. Heinsii ad Munckerum peruenierant (praef. fol. 2).

⁵⁾ Ulitius (Ian van Vliet) a. 1641/2 Parisiis uersabatur (Biogr. universelle s. u.). tum igitur quattuor illorum codicum lectiones Hygini Parantianae editioni (u. supra adn. 3) adscripsit, quae fortasse post mortem eius a. 1666 ad Nic. Heinsium peruenit (u. adn. praec.). bibliothecam autem Pauli Petauii (mortui iam a. 1614) a. 1650 (Delisle Cabinet des manuscrits I 288) Christina per Isaacum Vossium emit.

husii (*H* ap. Bunteum), codice Iacobi Philippi d'Orville (*O* ap. Bunt.) se usum esse testatur (praef. p. 8 sq.). de Orvillian sorte nihil constat. ex Vossianis autem is, quem Staverenus uocat Vossianum primum (Voss. lat. 8^o membr. n. 269), hodie quoque Lugduni exstat sic notatus: catalogi prioris n. 8 membr. in 8^o saec. IX/X (cf. Kiehl Mnemosyne II a. 1853 p. 86) hunc ab Ed. Heydenreich conlatum esse iam dixi. eundem codicem mutilum — desinit enim II 22^o) — C. Robert excussit (u. l. c. p. 47), qui undecimo saeculo rectius eum uidetur attribuisse. sane ex paucis quas profert lectionibus eum melioribus, qui saeculi sunt noni decimiae, nequaquam parem esse elucet. Stavereni Vossianus secundus (Voss. n. 314) = catal. prioris n. 92 membr. in 4^o saec. XIII (Kiehl p. 87) ipse ab Ed. Heydenreich conlatus est (l. c. p. 5).

Denique Vossianus tertius (Voss. 4^o 290)¹⁾ teste Kiehlio (p. 84) hodie quoque inter Vossianos seruatur = prioris catalogi Voss. 15 membr. 4^o (8^o Kiehl) saeculi fere XI. hunc codicem miscellaneum²⁾ qui Hyginum fol. 155^a — 188^a continet, quem unum ex Munckeri codicibus Petauianis fuisse conieci, describit Leopoldus Hervieux Les fabulistes latins, Paris 1884 uol. I p. 228—242. contra ii qui Lugdunensi bibliothecae praesunt doctissimi uiri Eduardo Heydenreich 'Vossianum tertium' petenti miserunt codicem 'MM. Lat. Bibl. Publ. O. N. 225' signatum, quem a Stavereno Vossiani tertii nomine iniuria esse insignitum testati sunt (Heyd. p. 5 adn. 2). hunc quem *L*(eidensem) uocat et ipsum Heydenreich contulit (cf. l. c. p. 19 adn. 2). sed errasse uidentur uiri illi et Kiehlio potius est adstipulandum, qui (p. 83) hunc codicem, 'Noui Mss. Catalogi n. 425 (XVIII. 225) membr. saec. XII' apud eum notatum, eundem esse dicit atque Hemsterhusianum a Stavereno usurpatum. hic enim codex primum a Stavereno memoratur ad p. 51, 12 Bunte (*aduentum*), quod egregie cadit in codicem illum 'Leid. 225' mutilum, qui testibus Kiehlio et Heyden-

¹⁾ Staverenus tamen per totum Hyginum Vossiani primi lectiones adfert primo et secundo Vossiano ut uidetur confusis. u. Rob. l. c.

²⁾ Sic Stav. et Kiehl, 294 Hervieux. tamen de eodem codice eum agere atque Kiehlium ex paucis iis quae de Hygino profert (l. c. p. 238) intellegitur.

³⁾ Staverenus dicit codices suos et Vossianos et *HO* 'non nisi Hygini Astronomicum poeticum continere'.

rechio a p. 51,9 ed. Bunte (*qui cum maxime*) incipit.⁹⁾ contra 'Vossianum 15' totum Hyginum, certe initium eius continere Kiehlii et Leopoldi Hervieux testimonio firmatur; et 'Vossianus tertius' quem eundem esse Kiehlium secutus censeo, a Stavereno continenter adfertur ab initio usque ad II 16. in fine huius capitis legentibus non monitis desinunt Vossiani tertii lectiones et incipiunt codicis 'Leid.' (prima est *superuenit* p. 56,13), de quo in praefatione nihil dicit Staverenus nec Kiehlius (p. 85) quidquam potuit eruere. hoc uero statuit, non eundem esse 'Voss. tert.' et 'Leid.'; nec desiisse 'Vossianum tert.' in II 16 inde apparet, quod ad II 34 a Stavereno laudatur.

Sed de his rebus diiudicabunt qui ipsos codices inspicient. ego ad eos qui praeter hos innotuerunt codices breuiter recensendos pergo.

De altero Reginensi (Reg. 1207 saec. XI, desinit p. 116,20 ed. Bunte: *lumen*), quem fortasse unum ex Munckeri Ulitianis esse monui, conferas uelim Heyd. p. 6. ibidem de duobus Uaticanis saec. XIV et XV¹⁰⁾ et uno Palatino saec. XIII a Bursiano repertis nonnulla leguntur. uilioribus his codicibus adde quem Kiehlius l. c. p. 85 memorat cod. Voss. 18 catal. prioris olim 237 chart. 8^o saec. XV (desinit p. 106,26 ed. Bunte), et duos quos in schedis Bursiani indicatos inueni: cod. Montepess. 452 saec. XV, et cod. Basil. F II 33, quem recentissimae esse aetatis docemur uerbis quae initio Hygini leguntur (ap. Heydenr. p. 27). denique his est adnumerandus codex Uindobonensis 3111 a Cuspiniano exaratus (Archiv f. Gesch. d. Kreises Unterfranken 1884 p. 279), cuius notitiam Georgii Schepss u. d. comitati debeo. uetustior est codex Sangall. 250 saec. XI, quo Hyginum contineri primus Bursianus indicauit (scholia Sangermanensia ex eo iam prompsit

⁹⁾ Eiusdem codicis postea Hemsterhusiani lectiones nonnullas haud scio an iam Munckerus attulerit. in praef. enim (p. 6) sero se adeptum esse narrat 'Eualdi Rulaei ueteres membranas, quae Poetici Astronomici librum tertium et quartum nec non partem maiorem secundi continebant'. quae quanti sint pretii ut probet, tres commemorat lectiones ex libri II capite 15 'quod in illis primum est' — in Leid. 225 quod etiam capitis 14 extrema pars est conseruata, huic opinioni uix obstat —, quae cum iis quas Staverenus ex *H* profert consentiunt. cf. pp. 55,2 *quo dimisso*, 54,23 *ut aequam* eqs. u. Bunte ad h. l., 54,6 *patria* quod codices Stavereni omnes habent.

¹⁰⁾ De hoc codice, Uat. 3110, cf. Breysig in Germanici editione, p. XXII.

Breysigius, u. Germaniei ed. p. XXVII). hunc quoque Ed. Heydenreich contulit et (l. c. p. 19—21) accurate descripsit. idem iam commemoravit (p. 27) fragmentum Bernense et ipsum a Bursiano inuestigatum (in Lucani codicis Bernensis 45 saec. X folio ultimo), quo initium primi libri (usque ad p. 24,20 *partibus*) continetur fortasse ex *R* ipso transscriptum. denique in Britannia ad hunc diem ab iis qui Hygini codicibus operam dabant neglecta hos libros seruatos esse conperi: duos saeculi XI qui Ciceronis Aratum ex codice *A* de quo in capite secundo nobis agendum erit descriptum habent, Harleianum 2506 et Cantabrigensem R. 15.32 Trinity College,¹¹⁾ et optimorum nostrorum aequalem (saec. IX) codicem Ashburnhamensem Barrois 226.4° (Zange-meister Wiener Sitz. Ber. phil. hist. Cl. 84 a. 1876 p. 573).

Inter codices autem, quibus mihi ad restituendum arehetypum *X*¹²⁾ uti licet, non ea intercedit ratio, ut alius ex alio fluxerit; nec quaenam quasi unius gentis familiae ab illo derivatae sint potest discerni, cum deficient plures, inprimis uetustiores, quibus interualla et lacunae suppleantur, quae singulorum codicum meorum continuam memoriam et cognationis ordinem interrumpunt. id igitur unum statuendam est, quibus maxima auctoritas sit. huius uero scriptoris eo minoris esse pretii codices, quo recentioris sint aetatis, et tria eorum genera distinguenda esse, quibus totidem Hyginianae memoriae per medium aeuum propagatae et magis magisque turbatae quasi aetates significantur, ex huius de astronomia libri per medium

¹¹⁾ De Harleiano, in quo carmen imaginibus (non scholiis) exornatum est, cf. Ottley l. c. p. 146, Vogels l. c.; de Cantabrigensi H. Schenkl Wiener Studien VII 1880 p. 341, quo teste hic codex et alia ad astronomiam et computum pertinentia saec. X exeunte scripta complectitur — in his 'Hyginum et Marcianum' —, et Ciceronis carminis posteriorem partem, inde a u. 227, saec. XI exaratam. prior igitur pars deest, quae in ceteris codd. in singulas particulas dissoluta imaginibus subscripta est. ita hac maioris pretii parte separata et ut uidetur deperdita — simile est fragmentum Lugdunense saec. XIII, de quo u. infra c. II § 2 n. 19 — quod reliquum erat carminis cum ceteris illis commentariis ad astronomiam pertinentibus in unum codicem coniunctum aetatem tulit.

¹²⁾ Ab eodem priorum editorum codices et ii qui hac demum aetate reperti sunt originem ducunt, inter quos unus Ashburnhamensis optimo meorum generi (u. infra) aetate par est, Sangallensem 250, Leidensem 225, Vossianum primum deterioribus ut adsignemus, paucae eorum quas nouimus lectiones suadent.

aeuum seruati condicione intellegitur. nam ut dicendi genus vulgare et inconditum a librariorum, qui eum perscribent, sermone latino non nimis longe distabat, ita res de quibus agitur accommodatae erant ad doctrinam eorum et VII artium liberalium disciplinam scholasticam.¹³⁾ itaque non eadem religione in perscribendo Hygino librarii utebantur, qua in propagandis optimorum antiquitatis scriptorum et poetarum libris coercerentur. cum igitur non ad uerbum exempla sequerentur, sed sententiam fere complexi memoriter singula redderent, transponendo, omittendo, similes locutiones uel uoces inter se mutando traditam lectionem temere turbauerunt. atque etiam locos corruptos sanare uel pro sua quantulacunque scientia ita corrigere conati sunt, ut uocum rariorum uel obsoletarum loco quaë ipsis usitatae essent ponerent, et doctrinae frustula aliunde decerpta uel de suo prompta traditis uerbis insererent.

Minime corrupti sunt codd. uetustiores, ex meis *DMR* ^{a)} saec. IX/X exarati, sed ne hi quidem ab interpolationibus im- uetumnes. immo uero etiam *R*, cui Bursianus nimiam auctoritatem ^{stiores} attribuit, quamquam propius abesse uidetur a communi archetypo quam *DM*¹⁴⁾, scribarum doctrinam tantopere respicit, ut ad restituendum archetypum aequo iure ratio eius habenda sit atque librorum *DM*, qui ut corruptelis laborant locis in *R* integris, ita non semel archetypi memoriam seruauerunt in *R* uitiatam. uelut per totum tertium librum paene uniuscuiusque capituli ultima uerba, quibus summa stellarum sideris adfertur, in *R* temere mutata sunt. cap. 10 (p. 85,18) *R* habet 'ita omnino est *ordo stellarum XX*', cum in ceteris codd. *ordo* desit, ita ut sententia sit

¹³⁾ u. infra cap. IV. ac ne fabulae quidem siderales neglegebantur, quamquam ad caelestium rerum scientiam minus pertinebant et ut homines christianos eosque monachos decebat, ut 'ridiculosissima gentilium deliramenta' contemnebantur.

¹⁴⁾ Ex ipso *X* descriptos esse tres hos codd. nego, neque enim raro isdem deturpati sunt mendis, cum ceteri genuinam seruauerint lectionem (u. cap. III). — *DM* ab uno exemplo esse deriuatos non paucis testimoniis uidetur probari. e. g. pro *spectare* (inprimis in libris III et IV) fere ubique habent *exspectare* (idem de Ulitianis duobus testatur Munckerus ad p. 25,7 Bunte). — etiam Reginensem alio intercedente ab eo archetypi apographo, ex quo uetustiores meos fluxisse statuo, originem ducere ii potissimum testari uidentur loci, quibus lectiones eius corruptum iam exemplum indicant integris ceteris codicibus. e. g. p. 69,10 (schol. 10 13) *satus esset*.

'haec (u. 15) i. e. Andromeda est stellarum XX'. de ceteris locis uelim adeas Bursianum l. c. insertum autem esse substantiuum illud a librario, qui quid genetiuus *stellarum* sibi uel minus perspiceret, etiam eo conprobatur, quod eodem remedio usi sunt recentissimorum codicum *FU* librarii, nisi quod fere ubique pro *ordo* scribunt *numerus*. denique patrocinantur tradita lectioni ii loci quibus aut nomen signi de quo agitur praemittitur ut cc. 26 (*corona . . . est st.*), 28 (*effusio aquae . . . st. est*), aut pronomen, ut cc. 8 et 9. sed etiam in cap. 8 ('hic — scil. Cepheus — totus omnino est stellarum*) XIX') *ordo R* inseruit, in cap. 9 ut *numerus* adderet, *haec* (scil. Cassiepia) in *hic* mutauit. idem c. 36 substituit 'ita totus est stellarum *ordo*' pro 'ita tota (Nauis, cf. c. 8 *totus*) e. st.' — ceteris locis aliis uerbis utitur Hyginus, 'ita sunt stellae' uel 'habet stellas'; ubicumque autem fieri potuit, in *R ordo* (*numerus* c. 9) insertum est excepto cap. 40¹⁵).

Nihilominus codex *R* et *DM*, cum minime propriis interpolationibus et corruptelis inter se differant, ubi consentiunt, archetypi *X* plerumque seruasse lectiones uidentur; ubi inter se discrepant (aut singuli aut unus a ceteris), qui codex speciem b) interpolationis prae se ferat, quaerendum est et recentiorum deteriorum codicum aliqua ratio habenda. raris locis iam *RDM* a primario codice aberrasse (u. supra adn. 14) eorundem memoria certissime conprobatur; quamquam hi caute respiciendi sunt. sunt autem codices saeculi XI/XII *BGP*, inter quos principem quasi locum uidetur tenere *G*, qui a librario maxime temerario ex exemplo probae notae transcriptus est nec raro optimas atque ab omni specie interpolationis liberas et scholiorum Harl. adsensu comprobatas lectiones solus exhibet. — deteriorum memoriae fere sunt pares secundae manus codicum uetustiorum, quae in *DM* (de *R* Bursianus tacet) ipsis codicibus non multo sunt recentiores, certe saeculo X uix inferiores. fluxerunt enim in uniuersum ex deterioris generis codicibus, ita ut non paucis locis uetustiorum

*) *est stellarum* traditum est. Bunteus scripsit *stellarum est*.

¹⁵) Alio modo in Hasperi 'Hygino philosopho' (u. infra cap. IV sub f.) tradita uerba sunt mutata. summae enim stellarum paene ubique his uerbis adiunguntur 'ita sunt (omnes)'. — genuinas autem lectiones in solo *R* seruatas hoc loco commemoro II 23 p. 65,10 *exilisset et a ceteris omnibus omissum* (u. Bursian l. c. p. 26) et II 33 p. 72,6 *ad comedendum* (Burs. l. c.); u. infra cap. III.

corruptelae ex integra recentiorum memoria sanarentur, saepius genuina lectio deteriore adscripta turbaretur.¹⁶⁾

Denique infimi generis codices saec. XV, utpote quos c) genuinam memoriam in ceteris foedatam ullo loco seruasse ueri insit dissimillimum, ab archetypo restaurando prorsus sunt amo-
fimum
genus

¹⁶⁾ Nonnullis ex *D* sumptis exemplis hoc liceat probare, quibus simul negligentia Buntei inlustretur, qua codicis *D* et Reginensi et Montepessulano simillimi imaginem praebuit incertam et a uero alienam. — p. 61,13 quae pro codicum *DGN* lectione uendit uerba *nacti sunt recuperatisque corporibus* eqs. (eadem habent edd. ante Bunteum omnes et *F*, sed inuerso ordine), superscripta sunt a m. 2 deleta lectione *nacti corpora recurauerunt et*, quam eandem *MRBP* (3 Ulitt. et nonnulli Stav.) exhibent, nisi quod pro *recurauerunt* paene omnes (praeter *P* 'Leid.' 'Voss. sec.') habent *recuperauerunt*. et recte quidem. nam haec uox facile potuit abire in *recurauerunt* non solum propter similitudinem compendiosae scripturae, sed etiam cum uerbum *recurandi* aptiorem uel faciliorem uideretur librario habere sensum (de *recreatis* quod Munckerus ex 'Susii cod.' profert u. infra c. II § 1 adn. 20). — p. 62,5 tacet Bunteus uoces *illi et faciunt* a m. 1 omissas et superscriptas esse a sec. m., u. 6 *dixerunt* correctum esse in *dicunt*. cum autem haec praesentia in solis codd. *PFNU* exstent, perfecta habeant *MRBG* in quo *fecerunt* ut in *D* omissum est (et Ulitt. et codd. Stav. paene omnes), *fecerunt* et *dixerunt* Hygino sunt reddenda (cf. u. 3 *uoluerunt*). sed dubito de uoce *illi* quae etiam in *MRB* deest. in *D* enim ipso — etiam hoc Bunte neglexit — et in *BG* pro hac uoce ante *simulacra* exstat *Liberi* [insequuntur uerba punctis postea notata *sidera fixum dixerunt*, quae inreperunt ni fallor, cum librarius ab initio uocis *simulacra* aberrasset ad *sidera*]. sic *illi* uetustioribus omnibus refutatur, *Liberi* commendatur codice *D* et sententia, nam de *Liberi* simulacris cornutis hoc loco est sermo, supra (u. 1) de simulacris Hammonis. — p. 67,2 recte Bursianus ex *R* restituit *crinem* (cf. 6. 9. 11) quae lectio codice *D* confirmatur, in quo *crinem* correctum est in uulgatam lectionem *crines* quam Bunte intactam reliquit. — p. 77,8 *autem* quod *BGP* inter *Demiphon* et *omnium* habent — Bunte recte om. — in *D* (= *M*) supra lineam est additum, quod neglexit Bunte. — ib. 21 *filias eius* = *MR* (*PFU* edd.) etiam ex *D* est restituendum, in quo quod Bunte probauit *regis* (*regis filias BG* alteruter *Mor.*) genuinae lectioni superscriptum est. — p. 78,8 *dicunt* in solo *D* supra lineam legitur, recte deest in codd. et edd. omnibus (similis in *MP* est interpolatio *aiunt* pro *autem*). — p. 88,22 Bunte 'ex *D*' edidit *pedibus aestium orbem, extremo ore caput Delphini tangere uidetur*, ceteri codd. omnes habent *pedibus aestiuo orbe (orbi R) niti, extremo* eqs. ac ne *D* quidem cum Bunteo facit, sed uoce *niti* librarii errore omissa manus sec. pro *aestiuo orbe*, quippe quod sensu iam careret, *aestium orbem* correxit. — p. 102,6 *circulum* quod Bunte recepit, in *D* pro uulgata lectione *locum* est correctum, quam nullo pacto licet inmutare. neque enim de circulo est sermo eodem, ad quem singula signa sphaera semel uersa redeant, sed id dicit auctor, ad suum quodque sidus locum, a quo profectum sit, semel uertente se mundo necesse esse reuerti.

uendi. sunt autem *F*, cui nimiam auctoritatem attribuit Heydenreich¹⁷⁾, et mutilus ille Guelferbytanus *N*, et codicis *F* simillimus is codex ex quo editio princeps *U* expressa est.

Haec¹⁸⁾ prodiit Uenetiis a. 1482 cura Erhardi Ratdolt

¹⁷⁾ Lectionum codicis *F* propriarum maxima pars memoria uetustior est deterior: e. g. ex ea Hygini parte, quam scholia Harleiana conplectuntur ab Ioue schol. c. 1 8; quodammodo 2 9; giganta, homines 3 3.9; ut etiam, uero duas 6 8. 17. 26; cubaret, uideretur, consequentem collocauit 7 5. 12 sq.; id es maritimis conchylis, in interscapilio habet stellas VII 9 7. 13; pro ingerit hic Musis 10 14. 16; alia. praeterea u. supra p. 10. itaque etiam eae quae meliores uidentur, docti cuiusdam librarii uel lectoris sagacitati potest debentur. inprimis nomina propria ita sunt corrupta, e. g. schol. 3 i *Diogneti Erythraei* et 20 *Ctesiae*. 14 pro *Aristomachus FU* habent *Aristoni* pro *Catrea* in u. seq. *Erythrea*. ut his locis exempli lectio falso est corre potuit aliis locis fieri, ut nomina corrupta recte a docto recentissimae ill aetatis librario, fortasse ex alio libro mythographico, emendarentur. referam quod Heydenreich p. 24 laudat in *FU* seruatum *Pleio* (p. 64,6), cum in archetypo fuisse *Plesiones* ceteri codd. satis testentur p. 63,10), (ex Ouidio? — cf. etiam Hyg. fab. 192, p. 122,19 ed. Schmidt). pluris aestimem quod p. 38,5 (u. Heyd. p. 26) *FU* habent *Laetus filio*, ceteri codd. archetypi formam corruptam indicent *laetis*, de quo loco Bursian in ind. lect. aest. Jen. a. 1874 (Emendationes Hyginianae) p. 13 qui '*Letus* uel *Latus*' in illa uoce num lateat dubitans *Electrae* mau scribere. praeterea Heydenreich (p. 23) ex *F(U)* Hygino reddendos censet Iouis nominis casus obliquos a nominatiuo *Iuppiter* deriuatos, *Iuppitr* etc., et ablatiuum *ficubus* p. 76,8 (sermo est de fructibus arboris, cf. u. *ficorum*, u. Neue lat. Formenl. I 513) pro *ficis*. sed ne genetiuus quidem *Iuppitris* uidetur ab hominibus litteratis usurpatus esse (u. adn. 25), ceterorum casuum plane nulla fit mentio. alterius autem uocis datiuum ablatiuum plur. semper esse secundae declinationis *F. Neue* l. c. exempli probauit Capri de uerbis dubiis loco (Keil t. VII p. 109,15) insuper laudat nominatiui plur. *ficus* quem p. 76,12 priores edd. habent (cum etiam *F. h. I. seruaerit fici*) de fructu dicti unum exemplum protulit Neue l. c. p. 51 ex Celso. — cauendum igitur est, ne tam uilis auctoritatis codicum testimoniis nisi huius modi formas Hygino inputemus. librarii cuiusdam potius doctrinae eas adscribemus, qui ut postea Schefferus (u. infra p. 15) plebeium Hygini sermonem ipso Hygino magis adfectabat.

¹⁸⁾ Haec una cum Soteriana et Moreliana a uiro clarissimo Gottingensi bibliothecae praefecto mihi missa est. — editio uere princeps Ferrariae a. 1475 prodiit, ex qua num *U* sit orta diiudicare non possum rarissima illa editione destitutus. cf. Schweiger Handbuch f. class. Bibliographie Leipzig 1832 tom. II pars 1 s. u. Hyginus. Bunte l. c. p. 9. — de Aldina anni 1496, quam ut editionem primariam Schefferus (praefat. in.) adfert, nihil usquam conperi. cf. Muncker praef. fol. 2^b 'ab Aldo quem etiam a. 1497 idem Astronomicum suis typis descripsisse aiunt.' Schweiger: 'eine Ausgabe 4^o Ven. 1489 ist wahrscheinlich nur ein Irrtum'.

Augustensis. ex ea quae fluxerunt editiones singulas enumerare nolo, cum non omnes uiderim.¹⁹⁾

Primus ab ea recessit et codicum duorum manuscriptorum auxilio Hyginum 'ab innumeris quibus scatebat uitiis repurgatum' edidit Ioannes Soter Coloniae a. 1534 (σ). codices eius 'sic satis, ut eius aetatis ratio ferebat, emendate descripti' meorum generi deteriorum uidentur pares fuisse (praeter ceteros *B* cum Soterianis lectionibus consentit). hanc editionem prioribus omnibus multo praestantiorem non quanti debebat aestimauit Iac. Miccyllus, qui a 1535 Basileae (apud Heruagium) una cum Hygini fabulis tum primum in lucem prolatis astronomicum eius librum excudendum curauit. sed paucis mutatis Uenetam recensionem²⁰⁾ repetiuit. in notis tamen ad marginem adscriptis et suas coniecturas et 'aliorum' lectiones i. e. Soterianas commemorat. Miccyllum paene ad uerbum secutus est Io. Scheffer in Hygini editione a. 1674 Hamburgi et Amstelodami emissa²¹⁾, quamquam in notis singulis capitibus subiunctis interpretando et emendendo bene Hygino consuluit.

Contra Soterianam a duobus his uiris neglectam repetiuit et nouis manuscriptis subsidiis, quamquam plerumque traditam retinuit lectionem, auxit Guil. Morelius Parisiis a. 1559 (μ). quae editio imaginibus Miccyllianis additis a. 1589 in officina Sanctandreaana (Heidelbergensi) recusa est: 'Astronomica

¹⁹⁾ cf. Schweiger l. c. — ex hoc sua Bunte satis neglegenter excerpit. contra iam Munckerus de ratione quae inter singulas editiones intercedit nonnulla protulit.

²⁰⁾ Ni fallor secutus editionem Ioannis Ludouici Vives Valentini a. 1514 ab Ioanne Lambert Parisiis publici iuris factam, ex qua (teste Schweigero) iterum excusus Hyginus a. 1517 Parisiis apud Paschaeium Lambert prodiit, quo libro typographicis mendis maxime foedato utor. nam maior similitudo Miccylo intercedit cum huius editionis quam ipsius Uenetae et imaginibus et uerbis. hoc unum commemorem, uersus Arati graecos pag. 103,16 sq. ed. Bunte, qui in *U* atque etiam in Soteriana desunt, legi in Miccylli et in Parisina illa editione, ita ut ab Ioanne Vives ex ipso Arato insertos eos esse sit concinendum.

²¹⁾ Ipse in praefatione dicit se sequi editionem Lugdunensem a. 1608 (ab Ioanne de Gabiano) paratam et teste Munckero ex editione Iacobi Parantii recusam, qui a. 1578 Parisiis secundum Miccyllum 'pauculis tantum et quae nullius ferme momenti essent nouatis' Hyginum ediderat.

ueterum scripta isagogica graeca et latina'.²²⁾ codices se usurpasse dicit Morelius 'duos praestantissimos', alterum meliorem, e bibliotheca Salignacei, alterum amici cuiuspiam alterius. quod 'non fuisse tam praestantes quam putabat ipse credereque alii uolebat', quamquam recte Schefferus obseruauit,²³⁾ tamen praestare quibus primum Hyginus innotuerat ex codicum nostrorum comparatione intellegitur. id simul apparet, quod iam Muncker perspexit quattuor illorum codicum Ulitt. excerptis nisus, non temere, quam putabat Schefferus codicibus ipse destitutus, mutata a Morelio inmutata esse sed reuera codicum auctoritatem esse secutum. Schefferus autem propterea uetustiorum editionum lectiones uere Hyginianas esse duxit, quod ei saepe magis cade

²²⁾ Buhle (Arati phaen. uol. I p. XXIII) praeter hanc editionem eius anni adfert Astronomica ueterum ab Hieronymo (non Ioanne) Commeliano edita, quae ipsum non uidisse apparet. eandem esse utramque, sed nonnullis exemplaribus editionis illius perrarae pro 'In officina Commeliana exstare 'In officina Sanctandreana' recte ut uidetur testatur Frid. Schöcherl Gesch. d. griech. Litt. Bd. I übers. v. Fr. Schwarze p. (XXIII) et p. (XXVII)

²³⁾ Horum codicum, quorum lectiones nonnullas editioni suae Morelii subiungit, alter reuera uidetur melioris notae fuisse, sed errauit Morelius cum huic potiore auctoritate non attributa utrumque aequo iure usurpare. Schefferus praeter hos Morelii codices passim laudat lectiones codicis Francisci Modii ab hoc uiro uulgatas in libro qui inscribitur Nouantiquae lectiones (Francofurti 1584). qui codex — nam unum tantum ei praestituisse ex ea qua in laudandis illis 'membranis' utitur ratione mihi uideor posse concludere; alius codicis uidetur mentionem facere p. 515 ubi (ad Hyg. p. 67. Bunte) *Zephyritidis* 'diserte adeo in antiquissimo msto codice quo ab eruditissimo I. c. Suffrido Petro (Coloniensi, l. c. p. 29) usus sit conprobari uidisse' testatur — hic igitur codex qualis fuerit propterea difficile est diiudicatu, quod quid ei debeatur, quid e coniectura Modius mutauerit saepe est incertum. [nam codicis lectiones suis coniecturis eum temptasse u. gelucet ex iis quae p. 48 sq. de Hygini loco p. 41,15 ed. Bunte disserit.] id uero nego, uetustioribus meis eum parem fuisse — cf. e. g. quae p. 100,4 perperam habet inserta ('ex membranarum penu' Mod.) = *BGF* et p. 42,4 *lapidem* = *BG* (de utroque loco u. Bursian.) — et deteriori fere generi eum esse adsignandum censeam. ita Micyllianae recensionis ab *U* non multum abhorrentis Modius et Schefferus non paucos locos ex codice illo emendauerunt — e. g. illud *numerus* quod in *FU* ubi summae stellarum adduntur fere ubique inrepsit (u. supra p. 10) iam Modius (p. 325) deleuit — et eundem quidem in modum quo in Sanctandreana exstant, quare suspicatus est Schefferus Modii codicem hanc editionem parantibus ad manus fuisse (cf. e. g. quae dicit ad pp. 82,13. 76,3 ed. Bunte).

uidebantur in uulgarem et inelegantem, quo uti illum intellexerat,²⁴⁾ sermonem, quam nouae lectiones, quas ut ad incorruptae latinitatis leges temere accommodatas neglexit. sic genetiuum *Iupitris* qui p. 49,5 in *U* legitur, Prisciano nisus studet conseruare,²⁵⁾ sic siqua minus concinne in *U* sunt dicta quam in ed. Sanctandreaana — cuius lectiones non raro nostris optimi generis codicibus confirmantur — uetustiores illas editiones mauult sequi. nec uero tacendum est interdum hoc studio inductum Schefferum genuinas lectiones uetustiorum editionum nostris codicibus probatas iure retinuisse, cum Sanctandreaana deteriorum codicum lectionem repraesentaret interpolatam.

Editionem Sanctandreaanam perpaucis locis mutatam recudit Thomas Muncker, qui codicibus de quibus supra dixi instructus in commentariis plurimos locos emendauit. eum secutus Augustinus van Staveren nisi quod orthographia singulari delectatur, ipsum quem uocant contextum rarissime inmutauit, sic ut usque ad annum 1875, quo Bunteana editio prodiit, Hyginiani libri ea ualuerit forma in quam tribus amplius saeculis ante, anno 1559 a Morelio redactus est. Buntei autem editio (§), quamquam multis locis illa integriorem memoriam ex *D* eum § restituisse non nego, adeo caret certa artis criticae ratione, tot locis sine iusta causa uulgatam lectionem inmutat, tot locis intactam relinquit, ut ne Morelianae quidem recensionis praestet.

²⁴⁾ cf. eius 'De aetate atque stylo Hygini dissertationem' editioni praefixam, cuius initio et fabulas et astronomiam dicit habere 'tam multa nemini paene usurpata et quasi singularia, qualia sunt ellipses pleonasmis graecismi composita pro simplicibus simplicia pro compositis locutiones uerba denique alias uix occurrentia et id genus.'

²⁵⁾ Priscian. instit. VI 39 [I 229,9 ed. Hertz]: 'sic etiam Iuppiter Iupiteris et Iuppitris ut Caesellio Vindici placet *debut* *declinari*, nam Iouis nominatio quoque casu inuenitur. sed 'debut declinari' certe id sibi uult, non ita declinatum esse nomen 'Iuppiter', sed grammaticum hanc formam ex analogia earum quae uere exstabant finxisse. habent autem formam *Iupitris* *U* et Micyllus, qui tamen in margine iam (ex Sot.) adnotauit 'Iouis.' — ceteros caeus quorum omnino non uidetur facta esse mentio, etiam Schefferus repudiavit. ablatiuus autem *Iupitre* exstat p. 38,2 in *FU*, p. 50,19 in *U*; datiuus *Iupitri* p. 54,7 in *FU*; accusatiuus denique *Iupitrem* p. 70,6 in *U* et superscriptus in *F* cuius prima manus habet *iupiter* (ed. Paris. a. 1517 h. l. habet *Iouem*). u. supra adn. 17 ex.

Caput II.

De scholiorum exemplo Hyginiano Y.

Uiginti quattuor signa (Cic. uu. 1—222, sed Procyoni 222—226 subscripti sunt), ad quae scholia Hyginiana pertine-
nt haec sunt:

his codd. scholia continentur:

1. Aries *A* (fol. 2^b) *K*
2. Deltoton *A* (fol. 3^a etc.) *K*
3. Pisces *A C*
4. Perseus *A C*
5. Pleiades scholiis carent u. § 3 in.
6. Lyra *A K*
7. Olor *A K*
8. Aquarius *C* } hoc folium in *A* amissum
9. Capricornus *K* } est.
10. Sagittarius *A*
11. Sagitta *K* (in *A* euanuit)
12. Aquila *A*
13. Delphin *A* } inferiores partes paene euanuerunt.
14. Orion *A* } Orionis nonnulla legit Hilgard.
15. Canis *A*
16. Lepus *A*
17. Argo *A*
18. Cetus *A*
19. Eridanus *A K*
20. Ara *A*
21. Piscis *A*
22. Centaurus *A* (a Vogelsio neglectum)
23. Hydra *A* sed paene detersum.
24. Procyon *A*
His accedunt
25. Planetæ, quorum scholia in *AK* exstant, uersibus
carent.

§ 1. De codicibus *A* et *K*.

Eundem in codice *A* singulis imaginibus scholia inscripsisse et infra eas uersus Ciceronianos exarauisse contra Ottleium (l. c. p. 173) L. Vogels (l. c. p. 5) iustis causis negauit. etiamsi non nimis mira sit in uno homine tanta litterarum ductus diuersitas, quanta inter scholia et carmen Arateum intercedit¹⁾, uix est credibile librarium carminis quamquam neglegentiorum tamen linguae latinae peritum etiam scholia perscripsisse, quae ab homine linguae latinae multo minus perito exarata sunt. immo ab eodem scholia scripta sunt qui imagines pinxit, carminis uersus alii debentur librario. ab illo figuris egregia arte delineatis litterae ita sunt inscriptae, ut singuli uersus uariis coloribus²⁾ picti et formis imaginum et lineamentis etiam uarie incuruatis quam artissime accommodati³⁾ quasi necessarii ad exornandas imagines et apte perficiendas additi esse uideantur.

Id igitur potius cum ageretur, ut oculi eorum qui imagines inspicerent delectarentur, quam ut scholia iis inscripta commode

¹⁾ Quod scholia capitalibus, uersus carminis minusculis litteris scripta sunt, iniuria Vogelsius huc rettulit. nam idem librarius, cum carmen usitato litterarum genere scriberet, ad scholia imaginibus inscribenda alius formae litteris uti poterat, quae ad tam singularem scribendi modum aptior esset. — conferas etiam Ottleium (p. 48): 'the poem was written under the figures in minuscules, and the text of Hyginus, within them, in small capitals: this last kind of writing having been preferred for the figures because of the regularity and the heights of the letters and the means it afforded of making the lines of the writing very close together and at same time distinct from each other, so that by it a certain evenness of tint might be obtained which was desirable in the writing in the figures'.

²⁾ sic cum in ceteris imaginibus paene omnibus tum in Argo nauis (17) et Lyra (6), de quibus liceat Ottleii uerba adferre: 'in the writing within the figure variety has been studied not little. upon the poop of the vessel, the lines are alternately darkred and lightgrey, all the upper part of the hulk is written with minium, and the part supposed to be under water, with darkbrown' (p. 155). — in Lyrae imagine 'the writing is partly red and partly brown . . . it having been doubtless the intention of the calligraphist to distinguish, by this means, one member of the instrument from another' (p. 152). — in Aquila (12) 'the text is written with brown, except on the tips of the wings and the tail where minium is employed, apparently to make the bird look more brilliant' (p. 153).

³⁾ Hoc facile potuit fieri propter capitalem litterarum formam, quae nec supra nec infra uersus nimis excederent.

legerentur, nec uerba artifex accurate distinxit et interdum media ipsa nimio spatio diremit, ut quantum posset fieri parua inter singulas litteras essent interualla. in fine uersuum ne lacunae hiarent, saepius neglecto syllabarum conuexu priores tantum uocabuli litterae uel sola prima adiungebantur, reliquae in posteriore uersu sequuntur. sic prioris uersus extremae litterae singulae binae ad quemuis uocabuli locum pertinentes initio insequentis uersus falso saepissime scribebantur. rarius occurrunt litterae in ipso uersu perperam bis positae.

Eius modi erroribus egregie fauit singularis scribendi difficultas, cum secundum diuersas imaginum formas et circuitu litterarum aut longi uersus exarandi essent modo directi modo incuruati, aut breuissimi, cum medii uersus interiecta aliquando imaginis parte cui nihil inscriberetur discerperentur⁴⁾, cum maiore spatio interiacente ad aliam imaginis partem inscribendam esse transgrediendum⁵⁾, et alia similia. porro omissis litteris in qualibet uocabuli sede foedissime peccauit codicis *A* librarius et his de causis et errore oculorum a priore littera ad eandem proxime uel paullo post positam aberrantium.

Ignorantiae autem librarii multo luculentius hoc est testimonium, quod crebro in codice litterae similes inter se permutatae sunt. de qua re paucis agendum est, ut lectiones nonnullas nouae antiquae memoriae uestigia indicare, sed librarii erroribus debere intellegatur. fauit eis litterarum forma capitalis, quarum nonnullae inter se tam similes sunt, ut utram scripserit librarius saepe non possit discerni, aliae quamquam dissimiles tamen, cum eiusdem fere essent ambitus et magnitudinis, et ipsae poterant inter se confundi a librario litteras singulas parum curante⁶⁾.

Sic fere nihil interest inter *C* et *G* apice promiscue omissio uel adiectio, inter *E* et *F* cum etiam imae litterae *F* lineola

⁴⁾ sic in Argo nauis puppis scholiis inscripta tribus remis diuiditur.

⁵⁾ a Persei brachio dextro ad sinistrum, uel ab Arietis pede tertio ad quartum.

⁶⁾ Cauendum tamen est, ne nimium librario imputemus in codice usu adeo detrito, ut nonnulla scholiorum loca plane extincta sint. quare etiam singulas litteras non raro arrosas esse uel ex parte euanuisse consentaneum est. cf. e. g. 20 1. 9 15 9 7 16 al.

soleat adfigi⁷⁾, inter *N* et *H*⁸⁾, *Y* et *V*⁹⁾ breuissima addita cauda uel omissa. litterae *V* forma rotunda *U* cum *O* interdum confunditur summa circuli parte uel clausa¹⁰⁾ uel falso aperta. ab *O* autem saepius discerni uix potest *D*.

Humerus pro *Homerus* 17 9. *lombo* 15 22. fortasse huc cadit quod bis in *A* exstat *uom* pro *uum*: 3 11 *aestiuom* 7 14 *ouom* (*ouam* *K*). 12 10 *ospicatam* pro *<a>uspicatam* u. infra. — *O* pro *D* legit *K* 25 11 ubi pro *incenderit* scripsit *cenoerit*.

Crebro peccatum est in litteris *A* et *M* perscribendis, cum illa dimidia sit formae capitalis litterae *M*, in primis ubi utraque littera exaranda erat.

cf.¹¹⁾ 3 7 *causam ut* = *causa aut*, 6 18 *liram utem* = *lira autem*, 18 11 *curuaturmm* = *curuaturam*. adde 2 6 *tera unaret* pro *terminaret* (ibidem *M* post *A* praue adiungitur: *aliquam* pro *ali<i>qua* 12 18 *caudam* pro *cauda*) 25 25 *etiaamarat*. = *etiam Erat*. — contra omittendo peccauit 2 7 *trifaria*, 3 2 *syriam de flumen* pro *syriam ad flumen* littera *E* propter eam quae sequitur *F* praue inserta. 16 4 *a* ante *Mercurio* excidit. 12 10 *aquilam ospicatam* pro *a. auspicatam* simul litteris *O* et *U* ut saepius (u. supra) confusis. dubius his exemplis adiungo 12 1 *raptamanti* pro lectione uulgata *rapuisse et amanti*, in qua corruptela latere mihi potius uidetur *raptum amanti*. (cf. 8 2). — *AI* pro *M* est scriptum 14 25.

A pro *R* habes 17 18 *quaternatia cum* pro *quaternas circum*, u. p. 21. cf. 20 1.

Litteras *TIL* inter se simillimas confundi non est mirum.

cf. *ei* pro *et* 17 19, *et* pro *ei* 6 11, *per uentre[m]* pro *peruenire* 12 15, *tunc a* pro *iuncta* 7 14. — *clesias* pro *Cesias* 20 6. — *diuiditurcuius* = *diuidit circulus* 12 14. — *sicillam* = *siciliam* 2 6, *sublectu* = *sub<re>iectu* 17 19.

⁷⁾ e. g. 3 6 post *esitare* additur littera quae et *E* potest esse et *F*, 25 15 in *Eratosthenes* inter *E* et *R* littera *F* praue inserta est. simile codicis *A* uitium indicat quod *K* 11 ex. habet *aere figi*; u. p. 22.

⁸⁾ Pro *habuisse* 10 7 legitur *hasuisse* uel *nasuisse*, 12 5 *nunc* pro *hunc* eadem uoce paullo praecedente. adde quod 25 6 et 19 librarius codicis *K* *phednonta* et *uenement* legit.

⁹⁾ Pro *cygnum* 7 1 is qui in Reifferscheidii usum codicem *A* contulit legit *cucnum* (*cygnum* *K*). cf. 10 4 *saturus*.

¹⁰⁾ Uix huc pertinet quod *Q* pro *C* interdum est scriptum: 6 28 *qum* pro praepositione *cum*, 17 5 *qui* pro *cui*.

¹¹⁾ Ex eodem errore uidetur quod 9 8 *K* habet *Capricornus occasum aspectans* pro *Capr. ad occ. spectans*. neque enim cogitandum est de *occasum adspectans* quod ab Hygini dicendi usu abhorret. — simile est quod 8 2 *Cyriacus seruauit ereptum [a] parentibus*.

Item *E* cum *I* confudit librarius, neque ita solum ut neglectis transuersis illius litterae lineolis *I* scriberet, uerum etiam *E* pro *I*.

e. g. *dicimus* 1 3, *uirgini* 6 22, *fugeri* 16 1, *pedis* 19 8, *efficit* 22 4; *hostis* 9 7, ubi de accusatiui forma in *-is* terminata non est cogitandum, quippe quae nostris Hyg. codd. nusquam probetur. — *memoreae* 6 15, *perspexitur* 6 22, *uedetur* 20 8, [*uocare* 19 2] *tredecem* 18 11, *mare* 17 17, *canes* 15 4. 12 17 utrum *hoccedit* an *hoccidit* et 18 8 *hec* an *hic* scriptum sit incertum esse Hilgardus testatur¹³⁾.

*P*¹⁵⁾ pro *L* (*pinicola* = *lineola* 3 15, *epaphum*(?) 25 25), *I* (*capreus* 14 12), *E* (*opagri* 6 3 *parum* 6 31) scriptum est, *S* pro *B*¹⁴⁾, alia, quae utrum soli librario *A* debeantur an ex exemplo iam corrupto orta sint dubites.

Interdum litterae propterea sunt turbatae, quod librarii oculi ad sequentes iam procedebant.

25 30 *primum* ante *menses* pro *primus*, ib. 18 *uereris* pro *Ueneris* sed priore *R* non satis accurate scripta. 24 6 *quod quoddante* pro *qui quod ante*, 10 23 *habem autem* pro *habet autem*, ubi *M* ante *A* inrepsit (u. p. 19), ib. 5 *croam* pro *Crotum*¹⁶⁾. *Gorgonam a* pro *Gorgonas a* Cyriacus tradidit 4 3.

¹³⁾ Retinendum est 21 1 *dei*, 20 5 *deis*, cum nostri codd. habeant *dii diis*. cf. p. 69,23 ubi ex corrupta codicum lectione *dei* est restituendum (u. Burs. ad l.). adde *eisdem* 24 2 (u. infra adn. 21).

¹⁴⁾ *P* et *D* confunduntur: 3 12 *dolum* pro *polum*, 20 9 *excipiens* ubi utra littera sit scripta incertum est. 10 21 *addarere* pro *apparere* (non *adparere*. illam enim formam et scholia habent 3 4 et nostri codd. omnibus quibus haec uox exstat locis. ceterum u. infra p. 23 n. 21). 6 4 ex *apli cuisse* restituerim *adlicuisse*, quamquam *applicuisse* et Isidorus uidetur legisse (orig. III 21) et simili notione inuenitur p. 30,6 *ad Dianam se applicauisse* (cf. p. 47, 11). sed *adlicuisse* ut ad sensum certe est aptius, sic haec perfecti forma insolita satis apud Hyginum firmatur uno quo praeterea es seruata loco, Pisonis annalium scriptoris ap. Priscian. X 3, t. I p. 497, Hertz [u. Neue lat. Form. II p. 494]. — *D* pro *B* (*ad* pro *ab*) 6 29 et 9 9 quam codicis *K* lectionem iure huc referas. *B* pro *D* ut uidetur 19 : *abluitur*, cum ex sententia restituendum sit *adluitur*. cf. 18 7 '(nauis) priorem partem . . prope adluere flumen Eridanus uidetur'.

¹⁵⁾ *Nasuisse* pro *habuisse* 10 7. contra 15 9 non *tsmbore* exstat quod Vogelsius legit sed *tempore*.

¹⁶⁾ *Audiendas* 6 4 (*addiendas A*) pro *audiendum* — cf. id quod praecedit *feras* — iam ante hunc librarium inrepsisse uidetur. cf. 18 10 *reliquam corporis curuaturam* pro *reliqui*. alia.

Accedunt litterae inepte uariis uerborum locis insertae, siue nulla causa siue propter praecedentis similitudinem¹⁶⁾.

conf. e. g. 1 18 *cauda[us]unam* (c. eius u. K), 3 5 *quo[d] facta*, 18 5 *a[d] cauda*, 7 14 *peperit[p]quod*, 10 5 *euf[l]emes* (u. p. 24), 14 14 *the[s]bis*, 24 in altero uersu Arateo scholiis adnexo *uisdens* pro *uisens*. forsitan etiam 4 10 *phorcisu* (*Phorcis* Cyriacus) huc referatur, quamquam X seruauit *phorcisi*. 6 14 *potenterat* ex *poterant* potius corruptum uidetur quam ex *potuerant*. — etiam uoces nonnullae eodem modo praeue sunt insertae. sic 2 2 *id* ante *quod* repetitum est ex uerbis praecedentibus. ib. 9 *ut[a]triangulum*. 12 7 [sub] *c<r>ete subreptam*. 3 5 *piscium [de] formam*, quod codicis A esse proprium genuina quam Cyriacus memorat lectione¹⁷⁾ conprobatur.

Itaque singula uerba non pauca adeo mutilata sunt uel conplura in unum quasi conglutinata, ut si Hygino duce careremus, quid in eis lateret uix indagaremus. e. g.: 6 11 *delectaretuditet* pro *delectaretur dicitur ei*, 4 15 *umeralem* pro *umerum laeuum*. 17 18 in *quaternatiacum* latere *quaternas circum* comparato Hygino uidetur (u. ad l.), 19 8 uerba *ad leporis pedes et protinus* abierunt in *altiorispedisusprtinus*. 25 15 pro *Eratosthenes ait de causa* scripsit A: *efratos athenensis dicat sic*. paullo supra (u. 10) uerborum *appellatam dicit* solae reliquae sunt litterae *ali (alii K)*.

Plura supersedeo cumulare exempla. sed paucis h. l. liceat absoluere de apographi K librario. qui cum in uniuersum exempli A uestigia fideliter sequatur nec raro uerba aperte corrupta perscribat, saepius mutila uerba suo Marte corrigere conatur¹⁸⁾, non raro recte ut 6 7 *patrem huius* pro *patre uiuus*, 2 8 *constitutos* pro *constitos*, 7 12 *sequentem* pro *sequen*, ib. ex *exoritur* pro *exori*¹⁹⁾. interdum iniuria ab exemplo recedit aut neglegentius inspecto aut sententia minus intellecta, sic 6 12

¹⁶⁾ Supra (n. 7) iam attuli *esitare[ff]quod, e[ff]ratos*. — simile est quod Cyriacus in Aquario (8 8) seruauit *iubeam* pro *iubam*.

¹⁷⁾ Etiam in Cyriaci codice similia occurrere menda iam hic moneo: *in post laeuum* 4 15, ante *polum* 3 12. *ereptum [a] par*. (u. not. 11). contra in communi eorum exemplo iam fuit *ex qua* 4 8. — plura huiusmodi exstant in K.

¹⁸⁾ *Terra unaret* 2 6 = *tera unaret (terminaret)*, *uidit* pro mutilato *edit* 6 11, *eius* (praecedit *quae* falso pro *quem*) pro *<ten>ens* 7 9, *musas* ut *ea collecta* pro *m. <a>utem coll.* 6 13, *testudo* pro *testudi<nis>* ib. 23.

¹⁹⁾ Litteras et uoces in A bis positae, etiam locum illum 6 29 sqq. bis *exaratum*, recte omittit. — 6 18 *est post locus* in A praeue omissum inseruit, fortasse cum legeret in illo codice quod nunc euanuit. sed superfluum est quod 7 16 *inter nata dicitur* habet *esse* et 11 5 *est post subiectus*.

initio a *Liber* sit *speculatus* pro *initia Liberi s. sp.*, ibid. 13 ~~ro~~
 it (id) praecedente littera *s* scribit sic, 29 particula *ut* ~~decep~~
demonstratur in coni. imperf. mutauit; 7 1. 2 habet *appellantur*
orum, ubi *A* recte *appellant*, *ornin.* maxime ab *A* recedit l 1 ~~10~~
demonestenes pro *Eratosthenes*. — In iis igitur scholiis, quibus
 solo *K* seruata sunt, Capricorno (9) et Sagitta (11), non raro
 mendis eius quid habuerit *A* discernemus: *occasum aspectans* (~~1~~)
 uitium codicis *A* quasi proprium indicat (u. adn. 11), ibidem
hiemali scriptum est pro *ab h.* (u. adn. 13). 11 7 ex uerbis
umeros Ophiuchi in *K* factum est *ad merosophim*, certe ~~1~~
 prima littera *u* (uel *hu*) et ultima *i* in *A* iam excidissent. ibid.
 'Prometheo occiso refertur' ex 'Promethei iocinora fertur'. nec non
 lectio occulta est in eiusdem capituli extremis uerbis 'quo fer
 solet aere figi', sed librarii *K* ingenio debentur, qui uerba Hygi
 quo ferrum solet affigi fortasse sic scripta in *A* inuenerat: ~~10~~
 ferr solet aefigi (u. adn. 7)²⁰.

²⁰ h. l. mentio fiat codicis cuiusdam (Iac.?) Susii, cuius lectiones
 Munckero laudatae mire cum *K* consentiunt:

Hyg. II 20 p. 60,3 'quod Ino tostum seuerit quod in libro antiquo
 disertim scriptum inuenit Susius, quemadmodum in margine codicis notauerat.'

ib. u. 4 *Eratosthenes*] 'uet. cod. Susii perperam *Demonesthenes* heic
 habuit'.

p. 61, 13 'recreatis ex uet. cod. Susius in margine libri sui.' (cf. supra
 p. 11 adn. 16).

III 19 p. 89,19 'coniungens Ulitt. 2 et Susianus'.

ib. 21 in *interscapilio*] 'praepositionem non agnoscunt Ulitt. 3. nec
 Susianus liber in quo fuit *inter scapula*'.

ib. 22 'Si in ceruice duas tantum colloces [tres *FU* add.] erunt numero
 XVII. quomodo Ulitt. 2 et Susianus exhibent.'

Has igitur lectiones ex quodam 'antiquo codice' in margine codicis sui
 Susius enotauerat, omnes ex duobus de Ariete capitibus desumptas, ita ut
 integrum illum librum Hygini fuisse minime ueri sit simile. iam uero
 omnes illi loci in nostro de Ariete scholio (1 9. 10. 16. 18. 19) *exstant*
 praeter tertium (*recreatis*). et cum *coniungens* et *summam XVII* etiam
 nonnulli nostrorum Hyg. codicum exhibeant, ceterae lectiones tres — in
 primis illud *Demonesthenes* (*demonestenes K*) — tam singulari modo cum *K*
 conciaunt (primo loco etiam *ante* quod in scholiis iniuria excidit in Susii
 illo antiquo libro defuisse uidetur), ut casu id euenisse mihi persuadere non
 possim. quid si Susius quondam uidit codicem *K*, et primam eius scholion
 excerptum cum postea Hyginianum esse cognouisset, lectiones eius uarias
 in sui exempli margine adnotauit? *recreatis* autem pro *recuperatis* e con-
 iectura in margine adscripsit?

Sed iam ad librarium codicis *A* reuertamur, quem, quamuis multa eorum quae describebat non intellexeret, tamen non prorsus ignarum fuisse linguae latinae eo comprobatur, quod scripturae compendiis interdum utitur, ut 17 17 *hec*, conferas etiam 1 22 *cōpturib*; 25 4 *eumq neq*.

Orthographia in uniuersum scholia Harleiana Hygini codicibus, imprimis in nominibus propriis perscribendis, praestant²¹⁾. pro *ad, id, sed* interdum in codice *A* scriptum est *at* 3 15 4 3 (*C* utroque loco *ad*) 7 7 17 9, cf. 12 6 *et* pro *ad*; *it* 6 13; *set* 6 12 14 9 25 9; *opet* 22 9. diphthongi²²⁾ eum plerumque recte sint scriptae, tamen non tantum *e* pro *ae* inuenitur: *fuge* 1 9, *andromede* 2 12 (idem *C* habet 3 12), *aqsile* 7 6, *preceps* 10 22, *pene* 13 8 15 9, *argonaute*, *grece* 17 in., sed etiam *cepisse* pro *cepisse* 14 9; *ae* pro *e* legitur: *compraessam* 1 4 cf. 7 10, *umaquaequae* 6 31, *nequae* 7 4, *utraquae* 12 18. sed etiam hac in re cauendum est ne librario *A* inputemus quae omnia fideliter ex exemplo transseripsit. 4 13 enim *excecatis* (cf. 14 16 *excecatum*)

²¹⁾ De praepositionum in uerbis compositis adsimilatione non minus incerta est scholiorum quam Hygini codicum auctoritas, cum etiam in illis singularum uocum scripturae inter se discrepent. itaque eam quam scholia singulis locis exhibent formam retinere satis habui. ueluti *comptures* habent scholia 12 5 10 1 25 11, *conlocare* 1 15 (3 14) 22 19, ceteris locis omnibus *compl.*, *coll.*; 7 5 *impetrare* 25 18 *impetrauit* (quod in *X* utroque loco est). *adlicuisse* et *adluere* scholia Harleiana seruauerunt (u. supra adn. 13), cum in Hygini codd. paene omnibus formae exstent adsimilatae. *adsequi* et 10 9 (= *M*) et 25 17 (= *D*) est traditum; priore loco etiam *aduiditate* legitur (*diligentia X*), cum uocis *assiduus* hanc tantum formam *X* uideatur exhibere. cap. 15 initio (*adpositus* = *D*) nisus etiam 14 8 *adposuisse* (= *D*) scribere malui. contra quod 9 4.10 *K* habet *obpugnaret* (= *D*), *subpositus* (= *B*), huic librario adscribendum uidetur, cum 21 2 *A* habeat *oppugnare* (= *X*). — 3 12 et 6 24 *A* recte seruauit *bracchium*, 22 13 *haruspicium*. *umerus* in *A* recte scriptum est 6 25 10 20 22 23, cf. 4 ex. *umeralem*, sed *humerus* 14 28 22 16 in scholiis, aequae atque in codd. Hygini. pronominum *hic* et *is* quaedam formae neglecta aspiratione uel addita confusae sunt: *his is* (3 6, cf. *exisset* = *ex his et* 10 14), *hi(i) is* (3 ex. ubi *hi* = *X* est restituendum), *hisdem isdem*, quae forma meliore utitur auctoritate quam *iisdem* (cf. 17 6 et 6 25), sed *eisdem* scholia habent 24 2.

²²⁾ Pro *ii* more antiquo *i* exaratum est: *ali saepius*, *Acti* 17 6, *mediis* 6 25 *Mercuri* 25 28.

iam in exemplo eius fuisse inde concludam, quod Cyriaci frg. *excitatis* exhibet. — *euflemes* 10 5 in *A* scriptum est pro *eufemes* littera *l* perperam inserta (u. supra p. 21), cf. 25 24 *cefali*, cum ceteris locis littera *ph* recte sit seruata (*Cephalis* 15, *Euphratem*, *Pherecydes* etc.)²³). in *tracia* (6 32, *thracia* ib. 10) littera *h* omissa est. — 16 2 *finxissent*, 10 14. 24 *adiunxisse*, *dextro* (*destro* 14 28) iam exemplo attribuenda sunt.

Ex his, quae singillatim persecuti sumus, facile concluderis haec scholia Hyginiana redire ad codicem, quem si 'capitalibus' litteris exaratus erat, non post quintum p. Chr. n. saeculum confectum esse constat. cf. Studemundum, Breslauer Philologische Abhandlungen II fasc. 3 p. IX. itaque dubito, num iam in hoc litterae *g* et *j* mutatae fuerint, cf. 6 11 *obgecisse A*, *obiecisse K*, quamquam similis ni fallor scripturae exemplum ex Cyr. cod. seruatum est. in Aquario (8 7) enim pro *hiemali* apud Cyriacum legitur *geniali* i. e. *gemali iemali* omissa aspirata (cf. e. g. *iemalē R* pro *hiemalem* p. 92,7)²⁴).

Sed etiamsi maiorem harum rerum partem ipsi librario *A* inpertiamus, id certe statuemus nec consulto eum traditam memoriam mutasse, quamquam permulta peccauit, et, cum ipse ex Hygino haec scholia, qua est ignorantia, non excerpterit, exemplo eum usum esse eundem iam in modum imaginibus cum scholiis exornato.

§ 2. De codice C.

Hoc egregie confirmatur fragmentis illis a Cyriaco Anconitano seruatis, de quibus nunc agendum est.

De codice Cyriaci hodie deperdito¹⁾, quem a Pompeo Compagnonio Auximatium Anconae uicinorum et Cingulanorum epi-

²³) Falso *ph* inrepsit 25 25 in *epaphum*, quod ex *elatum (elafum)* corruptum esse arbitror. cf. 2 7 *triphariam K*, *trifaria A*.

²⁴) *j* pro *g* positae exemplum ex Hyg. codd. est *ienua R*, *iaenua D*, *ianuam P*, pro *genua* pag. 42,9.

¹⁾ Mommsen CIL III 1 p. XXII.

scopo²⁾ edendum acceperat, haec narrat Oliuerius (fragm. Pisaur. praef. p. 8): 'Pauca nunc de codice ipso ex quo haec Cyriaci fragmenta desumpta sunt praefari oportet. Cyriaco ille aetate ferme suppar est, quod ex ipsius characteris forma facile dignoscitur. qui codicem descripsit, uel Cyriacum nouerat uel ipsius probe manum, inde saepe notat: manu Cyriaci, manu propria, manu alterius. unde esset fortasse erui posset ex pag. 30, ubi domesticae rationes anni 1431 licet alio caractere in haec uerba perscribuntur *Richolse Giovanni de Bandercho che lavora le terre de Monte Chaperi l'anno 1431* etc. sed Piceni topographia haud satis explorata mihi est. illud tamen certum est codicem hunc domesticis rationibus assignatum neque tamen inscriptum aliquot post annos grauioribus nobilioribusque rebus attributum fuisse; rationes enim ad a. 1431 pertinent, Cyriaci fragmenta itinera ab eo confecta annis 1442 et 1443 complectuntur'. itaque codex ille non solum repertus uidetur esse in regione Anconae Cyriaci patriae uicina, sed etiam scriptus, fortasse a ciue quodam et amico Cyriaci qui extra urbem praedium possidebat. sed utut haec res se habet, certe transscriptus est ex autographo Cyriaci ab homine diligenti ac probo. neque enim tantum adnotat si quid ab alia manu scriptum ei occurrit, sed etiam aedificiorum formas, imagines signorum uel aliarum rerum, quas Cyriacus ex more suo commentariis adpinxerat, se omittere singulis locis monet³⁾, neque solas inscriptiones latinas perscribit, ut multi

¹⁾ Huius in manus perpaucis ut uidetur annis ante ('cum e tenebris opportune prodiisset' Oliu. praef. p. 7) peruenerat. conferas uelim epistolam eius dedicatariam ad Academiae Etruscorum Cortonensis socios datam (Oliuerii editioni praefixam) p. 4 et Oliuerii praef. p. 7.

²⁾ sic (p. 17? cf. Oliu. not. 96) p. 31 'hic deficit statua erecta cum' etc. — ib. 'hic deficit currus biungalis cum quadam nauicula superimposita et statua feminea pulcherrima. Item alia statua rustici uindemiantis pulcherrima.' p. 40: 'hic desunt duae imagines Martis.' atque etiam animalia secundum ipsam naturam Cyriacum depinxisse e. g. elucet ex epistula eius ad Philippum Mariam ducem Mediolanensem data (in Oliu. comm. p. 55 sq. inserta), qua 'zorophan' (camelopardalem), elephantos, crocodilos, quos in Aegypto uiderat, depictos ei misit. etiam h. l. notat ille codicis scriba: 'hic deficiunt imagines animalium praedictorum.' insignis autem eius pingendi ars — ut solent illius aetatis uiri litterati nimis laudibus inuicem se extollere — laudatur in epistula quadam ab Oliuero not. 108 edita (ubi etiam camelopardalis imago commemoratur), cui adde Caroli Arretini carmen partim a

eorum qui Cyriaci operum partes conpilauerunt (cf. Mommsen l. c.), sed et graecas addit et quae praeterea Cyriacus commercariis suis admiscet, bibliothecarum catalogos, excerpta codicum, alia ab aliis eius expilatoribus saepe neglecta diligenter seruauit.

Eiusdem codicis Auximatis⁴⁾ apographon seruatum est Neapoli (Mommsen CIL V 2 p. XVI), teste Rossio (ap. Hübnerum CIL II p. 692) circa medium saec. XVI exaratum. sed cum epigraphica tantum perscripta sint, reliqua plerumque omissa, nostrum Uercellensis codicis fragmentum eo contineri uix est sperandum. praeterea num ipsum Cyriaci huius commentariorum particulae autographon hucusque alicubi lateat, num alterum eius apographon sit seruatum, ex ea quam I. B. Rossius parat editione⁵⁾, spero, apparebit.

Denique Oliuerius, quamquam bonus ille Pisauensis Piceni prope Pisaurum sitae prouinciae facile certe potuit 'topographiam magis explorare', quamquam similis ut ita dicam simplicitatis saepius in eius notis occurrunt exempla, tamen ipsum codicem uidetur diligentissime expressisse neque quidquam mutasse et typographi menda multo accuratius in textu quam in notis emendasse.

Sic memoriam eorum quae Cyriacus scripsit integram fere apud Oliuerium seruata esse statuere licet. quae uero ipsi Cyriaco fides habenda sit, ex ea qua in describendis illis Uercellensibus fragmentis usus est ratione intellegitur. sed iam hic uidetur proponendum, hoc codicis manuscripti frustulo ab eo seruato egregie confirmari laudes, quibus Mommsenus probitatem eius et fidem et diligentiam in titulis conligendis et perscribendis extollit⁶⁾.

Laurentio Mehus (Kyriaci Anc. Itinerarium Florent. 1742 p. LIII sq.) expressum, quo Mercurii imagine (u. Voigt, Wiederbelebung des class. Alt. I p. 286 sq.), quam 'propria pinxerat ille manu', antiquam artem superari praedicatur.

⁴⁾ Excerpta Suaresii ex eo sumpta (in cod. quodam Uat.) commemorat Mommsen l. c., cf. Oliu. praef. p. 8.

⁵⁾ Voigt l. c. I p. 271 n. 1.

⁶⁾ 'In comparando bonarum litterarum instrumento tam gnauam operam collocauit, tam intimo corde antiquitatem dilexit et suspexit, tam egregia fide quae uidisset rettulit, ut haud scio an longe praefendus sit reliquis omnibus qui quidem eo tempore in hisce studiis in Italia operam posuerint . . . deinde ut probus ita accuratus fuit et curiosus'. CIL III 1 p. XXIII.

Cyriacus cum a. d. XI. Kal. dec. a. 1442 Liguria peragrata Nonariam et Comum petens Uercellas uenisset, 'in antiqua ipsa Capit. Bibliotheca uetustos et praeclaros libros quamplures' cum alios inuenit tum 'Arati librum antiquissimum', ex quo cum nonnulla excerpserit, solam eius codicis iamdudum ut uidetur deperditi (an alicubi occulti?) notitiam posteritati tradidit⁷⁾.

'Aratum'⁸⁾ illum Ciceronis carmen fuisse duobus locis, quibus Cyriacus scholiis uersus carminis ad eadem signa pertinentes adiunxit, probatur. idem testatur codicem scholiis, quorum quattuor ser-

⁷⁾ Eorum qui de bibliotheca Capit. Uercell. agunt nemo eum commemorat: Franc. Anton. Zachariae soc. Ies. Excursus litterarii per Italiam ab a. 1742 ad a. 1752 uol. I Uenet. 1754 p. 59. — Lettera dell'abate Giov. Andrea al Sig. ab. Giac. Morelli sopra alcuni codici delle biblioteche capitolarie di Novara e di Vercelli Parmae 1802 pp. 77, 99 sqq. — Frid. Blume Iter Italicum I (Berlin 1824) pp. 87–101, IV (Halle 1836) p. 132 sq. — eiusdem Bibliotheca librorum manuscriptorum italica (Gottingae 1834) p. 5–7. — Neigebaur in Serapei uol. XVIII (a. 1857) p. 177. — eundem frustra quaesivit Aug. Reifferscheid, dum Uercellis a. 1865 patrum latinorum codicibus describendis operam impendit. nec postea inuentus est. nam P. Knöll, qui a 1877 Uercellis fuit, uidisse se eum negauit. — Wirceburgi eum frustra quaesivit Georgius Schepes, quem de eo adieram.

⁸⁾ Utrum codici inscriptum fuit 'Aratus' uel 'Arati phaenomena', an Cyriacus sic eum nominauit, cum inscriptione careret? certe librum caelestium signorum imaginibus et uersibus ad astronomiam pertinentibus instructum ipse Cyriacus Arati nomine potuit appellare, utpote quo carminum astronomicorum genus quasi in uniuersum iam antiquitus sit denominatum. et Germanici quidem Aratum Cyriaco, hominum litteratorum qui tum Florentiae antiquitatis studiorum illius aetatis praecipua in sede uersabantur amico, notum fuisse inde concludas, quod et codex Strozianus illo tempore iam Florentiae fuit, et Urbinatem qui non ex ipso Strozz. est descriptus (Robert l. c. p. 209) ibi exaratum esse licet suspicari (Voigt l. c. I p. 574 sq.). Strozianus enim fuerat (u. Breysig praef. p. XXI) Colucii Salutati Cancellarii illius Florentini litterarum studiosissimi, cuius post mortem (a. 1406) fortasse statim in Pallae Strozii manus peruenit. — an una cum Salutati codice Pliniano (Paris. Reg. 6798, e ap. Sillig. praef. p. XVI) ad Leonardum Arretinum (Detlefsen in Philolog. 28 p. 300) et tum demum in bibliothecam Stroziorum uenit? — Germanici igitur codicem, fortasse ipsum Strozianum, facile poterat Cyriacus Florentiae uidere [idem iam con. C. Robert l. c. p. 210 not. 25]. contra Ciceronis fragmentum ea quidem aetate nondum repertum esse uidetur. Leonardus enim Arretinus epist. VII 4 (t. II p. 83 Mehus) et alios libros dicit 'a Cicerone in latinum fuisse conuersos, et insuper Arati librum de figuris coelestibus, qui libri omnes iamdiu periere.'

uauit, instructum etiam imaginibus fuisse exornatum. nec minus ex eius uerbis elucet scholia aliquo modo cum imaginibus fuisse coniuncta, et uersus Ciceronis pariter per singulas paginas distributos et suae quosque imagini subiunctos fuisse atque in *A* et eius apographis. nam uu. 20—26 (ed. Bährens), de Perseo, et 55—58, de Aquario, quos horum signorum scholiis Cyriacus adiunxit, iidem in Britannicis codicibus Persei et Aquarii imaginibus subscripti sunt. Aquarii autem uersus in medio enuntiato desinunt, cum insequens uersus (59) iam sub Capricorno, in pag. seq. quam non curabat Cyriacus, legeretur. ceterum cur ad has tantum imagines uersus adscripserit Cyriacus, ad reliquas duas omiserit, certam causam non magis licet adferre, quam cur haec potissimum quattuor scholia elegerit. quae cum neque ad signa deinceps subsequenda pertineant et ordine apud eum exstant carmini contrario — Delphinus (13), Aquarius (8), Perseus (4), Pisces (3), — forsitan suspicaris eum euoluto ad extremum libro cum quaedam digna quae perscriberentur uel imagines ceteris insigniores uidisset, rursus librum a fine ad initium percurrere nonnulla excerpisse. sed utut hoc se habet, ea absit suspicio in ipso codice defuisse quae Cyriacus omisit, aut mutilum eum fuisse, cum uiginti quinque imaginum priorem tantum partem respexerit.

Ex hoc igitur codice in uniuersum Britannicorum simili quattuor illa scholia Cyriacus seruauit. quorum tria tantum Hyginiana sunt, quartum quo de Delphino agitur ex scholiis Sangermanensibus depromptum est, quibus codicis *K* scholiorum maxima pars, in his Delphini, debetur. de hoc in Epimetro disserendum erit; reliquorum, quae Hyginiana sunt, duo, Perseus et Pisces, cum codice *A* comparari possunt, tertio quod respondeat scholion Aquarii in *A* una cum Capricorno excidit, nec codice *K* defectus suppletur. ipsa autem scholia cum infra una cum Harleianis sint exprimenda, hoc loco quae Cyriacus singulis praemittit uerba et carminis uersus satis est proferre:

ARATI LIBER ANTIQVISS. SVPER DELPHINI figuram.

Neptunum eqs. u. *Epimetr. sub fin.*

Item in antiquissimo Arati libro ad Ganimedidis figuram.
In Aquario.

Aquarium hunc eqs. u. schol. 8.

- (55) Ipse autem labens multis equus ille tenetur
Piscibus, huic cervix dextera mulcetur Aquarj
Serius hoc obitus terre visite quinis
Quam gelidum valido de corpore frigus anhelans.

(= Cic. Arat. u. 55—58. adfero lectiones codicis D — in A hoc folium excidit —: 55 mutis coni. Turnebus, Bährens | 56 dextra | aquarii D, Aquari editiones | 57 haec | terra eius sit equinis D, terrai uisit equi uis Priscian. Bährens | 58 pectore Bährens ex Cic. n. deor. II 112)

Item in Arati libro ad figuram egregiam Persei talerati,
& dextera Medusae caput, sinistra vero gladium gerentis.
Perseus

Hic mobilitatis eqs. u. schol. 4.

- (20) E pedibus natus summo Ioue Perseus es,
Quos humeros retinet defixum corpore Perseus,
Quam summum ab regione Aquilonis flamina pulsat,
Hic dextram ad sedes intendit Cassiepieae,
Diversosque pedes vinctos talaribus habtis (sic Oliuer.)
(25) Pulverulentus uti de terra lapsus repente
In coelum victor magnum sub culmine portat.

(= Cic. Arat. u. 20—26. adfero lectiones codicum A (= H ap. Bähr.)
D: 20 natum | per se auis est A, persea uisses D, Persea uises edd. |
21 umeros A¹, humeris uulgo, umero Bährens; idem post retinet puncto
posito lacunam unius uersus post hunc uersum statuit | defixo | 22 Cum A,
quem Cic. n. deor., qua ed. Morel., Bährens | summa | pulsant A Cic. n.
deor., edd. | 23 cassiepiam A (m. supponxit m. 2) casiepheae D | 24 aptis |
25 puluerulentis D | elapsus A¹, elapea A², elapsu D, elapsu' Bährens |
26 caelum | magno manus 1 in A ex magnum correxit, Bährens)

Ad Pisces.

Pisces Diognetus eqs. u. schol. 3 1

Ad alium piscem.

Eratosthenes autem eqs. u. schol. 3 8.

Iam si scholia utriusque codicis de Perseo et de Piscibus
comparamus, mire in uniuersum ea inter se congruere, ab Hygini
archetypo X recedere primo obtutu apparet. nam eadem Hygini
frustula excerpta exhibent, et Piscium scholion inter utrumque
piscem in AC pariter est distributum (u. p. 34). neque solum

transpositis et omissis uerbis consentiunt⁹⁾, sed etiam — quo maius est — locutionibus et uerbis quorum loco alia Hyginus habet similia, et locis apud Hygininum tegris eodem uitio deturpatia. sic 4 1 'nouo genere conc. erat natus', ib. 5 'quam Graeci aidos dixerunt' pro uberioribus Hygini uerbis, et similiter 12 'ab una (uno A) earum exceptum', 11 *uigilasse* pro *uigilias egisse*, 14 *sopitam* pro *consopitam*. 3 8 *capere* pro *captare* quod propter id quod praecedit *capere* uidetur inrepsisse (ex eadem causa ortum uidetur 4 15 *cuius* pro *huius*), ib. 4 nota casus mutatos 'figura piscium formam'. denique 3 in 'Diognetus Erythraeus' in AC recte conseruatum est, in X corruptum.

Ad tantum utriusque consensum accedunt uitia quaedam leuiora, quae artissimae eorum propinquitatis et Cyriaci fidei sunt testimonia: 3 9 *eodem* pro *eo*, 12 *bracchia* pro *bracchio*, 14 omissum *non*, 4 8 *ex ante qua* (praecedit *ex adamante*), denique 5 quod utriusque codici adscribo *dutus* (*diutius C*) pro *indutus*. sed de h. l. singulariter corrupto infra disseretur (p. 31 sqq.).

Tamen neque A ex C transcriptus est, nam A nulla nisi Hyginiana scholia habet, cum C etiam Sangermanensia admis-
cuerit¹⁰⁾, neque C ex A, quod ex fine scholii 4 intellegitur, ubi

⁹⁾ Transpositis uerbis ab Hygino recedunt 3 10 *alter boreus alter notius*, 4 7 *probari potest*. — omissa sunt multa, nec pauca quae ab eo qui haec scholia ex ipso Hygino composuit eiecta uidentur (u. infra § 3 p. 41). sic 3 5 deest in acc. c. inf. perf. pass. *esse*, cuius rei apud Hyginum ipsum per multa exstant exempla. 4 10 *tragoediarum scriptor* post *Aeschylus* est omissum. falso autem excidit 3 14 *non*, quo omissio sensus in contrarium uertitur, quod quamquam in utroque facile potuit negligi, tamen si cum ceteris comparatur, artissimae codicum adfinitatis nouum est argumentum. nec minus quae 4 10 exstat manifesta lacuna, ubi haec supplenda sunt uerba *Graecae fuerunt Gorgonum custodes*.

¹⁰⁾ 'Arati librum antiquissimum' quem Cyriacus inspexit reuera unum fuisse eumque Ciceronis Arateorum codicem nihil est cur negemus. nam ex uno atque eodem codice Cyriacum quattuor illa fragmenta exscripsisse ex ipsis eius uerbis (cf. illud *item* secundo et tertio fragmento praefixum) apparet. neque id licet suspicari, illum codicem ita fuisse instructum ut, cum imaginum caelestium signorum potius ratio haberetur quam integrae et bene digestae carminis Aratei memoriae, singula folia ex duobus codd. Arateis, altero Ciceronis scholiis Hyginianis aucto, altero Germanici scholiis Sangermanensibus adscriptis, in unum librum essent composita. nam quamquam simile quid potuit fieri in Arato, cui et graeco et latino 'librarii et pictores' tanto detrimento fuerunt, tamen scholia quae Breysigius uocauit Sangermanensia cum carmine Arateo neque in nostris Germanici codicibus coniuncta sunt neque in eo fuerunt, ex quo Delphini illud scholion fluxit. u. epimetr.

in *A* post *sinistrum* propter similitudinem litterarum excidit *crus*, et *unerum laeuum* ex Harleiani librarii more corruptum est in *umeralem*, cum *C* utroque loco genuinam lectionem seruauerit. his adde leuiores codicis *A* menda quae *C* uitauit, e. g. 3 7 *causam* ut cf. p. 19; 5 ante *formam* falso insertum *de*, paullo infra *quod factum* pro *quo factum*, 15 *uut piniola*, 4 9 *nem* pro *nemo*, 10 *phorcisu*, 12 *uno* pro *una*.

Quae in *C* exstant uitia, dubium est utrum codicis sint an Cyriaci an eius qui commentarios eius exscripsit. nam quamuis probe et diligenter Anconitanus ille haec fragmenta perscripserit, non illa quam hodie profitemur ἀκριβελῶς usus praecipue quantum ad orthographiam attinet suae aetatis consuetudini interdum quasi inuitus inseruit. uelut in Aquario *Ganymedem* facile Cyriaco attribuas, quippe qui in uerbis quae ei scholio praefixit eadem orthographia usus sit: quamquam in *A* (12) haec uox pariter bis scripta est (cf. 6 18 *liram*). *Polidicte* 4 3 pro *Polydecte* (*A*) fortasse iam in Cyriaci codice fuit, litteris *i* et *e* inter se propter similitudinem confusis¹¹⁾.

Nonnulla menda eorum quae in *A* occurrunt simillima sunt: 3 2 in *Syria* <*m*> *ad*, 8 3 *ereptum* a littera *a* perperam inserta (cf. p. 19 n. 11), 3 11 *aequinociale* et, 4 3 *gorgonam* a cf. p. 20, 3 14 *capuli* pro *scapulis*, *collocatur* pro *collocatus*. ib. 10 *ideoque* pro *ideo quod*, quamquam h. l. fortasse is qui Cyriaci commentarios perscripsit compendia inter se confudit. eadem oritur suspicio 4 15 ubi *diuiditur* pro actiuo scriptum est compendio addito. ibidem post *laeuum* inrepsit *in*. 4 7 ante *a* omissum est *iam*. — Haec cum codici malim imputare, alia ab eo abiudicanda uidentur, ut Θ compendium pro *circulus* 3 14, de quibus singulis disceptare longum est¹²⁾. sed cum ex codicis *A* comparatione eluceat Cyriacum lectiones uel minutiores et aperte corruptas seruasse, minus opinor errabimus, si maiorem illorum partem ipsi codici Uercellensi imputabimus.

Sed ad inustrandam Uercellensis illius condicionem plus conferunt uerba quae apud Cyriacum ad finem fragmenti de Perseo leguntur 'diutius ea aduerso non poterat uideri, quam

¹¹⁾ cf. p. 20. — de *excitatis* pro *excecatis* 4 13 u. p. 24.

¹²⁾ Certe codicis non est, sed fortasse Oliuerii αὐδοῦς graecis litteris exaratum. u. not. ad 3 12.

Graeci αἰδοῦς dixerunt'. quae post *galeam* (u. 5) excidisse collata codicis *A* memoria elucet 'qua *dutus* ex adu. n. p. u. quam gr. a. dixerunt non ut quidam'. haec cum eo quo nunc apud Cyriacum exstant loco librario iure inepta uiderentur, ab eo ita correctae sunt, ut extrema illa 'non ut quidam' omitteret, et pro *dutus* — hoc eum legisse ex eadem codicis *A* lectione et ex emendatione eius elucet — *diutius* scriberet, et *ea* pro *ex* emendaret uel litterarum (capitalium) similitudine deceptus legeret. post *galeam* autem quod reliquum erat *qua* propter id quod sequeretur *interpretantur* in accusatiuum facile potuit mutari. quomodo autem factum sit ut uerba illa de sede sua migrarent, explicatur singulari illa ratione qua codicis *A* scholia in ipsis imaginibus exarata sunt. in exemplo tam artificioso perscribendo quam facile poterant negligi uerba in brachio uel pede uel alia imaginis parte e corpore prominente scripta et aut omnino omitti aut falso loco adnecti¹⁸⁾! in Persei imagine Harleiana (quam Vogelsius ab Otteleio mutuatus scholiorum editioni addidit) initium scholii scriptum est in umeris et in summo pectore usque ad eum locum ubi brachia a corpore in diuersas partes discedunt. pergit scribere *A* in dextro brachio, tum ad sinistrum transit, quo usque ad manum — qua Medusae caput tenet Perseus — inscripto redit ad pectus et reliquum corpus breuibus uersibus inplet. iam ei qui exemplum sic instructum perscriberet facillime poterat accidere, ut brachio dextro confecto non ad sinistrum transgrederetur, sed conexu sententiae neglecto ad medii pectoris uerba, quae cum dextri brachii uerbis fere cohaerent, et toto demum corpore litteris operto quod omiserat sinistrum brachium ad finem litteris inpleret. ut igitur genuinus ordo enuntiatorum in eum qui nunc est apud Cyriacum corrumperetur, in exemplo eodem modo atque *A* instructo in Persei imo brachio dextro necesse est fuisse uerba *praeterea galeam qua (A: dilexisset existimatur)*, in sinistro brachio toto haec: *dutus ex aduerso non*

¹⁸⁾ Hoc I. Vogels expertus est, qui uerba Arietis pedibus posterioribus inscripta (1 ex.) eodem Cottoniani librarii errore inductus falso expressit, cum *proo-creatum — ali crete — a dicunt*, qui quattuor uersiculi in altero pede summo leguntur, ita discerneret, ut *proo-creatum* iam uerbis quae in Arietis corpore sunt adnecteret, reliqua uersiculo proximo pedis prioris (*est in Boeotia*). simili ni fallor errore uerba codicis *A* schol. 7 13–15 (*ut — Spartum*) in *K* lacerata sunt.

poterat uideri quam Graeci aidos dixerunt non ut quidam (A: — tur lalaria et petasum accepit praet. gal. qua dutus ex adu. non), in pectore inscientissime interpretantur eqs. (A: poterat uideri eqs.). numeri litterarum, quas in sinistro brachio utriusque figurae inscriptas fuisse censemus, optime — si consideramus figuras utriusque codicis simillimas nec tamen pares fuisse, magnitudine, forma litterarum, uersuum interstitio inter se discrepuisse — consentiunt: Harleiani fere 60, alterius 65. quae praecedunt (in umeris et brachio dextro) in A sunt litterae fere 170, in illo exemplo fuerunt paullo plus ducentae.

Eodem modo orta uidetur lacuna in Aquarii fragmento — desunt uerba 'infundens. Hegesianax autem Deucalion<a> dicit esse, quod eo regnante tanta uis aquae de' —, sed uerba suo loco neglecta omnino omissa sunt. in hac enim figura — quam in A Persei fere similem fuisse ex Cottoniana imagine intellegitur — si ea uerba quae ante lacunam C habet, litterarum fere 163, in summo pectore et in dextro brachio scripta fuerunt, ea quae interciderunt, litterarum fere 70, in sinistro brachio necesse est fuisse. hoc igitur neglecto librarius a dextro brachio ad pectus transiit et reliqui corporis litteras descripsit, quae in nostro fragmento sunt circiter 325. hic numerus minor quidem est quam litterarum in reliquo corpore Persei exaratarum (in A fere 540, in C 500), sed etiam figura Aquarii minor erat Perseo (hic totus est litterarum 770, Aquarius 560), et brachia iam inde ab ipsis umeris distendebantur, ita ut pectoris summi inter ea siti spatium deminueretur, cum ipsa maius praeberent.

Hi duo errores Cyriaco non possunt inputari, qui etiam manifesta codicis uitia accurate expressit, sed eius sunt, qui codicem a Cyriaco inspectum confecit. in exemplo igitur quod secutus est eodem modo atque in A scholia imaginibus erant inscripta. ipsum autem librarium codicis Uercellensis scholia non inscripsisse imaginibus, sed extra eas adiecisse ut hoc eius errore ueri fit similis, ita aliis causis confirmatur.

Nam Delphini imagini scholium (quod primum adfert Cyriacus) non fuisse inscriptum, sed 'super eius figuram' — quod idem in K factum est — ipse Cyriacus testatur. in eodem autem codice parti imaginum adiecta fuisse scholia, parti inscripta nemo sibi persuadebit. itaque etiam cetera scholia imaginibus adscripta

erant in modum codicis *K*, quocum *C* eo quoque congruit, quod Sangermanensia scholia Hyginianis admiscuit. eadem ratione factum esse uidetur, ut Aquarii et Persei uersus Cyriacus adderet, Delphini et Piscium neglegeret. cum enim, ut in codice *K*, uersus carminis infra figuras Aquarii et Persei subiuncti cum scholiis circum totas fere imagines scriptis paene cohaerent, Cyriacus a scholiis quasi ultro ad uersus describendos perrexit. contra Delphini et Piscium uersus a scholio interiecta imagine seiuncti erant. quod de Delphino Cyriacus testatur, Piscium autem tabula in illo codice eodem modo atque in *K* ita instructa erat, ut scholion in duas columnas diuisum esset, quarum in altera necesse est fuisse uerba, quibus Cyriacus uerba 'ad Pisces praefixit, in posteriore, quibus 'ad alium piscem.' Uercellensis enim codicis librarius, cum exempli scholion eodem modo atque in *A* inter duos pisces distributum ex more suo extra imagines describeret, ea quae intra piscium corpora inuenerat, utrique pisci singultim adiunxit. neque huic suspicioni obstat, quod post 'ac Ganimedis figuram' — cuius nomen ni fallor illa pincernae deorum figura recognita Cyriacus schedis suis inscripserat, priusquam ac ipsa codicis uerba, in quo fortasse ut in *AK* ad singulas imagine nomina uniuscuiusque signi adiecta erant, perscribenda pergere — satis mire additur 'in Aquario', nisi uero quod in Cyriaci autographo erat 'i.aquariū' (id est Aquarium) librarii error corruptum est. denique inscriptas imagines ni fallor Cyriacus dignas habuisset quas expressis uerbis commemoraret, aut quae erat pingendi studio (u. supra n. 3) depingeret. sed neque ipse quidquam de hac re dicit, neque is qui commentarios eius exscripsit imaginem se omisisse monet (u. supra p. 25).

Etiam quae de imaginum specie ac forma commemorat Cyriacus, quamquam perpauca sunt — de Delphino et de Piscibus nihi dicit —, in Britannicas imagines optime quadrant. quod Aquarii signum Ganymedem dicit, cum Cottoniana imagine (Harleiani hoc folium amissum est) conuenit, sed de hoc signo fuisse consensus (u. Ottl p. 152) uidetur. unum Perseum paullo accuratius describit propterea, ut uidetur, quod haec imago in illo codice ut in *A* pulchritudine ceteris praestabat, nam 'egregiam' eam uocat. sed quae addit, a nostris imaginibus paullisper differunt, in quibus 'taleratus' quidem est Perseus, sed Medusae caput sinistra retrorsa tenet, dextra manu porrecta non gladium gestat se

'harpen', proprium illud Persei 'telum falcatum'¹⁴). de manibus autem facile potuit Cyriacus errare et illud telum 'gladium' nominare, cum accuratius deberet 'falcatum ensem' (sic Ouid. met. 4, 727). nec uero, si in ipso *C* gladius pro telo illo pictus fuit, in uniuersum etiam inter imagines illius codicis et Britannicorum tantam similitudinem intercessisse licet negare, quantam inter ipsos codices fuisse carminis uersuum, quos Cyriacus seruauit, conparatione ultro probatur.

Ex his ii tantummodo, qui ad Perseum pertinent (20—26), cum codice *A* comparari possunt, cum Aquarii uersus (55—8) in eo uno folio amisso interciderint. sed suppetit codex *D* ex eodem atque *A* archetypo ortus, quem recentissimus huius carminis editor Aem. Bährens primus adhibuit. — eosdem uersus codicis *A* imaginibus subscriptos fuisse iam monui (pag. 28), maior autem cum sit eis similitudo cum codicis *D* lectionibus (cf. u. 22 *quam*¹⁵), *pulsat*, 20 *perseus es*) quam cum *A*¹⁶), hinc quoque intellegitur codicem *C* eiusdem quidem esse originis cum nostris codicibus — inprimis conferas ineptum illud *multis* in primo Aquarii uersu, u. 58 *corpore*, 21 *humeros*¹⁷),

¹⁴) Hoc telum eadem est forma in Grotii cod. Susiano (Grot. Syntagm. Ar. p. 41), contra in ueteribus Hygini editionibus gladium aduncum Perseus gestat. — ceterum in ipsa antiquitate ambigitur inter falcem, ensem falcatum, ensem, cf. Preller Griech. Myth. II² p. 66 n. 2. in uasis fictilibus plerumque quantum uideo falcem tenens fingitur. eius quod in *AK* et Susiano habet teli simillimum inueni in cratere quodam ab Ottone Iahn edito in Philologi uol. 27 tab. I fig. 3. cf. Roscher Die Gorgonen und Verwandtes p. 115. nec uero de conexu, qui inter codicum Arateorum imagines et ipsam artem antiquam intercedit — cuius rei Persei imagines manifesto sunt exemplo — nunc disserendum est.

¹⁵) *qua* est restituendum, quod ante Bährensium iam ed. Morelii praebet, cf. Arat. u. 250 ἰν βροσίφ, Auien. 563 *sub fabris aquilonis*.

¹⁶) Etiam in *D* carmen binis columnis scriptum easdem in partes diuisum est nominibus signorum rubro colore inter singulas interiectis. nec tamen Uercellensis ex ipso *D* fluxit, quippe qui scholiis et imaginibus careat.

¹⁷) Falsum id esse elucet, sed dubites, utrum cum prioribus editionibus *umeris* scribas, an cum Bährensi *umero*. illud malim, cum Auieni (u. 562) auctoritate firmetur, quem Ciceronis Arati habuisse rationem multis exemplis probatur, qua de re Gust. Sieg De Cicerone Germanico Auieno Arati interpretibus Halis 1886 (pp. 31. 44) breuius egit. cf. Arat. 249 ἰκαμάθια et Eudoxum ap. Hipparch. p. 176 *A* (Petau. Uranolog.) κατὰ δὲ τοῦς πόδας τῆς Ἀδρομίδας ὁ Περσεὺς ἔχει τοῦς ὤμους.

26 *magnum*¹⁸⁾ — nec uero ex *A* pendere. accedit quod 23 lectionem habet integram *Cassiepie* in utroque codice corruptam, et 56 *Aquari*. etiam locus ille (u. 57) a Prisciano solo recte seruatus in *C* a genuina memoria eo tantum recedit, quod *n* et *u* litterae per Cyriaci ni fallor librarium confusae sunt et uetus illa genetiui forma euauit, cum *D* eadem iam interpolatione laboret qua ed. Aldina (a. 1499) *terrai iussit* (*D: terra eius sit = terrae iussit*)¹⁹⁾. nec uero menda desunt. uelut initio *Persei C* eandem habet corruptelam atque Aldina et ceterae ueteres editiones *Perseus es*, quae, cum neglectis quibusdam litteris facile sit orta, differt ab interpolatione codicis *A*, quacum aliqua ex parte consentit codex Lugd. Bat., qui *Persea uisa est* exhibet. magis degenerauit u. 25 *lapsus* (*terra elapsu'* recte Bährens ex *D*), cum etiam Aldina *terrae lapsus* seruauerit.

Cum igitur *A* et *C* ex eodem exemplo Harleiani in modum instructo descriptos esse liceat suspicari, quamquam paullo maius intercedere posse interuallum non negem, ab eo ipso, qui codicis *A* scholia et imagines depinxit, excerpta ea ex Hygino non esse nouo argumento probatur.

Id qui fecit quomodo fecerit iam perquiramus.

§ 3. De scholiasta.

Ex numero eorum signorum, quae Ciceronis fragmento continentur, una *Pleiadum* (5) tabula scholiis caret¹⁾. id non propter

¹⁸⁾ Non dubito Grotio (notae in Cic. frgg. p. 74) et Bährensi praeeuntibus *magno* scribere. nam 'sub culmine' sine adiectiuo offendit.

¹⁹⁾ In codice Lugd. Bat. (Buhle Arateorum t. II p. 211) genetiui forma trisyllaba deleta pro genuina lectione *uisit*, ut metro satisfaceret, *peruisit* est correctum. — hic codex idem uidetur atque fragmentum illud Leidense saec. XIII, cuius lectiones a Grotii editione recedentes publici iuris fecit Luc. Müller N. Mus. Rh. 20 (1865) p. 142 sq. sane in eodem uersu (222) desinunt (u. Buhle t. II p. 222 ad eundem uersum), et lectiones, quas ex parte tantum neque ut uidetur accurate Buhle adfert, in uniuersum consentiunt.

¹⁾ Nomina tantum singulis uirginum capitibus ab eodem, qui ea pinxit et cetera scholia exarauit, superscripta sunt, et eo quidem ordine quo apud Ciceronem enumerantur (u. 35 sq.), qui cum ab Arato tum a Germanico differt. praeterea adscriptum est 'septem Pliades uel Athlantes', eodem modo quo singulis signorum imaginibus nomina in *A* solent adfigi. *K* Sangermanensia secutus est. — u. Ottl. l. c. tab. XIV et XV.

imagine formam, qua capita septem illarum uirginum certo quodam ordine disposita sunt (u. Ottl. tab. XIV), factum esse ex simillima planetarum (25) tabula intellegitur, in qua quinque deorum capita suo quodque scholio circumdatum ad unius imagine concordiam magna arte inter se coniuncta sunt (Ottl. tab. XIX). sed ea potius fuit causa, quod, cum apud Hyginum Pleiades non ut cetera signa proprio loco commemorentur, sed una cum Hyadibus ut Tauri appendices²⁾ (II 21. III 20), hic de Pleiadibus locus eum qui ad imagines inlustrandas Hyginum compilauit fugit. eadem ratione in uniuersum Hygini uestigia scholiastam illum secutum esse iam demonstrandum est.

Ex secundo et tertio Hygini libro haec scholia conflata sunt ita, ut in unaquaque imagine ad fabulas siderales ex secundo libro desumptas tertii libri caput, quo de eiusdem signi situ, ortu et occasu, ordine et numero stellarum agitur, adiungeretur. praefixum est nomen signi aequae ac singulis Hygini capitibus. contra recte sunt omissae quae non solum in deterioribus codicibus, sed etiam ex uetustioribus in DR saepius insuper adduntur inscriptiones, e. g. 'de Perseo' etc., quae in X et in scholiorum exemplo Hyginiano Y defuerunt. etiam pronomen demonstratiuum, a quo narratio singulorum capitum ordiri solet, in scholiis conseruatum est (20 is pro hic, 18 hic pro de hoc, u. adn. 4). quod K in II Sagittam hanc scripsit, huic librario tribuo, nec minus quod in 8 apud Cyriacum exstat Aquarium hunc a codicum AC communi fonte alienum esse censeo. cf. Hyg. II 2. 8. 9. 13. 15. 18. 22. 25. 27. 28. 32. 34, ne dicam de iis locis, ubi pronominis genetiuis uel cum praepositione ablatiuis exstat³⁾. et nomina signorum reuera ut inscriptiones separata a conexu narrationis initio singulorum capitum esse conlocata aperte monstrat Piscium initium (II 30 sch. 3). cf. 41. 14. 40. in solo II 7 (6) Lyrae nomen etiam primi enuntiati est subiectum. [II 23 pronomen hic a Bunteo iniuria omissum est, cum in uno D interciderit.]

²⁾ Itaque imagines Pleiadum desunt in uetustis Hygini editionibus (ante Munckerum et Staverenum, quae Germanici codicis Susiani imagines ex Grotii Syntagmate mutuati sunt) et ni fallor in eis codd. recentioribus, qui imagines habent. scholia igitur haec Harleiana cum ab Hygino originem ducant, imagines ad antiquum aliquem codicem Arateum redeunt. u. not. ad schol. 1.

³⁾ Idem mendum interdum in deterioribus Hyg. codd. occurrit, Sagittam (II) GP habent, et initio Cygni (7) Olorem hunc FU.

Sic initio singulorum scholiorum nominibus praemissis eadem, quae in tertio libro apud Hyginum necessario exstant, is qui scholia compilauit non raro omittit, e. g. schol. 1. 8 (ubi in *C* intercidit *habet*). 11. 15. 18⁴). 19. 20 (ubi uerba *Piscis autem qui notius dicitur* hac de causa omittit). retinuit ea 2. 9. 21 et, pronomine quod apud Hyginum sequitur omisso, in 24. a pronomine ex Hyg. desumpto incipit 3. 4. 17, in 4 *cuius* pro *huius* in *AC* exstat. in 12 bene incipit *Eius ala dextera*, ita ut *Aquilae ala d.* (cf. III 4 *Coronam*) in *Y* fuisse uideatur, quocum consentit *R* (cf. Hasperi Hyg. *Dextra ala Aquilae*, ita ut *ala* ablatius sit) et *B*, cum ceteri omnes habeant *Aquila ala dextera*. denique 6 pro Hygini initio *Lyra haec* apte scripsit *Lyra autem* (idem casu habet *F* compendiis ni fallor confusis). in 7 et 10 tertii libri capitum initia desunt, in 13 et 14 inferioris imaginum partis uerba detrita sunt, solum c. 16 tertii libri particula caret (u. infra).

Eorum, quae in secundo et tertio libro de singulis signis leguntur, maiorem minoremue partem scholiasta exscribit ratione habita singularum imaginum formae et magnitudinis. sic breuia utriusque libri capita de Ceto, de Pisce, de Ara, de Procyone tota seruata sunt (schol. 18. 20. 21. 24), praeterea de Naue capita ampliora (17), quibus nauis figura satis spatii suppeditabat. de Sagittario (10) u. p. 42. plerumque autem partem (priorem) secundi libri capitis exscripsisse contentus tertii quantum potest adiungit. etenim id egisse scholiasta uidetur, ut, quamquam fabulas non neglexit, tamen ad astronomiam potius quae pertinerent ex tertio libro desumeret. sexies enim neglecta fabularum parte tertii libri capita integra transscripsit: Arietis, Lyrae, Capricorni, Sagittae, Aquilae, Canis (schol. 1. 6. 9. 11. 12. 15). et in 11 quidem cum fieri non posset, ut secundi libri caput totum describeretur, et propter insolitam eius magnitudinem et figurae (sagittae) exilitatem, breuissima fabula, quam uberiori narrationi praemittit Hyginus, descripta tertii libri caput commode adiungit. c. 9 duarum quas Hyginus profert fabularum priorem eamque

⁴) Pistricis nomen omittit, ita ut ea quae sequuntur ad Cetum sint referenda. nihilominus quod Hyginus habet *haec* retinuisse uidetur (u. 8, sed in codice *A* legitur *hec* uel *hic*). Ceti autem uocabulo in priore scholii parte ubique ut masculino utitur scholiasta. inter codices Hygini de genere eius non conuenit. praeter nomin. Hyginus adhibet *Ceto*; u. Neue, lat. Formenl. I p. 328.

breuiorem excerpsit. c. 12 ex tribus fabulis, quas primae adnectit Hyginus, neglecta secunda⁵⁾ mediam eligit ut breuissimam.

Sed luculentius, qua ratione scholiasta usus sit, eumque non sine aliquo iudicio ad excerptum Hyginum accessisse apparet ex scholiis 1 et 6. in utroque enim ad scholion ex secundi libri prima fabula et tertii integro capite compositum alia secundi libri particula insuper adnectitur, uidelicet cum ex inproviso spatii aliquid in figura superesset. neque imprudenter ea quibus uacua imaginis pars impleretur ex secundo libro elegit. in primo enim scholio tertii libri toti capiti (sch. 1 13—19) eam secundi libri partem subiungit (1 20—22), quae primam fabulam quam initio exscripsit (1 1—12, usque ad pag. 60,6 ed. Bunte, omissis extremis eius uerbis⁶⁾ *quare ut supra diximus obscurius uideatur*) insequitur (p. 60, 6—9). et primum quidem duae de Arietis origine sententiae enarrantur, quas apte scholiasta addit. contra alterius quae sequitur de Phrixo et Cretei uxore narrationis (usque ad u. 25) initium tantum pedi postremo Arietis inscriptum est, sed integro enuntiato. melius in 6 ad secundum librum confecto tertio redire coactus (6 28) non Hygini ordinem sequitur, sed neglecta longiore eius de Mercurii caduceo digressionem (p. 43,15—44,5) de morte Orphei fabulam et breuiorem et, quoniam supra iam de Orpheo egit, ad conexum aptam supplet. et cum ad totam fabulam transscribendam spatium non sufficeret, Hygini uerba de Thraciae mulieribus a quibus Orpheus est discerptus (p. 44, 10—12) non inepte contraxit (6 32 sq.).

Eadem autem fere uerba (*quibus ab Ioue — in Tracia sunt*) iam semel perscripta in extremis quinque codicis uersibus (cf. Otl. t. XVI) iterum leguntur adiectis ultimis *carpere dedit*. haec quin addita sint, ut spatium imae lyrae expleretur⁷⁾, nemo dubitabit. nec tamen ipse scholiasta et illa ex Hygino uerba elegit iis quae nimium spatium exigent in breuius contractis

⁵⁾ Sed prima eius uerba *nonnulli etiam dixerunt* — quae Vogelsius omisit — neglegenter transcripsit. conf. quae p. 42 conguessi neglegentiae eius exempla.

⁶⁾ Omissa haec esse a scholiasta, cum uerba *ut supra diximus*, quae apud Hyg. ad caput quod praecedit de Triangulo spectant, in scholiorum ordine sensu carerent, uix licet conicere, cf. p. 42.

⁷⁾ Librarius *K*, qui nec certo imaginum spatio obstrictus est, neque ea, qua librarius *A* est inscitia, uerba haec praue repetita recte omittit.

et eadem uerba iterum imagini inscribenda curauit. immo uero accurate hic licet discernere eum, qui scholia ex Hygino compilauit aliqua imaginum ambitus ratione habita, a librario qui, fortasse iussu scholiastae, ea, quae ex Hygino excerpserat scholiasta, imaginibus artificiose inscripsit et, cum excerpta non sufficerent ad totam imaginem lyrae explendam, aliquot uersus repetiuit.

Ipsi autem scholiastae attribuendi uidentur bini Ciceronis carminis uersus, qui in 20. 21. 24 ad secundi et tertii libri capita integra, ita ut ad Hyginum recurri non posset, exscripta (intra imagines) adduntur: nu. 167 sq., 183 sq., 222 sq., a quibus singulae carminis particulae, quibus de tribus illis signis agitur, initium capiunt. scholiastae autem supplementa haec esse ea potissimum de causa arbitror, quod uerba Arae (21) uersibus praefixa de qua Cicero sic dicit a librario sane excogitari non poterant⁹).

Denique scholiastae inputem, quod in fine Planetarum (25) in scholio circa Mercurii caput scripto adiunctum est *quae stellae planetae sunt dictae*. sunt enim uerba quae initio Hyginiani capituli (p. 78,16 sq.) leguntur in breuius contracta, quae scholiasta cum suo loco omisisset, ut ea tantum, quae ad ipsam Iouis stellam pertinerent, circum Iouis caput scriberet, ad finem, cum spatii aliquid reliquum esset, addenda curauit. ad secundi planetae scholion idem adiunxit *Phaetho* (u. 15).

In ceterorum signorum scholiis eam tertii libri partem potius respexisse uidetur, qua de siderum situ, ortu, occasu agitur, quam posteriorem, qua singularum uniuscuiusque signi stellarum sedes enumerantur. hanc autem haud scio an propterea neglexerit, quod sedes et numeros stellarum perquirentibus ipsae imagines stellis ornatae praesto erant. sic in scholiis Trianguli, Piscium, Eridani (2. 3. 19), cum secundi libri integra capita exscripta sint, tertii prior pars additur, et ita quidem, ut c. 2, postquam de situ signi dictum est, summa tantum stellarum adiecta sit. idem in 8 et in 3 factum est, ubi codicum AC consensu quae satis apte desunt iam a scholiasta omissa esse uidetur probari. sed errauit compilator, quod, cum utriusque piscis stellarum numeros ex

⁹) Praeterea moneo illud *uisdens* pro *uisens* in altero Procyonis uersu prorsus cadere in menda illius pictoris magis quam librarii propria, ita ut hos uersus iam in eius exemplo eundem quem in ipso A tenent locum litteris capitalibus intra imaginem exaratos obtinuisse ueri sit simile.

Hygino deberet desumere, eius tantum cuius prior apud Hyginum sit mentio numerum ut uniuersum adiunxit. huiusmodi uero negligentiae uel errorum exempla plura in eo deprehendi (u. infra) nemo mirabitur. contra paullo ante finem rectius omittit ab *Arietis pede primo*. neque quartum scholion, de quo et ipso AC consentiunt, habemus cur librarii culpa mutilatum esse suspicemur. nam libri secundi capite paene toto exscripto — omittitur ea quae ad finem apud Hyginum additur Euhemeri sententia et ante eam integro sensu *conlocatum* — tertii prima tantum uerba de situ Persei adduntur, neque conexum eorum turbat, quod a *reliquo corpore* in AC deest. denique c. 19 quantum tertii libri omiserit scholiasta, quantum A, ambiguum est. nam quamquam extrema uerba *huius figurationem hiemalis Mercurus diuidit* sensu non carent et stellarum summa eis additur, tamen restat suspicio librarii culpa nonnulla intercidisse. similiter in sch. 7 paucis uerbis ex medio tertii libri capite depromptis — pro *nominauit*, quod secundi libri fabulae extremum est uerbum, scholiasta breuiorem uocem *dicit* (in A euanidam?) uidetur scripsisse — summa stellarum adiungitur. sed librario tribuendum uidetur, quod 10 et 22 in medio catalogo stellarum scholion desinit. nam cum secundi libri caput integrum sit transcriptum, etiam tertii totum ex Hygino desumpsisse scholiastam in tam magna figura coniciendum est. librarius autem propter ipsum maiorem solito figurae ambitum errauit, ita ut extremis exempli uerbis spatium deesset. unum restat scholion 16, quod secundi libri fabulam apte conclusam, tertii nihil seruauit, unde etiam hoc loco a scholiasta nonnulla ex III 32 addita, a librario propter spatii inopiam omissa esse fortasse conligas.

Nec tamen certi quidquam de singulis locis statui potest. id unum licebit constituere, eas lacunas, quibus sententiarum conexus turbatur, a scholiasta in uniuersum esse abiudicandas, deberi ei maximam partem earum, quae integro fere sensu tolerari possunt.

Quamquam igitur in primis extrema singulorum scholiorum pars in breuius cogebatur, ut ei quod suppeteret spatium accommodaretur, aut contractis sententiis aut eiectis iis, quae incoluimus sensu deesse possent⁹⁾, etiam mediis in scholiis, si qua minus

⁹⁾ In primis cf. 6 32 *propter quod Uenus eqs.*, cui adde 17 20: *quae quare non tota sit dixi*.

necessaria ad rem esse uiderentur, a scholiasta omissa esse his docetur exemplis. ad secundi libri finem nonnulla eum omisisse iam pag. 41 monui. praeterea conferas 8 6 *fieret* pro Hyginiana lectione *factus esse diceretur*, 21 5 omissa uerba *quam agere incepissent*, quae superuacanea sunt, 6 26 in fine tertii libri, priusquam ad alteram secundi libri particulam exscribendam pergeret, breuiter scripsit *unam in basi*. — alia in conexu Hyginianae orationis neglecta sunt uel in breuius contracta: 10 22 uerba de Corona, quippe quae iam supra (u. 16 sqq.) commemorata esset, et ib. 19 libri tertii initium *Sagittarius — Centauri* apte omisit. 15 19 in computo pro *in capite autem alteram* scripsit *in capite I*, et 20 *praeterea habet* omisit. ib. *stellas inter singulas et obscuras* omissum scholiastae inputo. 7 16 *ceteras specie corporis praestans* iam a scholiasta omissum uidetur, ut ea quae sequuntur uerba *quam* etc. (u. pag. 41) adnecterentur. etiam 24 1 quae turbant potius conexum uerba *sed a nonnullis Orionis existimatur* in scholiis desunt. his adde, quae pag. 30 iam conlegimus ex codicum AC consensu exempla, et 7 9 sq., 14 16 sq. (om. *existimatur*)¹⁰⁾, et alia huiusmodi.

Nec tamen desunt loci, quibus minus considerate Hyginum compiler secutus est. quod in Piscibus (3) et fortasse in Ceto (18) negligentia eius commissum est, supra iam memorauimus. praeterea uerba, quae saepissime apud Hyginum occurrunt *ut ante diximus* et similia, ordinis signorum Aratei ab Hygino diuersi nulla ratione habita paene ubique perscripsit. e. g. 1 3 *de qua alibi plura dicimus* (*dicimus* Hyg.), quo loco Hyginus ad 'fabulas' uidetur lectores delegasse, in scholiis sensu carent. ib. 15 *quod supra diximus*, cum Deltoton (2) in scholiis sequatur. 3 3 *de quo supra* (II 28, in scholiis nusquam) *diximus*. 16 7 sq. *de quo* (sc. Orione) *et ante in Scorpionis signo diximus et postea in ipsius <figura dicimus>*, quod neutrum in scholiorum ordinem quadrat, cum Scorpionis (II 26) non exstet scholion, Orionis (II 34) praecedat (14). ut nihilominus interdum huiusmodi adnotationes etiam ad scholiorum ordinem aptae sint, casu factum est. sic 3 9 et 8 12 ad c. 20 referri possunt, 20 4 ad 3 spectat, 12 15 ad 11 4.

¹⁰⁾ Sed ib. 18 post *ferens* iniuria deest *dicitur*, cuius uocis fortasse reliquiae ante *uenisse* in codice erant.

Eorum quae 4 10 in *AC* desunt uerborum *Graecae fuerunt Gorgonum custodes de quibus* eqs., prima *Graecae f. G. custodes iniuria* intercidiisse apparet. incertum est, utrum quae desunt consulto a scholiasta ommissa sint, an librarii culpa interciderint.

Ut ab hac parte in medio quaedam relinquuntur, quae utrum librariis an scholiastae sint inputanda dubites, sic ab altera parte dubitatio existit inter scholiastam et id ipsum, quo usus est, exemplum Hygini. sed nonnulla iam hoc loco de hac re uidentur posse constitui: quae desunt in scholiis, iam in codice illo Hyginiano *Y* defuisse nullo modo licet suspicari. quae in breuiorem formam redacta sunt locutionibus uel uerborum structura mutatis, scholiastae deberi uidentur. quamquam aliquot structurae uel locutiones ab *X* diuersae sine dubio iam in *Y* infuerunt. nec minus codicis *Y* sunt, quaecunque praeter archetypi *X* memoriam in scholiis exstant (iis scil. quae scholiasta addidit exceptis). de collocatione denique uerborum certi nihil potest statui, sed, ut nostros Hygini codices, sic *XY* inter se discrepuisse, interdum scholiastam a tradita uerborum positione recessisse consentaneum est.

Caput III.

De Hygino ex Y emendando.

Huius quaestionis cardo uertitur in uerbis iam pag. 2 laudatis *et postea in ipsius <figura dicemus>* (16 8), quibus codicem Y neque pendere ex X, in quo illa uerba desunt, conprobatur et artius cohaerere cum eo Hygini exemplo, quo interpolator ille Germanici scholiorum Basileensium usus sit. contra in X genuina lectio seruata est u. 5 *quadrupedum*, in A et schol. Bas. in *animalium* mutata, cf. epitomen quam C. Robert uocauit (τετραπόδων Robert l. c. p. 172,11), et scholia Sangermanensia (*quadrupedes* Rob. l. c. p. 173, Germ. ed. Breysig pag. 170,20). apparet igitur codicem Y, cuius memoria frustulo similis codicis scholiis Basil. conseruato firmatur, nonnusquam eadem uia a tradita lectione recessisse, qua X et nostros Hygini codices, et in restituenda Hygini memoria utroque exemplo utendum esse. idem probatur memoria ultimi enuntiati huius scholii, cui restituendo XY pro sua uterque parte inseruiunt. cum enim X (u. 8) recte seruauerit *et* (ante *ante*) et *finigi*¹⁾, utrumque in Y et exemplo interpolatoris scholiorum Basil. omissum, idem enuntiatum laborat uitio iam a Bursiano temptato, cuius sanandi uia fortasse codicis Y uestigia sequentibus patet. duplex enim uerbum *oportere* cum offenderet, in codicibus deterioribus nonnullis priore loco (post *negant*) omissum est, quos β neglecto codice D secutus est. contra Bursianus, cum sententiae structuram negligentius et minus concinne in modum anacoluthi compositam esse intellexisset, Hyginum

¹⁾ Hoc uerbum ad sensum necessarium est (de infinitiuo qui adiungitur *uenari* cf. e. g. 22 14 *uenire figuratur* alia). contra *et*, cum in eo qui est apud β conexu paene sit superfluum, optime cadit in Hygini lectionem ex Y et Bas. restitutam *et postea* eqs. — in *Scorpione signo* quod Bas. seruauerunt (sic Stroziana ex archetypo eorum, in nostris Basileensium codd. BP quod sequitur *diximus* ante *Scorpione* legitur) non est probandum, cum ab Hygini consuetudine alienum sit, sed retinenda uulgata lectio. nec minus refutandum est quod 20 2 in A legitur a *signo Aquario*.

post enuntiatum illud relatiuum, cuius alteram partem primus ei restituit, his uerbis initium enuntiatum repetiuisse censuit: *hunc igitur negant oportere* eqs. sed his uerbis insertis locum sanatum esse nego, quoniam ne scholia Basileensia quidem, quae uerba quae praecedunt in *X* deperdita integra conseruauerunt, horum quae una cum iis intercidisse in *X* Bursianus fingit ullum praebent uestigium, nedum codex *A* ille lacunosus. hic uero codex post lacunam, qua *figura dicemus* intercidisse ex Bas. elucet, pro eo quod *X* et Bas. habent *oportere* seruauit uerba *non debere*. et uerbum quidem *debere* iniuria pro *oportere* inrepsisse concedo (fortasse per scholiastam cum breuiorem mallet scribere), sed particula *non* ante *oportere* inserta sententia in hoc scriptore graeca exempli quod sequebatur lingua implicato restituta uidetur.

Ceterum uno hoc loco — si ex ipso *Y* illud *debere* fluxit — grauior differentia lectionis inter *Y* et interpolatoris Bas. exemplum statuenda, uidetur; quae praeterea discrepant, librariis scholiorum adscribere non dubito. sic *a* ante *mercurio* (u. p. 19) et *ut* post *animalium* ommissa, *alias* bis pro *alios*, *ita* pro *itaque* (u. 3). adde quod u. 9 *A* falso habet *uenire* pro *uenari*, u. 3 [*direxerunt* pro *finxerunt*?] *ad pedes fugientem*, ubi, cum *X* post *pedes* habeat *eius*, rectius fortasse in *A* ex scholiis Bas. ante haec uerba inserendum est *ei*. — scholia Bas. pro *et tam magnum* (u. 7) habent *tamque m.*, u. 5 *lepore genera* pro *cetera genera* (Strozzianis totus hic locus deest), praeterea intercidit *esse* et *pareret alios* per errorem oculorum. denique u. 2 pro genuina codicis *X* lectione *nam cum ut oportebat A* habet *namque ut op.*, in schol. Bas. et Stroz. deest *ut*.

Proxima igitur intercessit cognatio inter *Y* et eum codicem, quo interpolator Bas. usus est. haec autem Hygini memoria ab *X* aliena, etsi nequaquam integra fuit (*animalium*), tamen quantae sit auctoritatis, etiam in reliqua Hyginiani de Lepore capitis parte quam scholia Harleiana non habent, ex Basileensibus intellegitur.

Sic p. 72, 1. 2 Hygino ex Bas. haec restituenda sunt: 'et ad eius partem *diligentissime quae opus essent administrasse*', ubi uerba cursiuis litteris expressa iniuria in *X* intercidisse etiam eo conprobatur, quod in eodem seruata est particula *ad* ante

eius partum, quae in Basileensium lectione necessaria est, molesta in vulgata. quare in *PF* omissa est, in *M* et *D* a lectore quodam vel librario deleta, quem temere β secutus est. *administrare* autem simili notione aliis Hygini locis usurpatur: p. 35,5, cf. 49,8. 52,11. 56,21 *bellum, sacrificia, nuptias administrare*, cum simplex desit. — etiam extrema huius capituli uerba pag. 72, 11. 12 ex scholiis Bas. supplenda sunt, sed ita ut nonnulla, quae in *X* desunt, scholia Bas. recte seruauerint (cursiuis litteris a me scripta), alia (uncinis a me inclusa) omiserint quae nostri codices habent: 'ut homines meminissent nihil *his* <esse tam> exoptandum in uita, <quin ex eo> *si insolenter utantur* <p>lus²⁾ doloris quam laetitiae capere posterius cogantur'. quod β habet *nil* nulla nisi editionum (inde ab *U*) et codicis *F* auctoritate firmatur. *his* — exspectes potius *sibi* — Breysigium secutus recepi, quod pronomen aequo iure atque *is* ab Hygino usurpatur. sed malui ante *esse tam* id collocare, cum inter *nil* et *esse* facillime potuerit intercidere, et *esse tam* ni fallor propter similes quae sequuntur litteras *exoptan* in scholiis neglectum sit. uerba *si insolenter utantur* uere esse Hyginiana scholiis confirmatur et sententia, nam ad id quod u. 4 narratum est respiciunt. quod artissime cum his uerbis cohaeret *quin ex eo*, in scholiis intercidit. denique *cogantur* ex scholiis scripsi pro *cogerentur*, quod omissio illo *ulantur* ad *meminissent* in *X* accommodatum uidetur.

Denique p. 72,6 quod iam Bursianus ex *R* Hygino reddidit ad comedendum pro *ab hominibus*³⁾, scholiorum Strozianorum lectione (p. 171,11 Br., in Bas. hic locus intercidit)⁴⁾ *quibus cum*

²⁾ Scholiorum codices Bas. Par. Strozz. habent *ius*. idem uitium satis mirum Hygini archetypus *X* uidetur habuisse p. 53,7 (sic omnes codd., etiam ii quos Staverenus adhibuit, praeter *FU*, cf. *uis G*).

³⁾ Sic *DBGPFU* edd., a *dominis* ex meis *M*, idem I Ulitianus, alteruter Morelianus et teste Ed. Heydenreich (l. c. p. 22) Sangall. 250, Leid. 225, Voss. sec., in quo a m. 2 uulgata lectio *ab hominibus* superscripta est. — Bursianus de h. l. disputauit l. l. p. 31.

⁴⁾ Melioris lectionis in Stroz. seruatae iam supra (n. 1) attuli exemplum. addo p. 72,5 ubi Bas. *magnitudinem* habent, Stroz. recte (= *X*) *multitudinem*. p. 72,1 cum *X* seruauerit *ab exteris finibus*, in Bas. legitur *ab e. gentis f.*, in Str. *ab e. terris f.* (*finibus* eiecit Urbinas). quod uitium sic ortum uidetur, ut, cum litterae *teris* falso bis essent exaratae, librarius — is fortasse, qui hoc caput ex Hygino inseruit — uocem ineptam in *terris* mutaret. quod cum in Stroz. sit seruatum, is qui Basileensis et Parisiensis codicum scripsit arche-

1
 2
 3
 4
 5
 6
 7
 8
 9
 10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23
 24
 25
 26
 27
 28
 29
 30
 31
 32
 33
 34
 35
 36
 37
 38
 39
 40
 41
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100

nihil daretur ad manducandum egregie firmatur. retinenda autem est codicis *R* memoria. cum enim manducandi uerbum nusquam apud Hyginum reperiatur, *comedere* et p. 76,9 occurrit et in eodem hoc enuntiato paullo infra sequitur (*omnia comederunt*). unde etiam supra eodem usum esse Hyginum facile concludas, qui idem uocabulum ne breuiore spatio interiecto bis ponat, minime curet. praeterea *manducare*, cum uigente lingua latina peculiari fuerit notione, senescentis demum linguae saeculis usitatissimum uerbi (*com*)*edendi* loco fuisse cum aliis exemplis conprobatur tum linguis Italica et Francogallica, in quibus ad hunc diem seruatum est⁵).

Praeterea quid intersit inter *X* et eas quas scholia Basiliensia habent lectiones, accuratius statuere cum longius a nostra quaestione absit, ad codicum *XY* memoriam inter se comparandam redeamus.

Ac primum quidem seligendae uidentur eae codicis *Y* lectiones, quae — ut *animalium* illud — codicis esse, non Hygini certis indiciis licet statuere.

13 in. in *mundo* quod pro *inter astra* scholia habent, quamquam eodem sensu interdum usurpatur quo *inter astra* uel *sidera* (cf. pp. 32,6. 45,7. 48,6. 56,14 §), in *Y* ex eo qui apud Hyg. praecedit uersu per errorem librarii uidetur inrepsisse, ubi scriptum est *in mundo collocauit*⁶). simili errore natum est 10 20 *figuratus* pro *collocatus*, quod in Hygini dicendi usum optime cadit, ni fallor propter id quod (u. 19) praecedit *figuratur*; — et 38 ubi uocabulo praecedente *capere* perturbatus librarius codicis (uel scholiasta, certe idem habent *AC*) idem uerbum pro *captare*

typum, ex sententiae conexu in *gentis* correxit. quod igitur Breysigius proposuit *exterae* pro *exteris* — 'ex Hygino' nescio quo errore ductus addit — abiciendum est.

⁵) cf. Georges Bursians Jahresbericht 28 pag. 262. Wölfflin N. Mus. Rh. 37 p. 103. — addo locum, qui casu mihi se obtulit, Bedae in Hexameron libro I (Migne t. II col. 58) qui, cum in Genesis c. 3 uerbum comedendi sit adhibitum, in commentariis quos ipse subiungit uerbo manducandi utitur.

⁶) Haec enim lectio uulgata ex codicibus fere omnibus restituenda est pro *Bunteana locauit*, qui codices *DN* se sequi testatur. sed *N* quid habeat nihil interest, in *D* manus secunda uocis *collocauit* primam syllabam expunxit.

scripsit. — his exemplis adiungo ⁷⁾ 2 9 *demonstratur* pro *deformatur*, librarius enim ni fallor cum exemplum negligentius inspexisset, uoces similes et utramque in hoc libro frequentissimam confudit. adde [16 3 *direxerunt* pro *finxerunt?*] 6 26 *dicit* pro *finxit*. similiter eiusdem fere notionis uoces confusae sunt 7 10, ubi *longe* pro *alte* inrepsit (u. ad l.), 14 19 *contendisse* pro *reuertisse*, quod non solum sententia probatur sed etiam scholiorum Germanici et epitomes consensu (ἐλθεῖν πάλιν epit. pag. 162,23 Rob., *reuersus* Bas., *redeuntem* Sangerm.)⁸⁾; 19 3 *aquosissimum* (u. ad l.); *inter scapulas* pro *in interscapilio* 10 25 (u. ad l.) et 15 21; 7 16 *nata dicitur*, ubi codicis X lectio *nascitur* similibus locis pp. 38,7. 47,13 firmatur; 14 15 *uino et cupiditate incensus* pro *per uinum cupiditate incensus*, haec scilicet lectio in illam quam scholia habent abiit, non ex ea mutata est (οἰνωθέντα epit. et schol. Arat. p. 162 ρ = schol. Nic. ther. 15, ὅπῳ μέθης ἔκφρονα γενόμενον Parthen. 20). nec pluris aestimem 21 1 *sacrificasse et conuirationem fecisse*, cum X per zeugma quoddam exhibeat lectionem minus uulgarem *sacra et c. f.*

Denique codici Y uidentur inputanda duo quae in catalogis stellarum exstant menda: 17 18 sqq., de quo loco in notis disserui, et 15, ubi cum in X numerus stellarum (XX) a computo (XIX) differat, in scholiis concentus inter eos institutus est pro quattuor⁹⁾ caudae stellis quinque positis. uetustiora igitur illa exempla non magis quam nostri codices¹⁰⁾ de catalogis stellarum

⁷⁾ Fortasse huc referendum est etiam 14 12 *appellari iussit*, cum in X fuisse uideatur *appellari*. facile enim quod paullo praecedit *iussisse* librario Y causa potuit esse cur erraret. nec tamen negauerim scholiorum sententiam habere quo commendetur: quamquam pater gratiae deorum memor illo nomine eum iussit appellari, consuetudine tamen factum est, ut illud nomen, diuinae eius et singularis originis quasi testimonium, in obliuionem abiret. ceterum u. not. ad 12 9.

⁸⁾ Librarii R est *reuersum esse* (*Oenopiona*). — forma actiua probatur scholiorum loco 12 11.

⁹⁾ Id ipsum *quattuor* mendum esse ex graui iam archetypi corruptela ortum ρ demonstrauit (p. 170,20 ad sch. Bas.).

¹⁰⁾ G h. l. eadem atque Y ratione rem sanare conatus pro una stella sinistro lumbo tres attribuit totidemque caudae pro quattuor illis stellis, ita ut numerus XX expletus sit. contrariam uiam ingressus est R numero in XIX mutato, et idem habent FU. — etiam aliis mendis laborare hunc catalogum ostendit ρ ad Hyginum.

consenserunt, qui quam uariis iisque grauibus et iam inueteratis uitiiis laborent, quicumque hisce calculis inmergitur uidet.

Ex iis locis, quibus *Y* memoriam genuinam seruauit, primum eos proponere liceat, quibus, cum scholiorum lectionis uestigia in nostris Hygini codd. exstent, haec ipsa res ei patrocinetur¹¹⁾. § 1 *Diogneti Erythraei* nomen recte scholia (codd. *AC*) habent, cum in *X* *Diognetus* quidem fuisse uideatur, altera uero uox leui errore abiisse in *erythracus*. 4 5 *aidos* recte *AC*, ΑΕΙΔΟC *X*¹²⁾, 6 10 *Pangaeo* *Y*, *pancaeo* *X*, 10 6 *Sositheus* *Y*, *sostheus* *X*, 20 6 *Clesias* *Y*, *ethesias* *X*, 25 4 *eumque cum suppressere cogitarei* *Y*, *eumque s. cogitare* *X*, ib. 11 *incenderit* *Y*, *incenderet* *X*, 12 *deciderit* *Y*, *deiecerit* *X*. 6 3 copula *erat* quam scholia seruauerunt in *X* intercudit, similiter 10 11 in *X* suo loco obiectum defuit *eum*, quod in nonnullis codd. suppletum est (ante *astrorum* in *F*, ante *deformaret* in *Gβ*), cum alii uerbum *deformaret* in passium mallent mutare. denique Cygni (7) stellarum summam [catalogus in scholiis deest] recte, ut ex epitome et schol. Germ. elucet, scholia seruauerunt XIII, cum in *X* enumerentur XIII (*in corpore I* post *quinas* inseruit Rob.), subscripta autem fuisse uideatur summa XII, quam deteriores codices in XIII mutauerunt. fortasse igitur ipse catalogus in *Y* nondum mutilus fuit.

Non pauci exstant loci, quibus genuina memoria codicibus *XY* communis in unum duosue codicum meliorum recepta scholiorum consensu agnoscitur, cum in ceteris codicibus deprauata non raro in ueteres editiones et in Bunteanam inuaserit. initium

¹¹⁾ Ex numero eorum locorum, quibus de genuina lectione inter *XY* conuenit, nonnullos eligere liceat, quibus β codicibus suis perperam usus est. 14 5. 12 *Catrea*, *Catreus*, quod iam Bursianus restituit, scholiis probatur, etsi priore loco in *A* tantum legi potest *hrea*, altero *capreus* exstat (u. supra p. 20). quamquam de ipso hoc nomine dubites (u. Rob. ad l.). — ibid. 14 β editiones tantum secutus (= *B*) *ibi* omisit. iniuria uulgatam lectionem neglexit 3 6 (*edere pro esitare*), 17 19 solum *G* secutus eiecit *et*, 7 12 *scripsit consequentem locauit*, quae lectio duplici mutatione in *D* comparata est. 7 1 codice *D* neglecto uulgatam lectionem retinuit *Graeci cygnum* pro *c. Gr.*, 8 4 neglexit addere *aliquando* in *D* correctum esse ex *aliquo*, quam scholiorum et Hygini codicum lectionem genuinam esse iam Bursianus ostendit, 9 7 pro *iactatione* noluit recipere *iactione*, quod etiam *D* habet. alia.

¹²⁾ De hoc uocabulo et ceteris graecis quae ap. Hyg. occurrunt u. not. ad 3 12.

capiamus a nonnullis locis in *R* et scholiis recte seruatis¹³⁾: = :
 9 5 *panicos*, cum ceterorum codicum (excepto *P*, qui ex codice Reginensis simillimo fluxit) lectionis origo sit forma in *paniscos* corrupta. 14 3 *Iphiclo*, ceteri *phiclo* uel *phido*. 7 6 *sesequi*, cum quod *DM* habent *sesequē*, ut totus locus mutaretur, effecerit. 24 2 *Procyon* est appellatus in *DM* in *Pr.* esse ap. mutatum est, in *FU* in *Procyonem appellatum*, quas lectiones ortas esse apparet ex compendiosae scripturae errore, cum pro *est* (*ē*) in *DM* temere scriberetur *esse* (*ēē*), alii librarii pro *procyonē* legerent *procyonem* et quod sequitur participium accusatiuo accommodarent. — denique huc refero 12 12, ubi genetiuus *aquilae* scholiorum lectione (*eius*) firmatur (u. supra p. 38).

Aliis locis *DM* cum scholiis genuinas lectiones seruauerunt in *R* foedatas: in summis stellarum addendis eum a tradita memoria recessisse (u. supra p. 9) scholiorum cum nostris praeter eum codicibus consensu firmatur. 10 13 *R*¹ singularem habet sensuque carentem lectionem *quod equo mulio satus esset*, cui a m. 2 uulgata lectio superscripta est *quod equo multum sit usus*. illa quomodo orta sit, indicat lectio *multo* pro *multum*, quam Staverenus ex '2 Voss.' profert. ex *sit usus et factum est satus esset*. Bursianus codice *R* fretus coniecerat *equo uel mulo uenatus esset*¹⁴⁾. non minus reiciendum est, quod idem 12 10 codicis *R*

¹³⁾ u. supra p. 46, ubi lectionem solo *R* seruata ad comedendum etiam in *Y* fuisse scholiis Strozianis probatur. praeterea ex ea Hygini parte quae scholiis non est seruata liceat adferre locum certissimum p. 65,10, ubi quod solus *R* ante *pedem* exhibet *exiluisset* et epitomes memoria (*ἐκπηδύσας*) firmatur. — mirus est scholiorum et codicis *R* consensus de uerbo *dilexisse* 12 2, cum ceteri codd. recte ut uidetur omnes habeant *delegisse* (*ἐλάχεν* epit., cf. sch. Sang.). casu eandem uocem in utroque scriptam esse cum uix possit cogitari, fortasse licebit conicere in codicis *R* exemplo ex uetere lectionis discrepantia utramque lectionem fuisse perscriptam, uel ipsum *R* hanc lectionem ex alio codice desumptam pro uulgata recepisse.

¹⁴⁾ Aliud interpolationis exemplum ex ea Hygini parte quae a scholiis aliena est liceat proferre. p. 52,5 pro 'itaque anguis et in *Aesculapii tutela* et in astris dicitur collocatus' *R* habet 'i. a. et *Aesculapius* (= cod. Oruill.) *Iouis tutela* in a. d. c.', quod non est probandum. nam *Iouis tutela* sic usurpatum a consuetudine Hygini abhorret, cum '*Iouis etc. beneficio*' saepe adhibeat. etiam sententia uulgari lectioni fauet. *Aesculapium* enim esse illud *Ophiuchi* signum cum antea dictum sit (p. 51,15), iam (inde a u. 25) caena narratur, cur anguem manibus tenens figuratus sit, ita ut h. l. anguem in eius tutelam receptum simulque signo eius caelesti attributum esse necesse

lectione *ad sacrificandum ei aquilam auspicatam* nisus — sed ipse dubitans — protulit *ad s. ei egresso* eqs., adhibito ni fallor Seruii loco (ad Aen. 9,561) ‘ad quod (scil. bellum) *egrediens* Iuppiter aquilae uidit augurium’. immo retinenda est lectio scholiis probata *sacrificanti ei* eqs. quod autem *R* habet, ni fallor ex uitio exempli fluxit in quo *sacrificandi* scriptum erat, cf. p. 77,20 β, ubi pro *exoptanti D¹R* habent *exoptandi*, in *D* a m. 2 in *ex optato* correctum, quod β temere recepit. 2 5 *alii quod Nilus* habet *R* (= *D²*) pro *alii qua Nilus* (u. not. ad l.), 1 9 *ortum* mutatum in *tortum* pro *tostum*, 4 9 *conscripsit* pro *non scripsit* (u. ad l.); 10 12 *deformaret* in *passium* mutatum est (= *PU*), cum obiectum *eum* iam in *X* intercidisset (u. supra p. 49). interdum in *R* formae uel locutiones uulgaris sermonis huius scriptoris proprii ad grammaticae leges et usum linguae latinae accommodatae sunt¹⁵⁾. 8 9 et 18 6 (u. ad hunc l.) singularem uerbi *iungendi* structuram neglexit, 7 11 pro *falsum* notione aduerbii simili usurpato legitima forma *falso* correctae est, ibid. 12 *hoc e facto* pro *e facto*, quod ubique apud Hyg. exstat, 25 22 sqq. perperam femininum pro masculino scriptum est (u. not. ad 25 1), 6 1 *collocata* (= *B¹*) pro *constituta*, quod ceteri omnes cum scholiis habent, inrepsit. — ex ea Hygini parte, quae scholiis non continetur, nonnulla liceat addere: uelut simplicia pro compositis, composita pro simplicibus usurpata, *monstrare* pro *dem.* pp. 45,15. 55,11.

sit commemoretur, superfluum sit Aesculapium in caelo constitutum esse denuo addere. *iouis* autem illo potissimum loco, cum nonnullae litterae fortasse iam falso bis scriptae essent, facile legi potuit. — addo pag. 37,20 ubi quod *R* habet *heniauctas* (*eniausias* Burs.) pro *etesias* (*ethesias* ut uidetur *X*) et ipsum interpolatum esse iam C. Robert docuit l. c. ad p. 81,11.

¹⁵⁾ cf. e. g. p. 37,18 ‘qui *aestui* . . . mederetur’ = *PF*, cum ceteri codd. *aestum* recte retinuerint, u. Muncker ad l., Wölflin N. Mus. Rh. 37 p. 114 adn. 1. — p. 35,20 *secundum arborem quandam* in *R* mutatum est in *sub arbore quadam*, sane cum insolitus huius praepositionis usus offenderet. nec uero desunt similia exempla, ut Plin. N. H. XXXI 49 *secundum puteum dextra ac sinistra fodiunt aestuaria*, VII 214 *statutum (horologium) . . . secundum rostra*, alia. et fortasse in uertendo loco graeca uerba nimis anxie ut saepius expressit Hyg., nam ni fallor legerat κατὰ (an παρὰ?) δένδρον κ. — p. 32,15 *quidem* in *R* temere mutatum est in *autem*, quod in sententiae conexu facilius esse uideretur. sed spectat *quidem* ad u. 18, ubi Arati sententia refutatur.

cf. 47,1; *scripsit* pro *conscr.* 56,25; *uersam* pro *conu.* 59,9; *inesse* pro *esset* 61,4; *suscepisset* pro *rec.* 72,18; *proiecerunt* pro *dei.* (cf. p. 36,15) 35,19; p. 35,5 *reddidisset* pro *fecisset*¹⁶⁾, p. 65,9 *contendisset* pro *constitisset*; pag. 65,2 *aiunt* pro *addunt*; pag. 73,17 *sagittam dirigere* (pro *s. mittere*), quam uocem per ipsum librarium ex eius aetatis sermone quasi sponte in contextum inrepsisse, quae eius quo *R* fere exaratus est temporis documenta e. g. Alcuini uel Hrabani litteras inspexerit uidebit. ceterum u. Wölfflin l. (adn. 15) l. p. 109. — denique 25 3 quod soli *DM* seruauerunt in *iis* et scholiorum lectione in *his* et firmatur, 9 11 in *R* (cf. *F* deest *autem*¹⁷⁾); 6 18 (*est posita* = *G*) et 15 6 (*secum ducens* = *M*² uerborum conlocatione *R* a ceteris codicibus et scholiis recedit

Codices *DM* cum his locis aut merito aut iniuria contra *I* consentiant, non raro ipsi inter se discrepant, ita ut *MR* contra *D*, uel *DR* contra *M* faciant, codicum *XY* communi memoria, uel ex scholiis intellegitur, aut seruata aut corrupta.

Sic *D* aberrauit: 1 16 *pistricis caput* pro *cap. pistricis*, 16 2 (*ut om., opereum*), [19 4 *hunc* pro *eum*,] 21 8 *oriens* pro *exoriens* 10 17 quod β habet *paucae* et cum non nisi codicibus *FD* (*paucaet* m. 1) *M*² sit seruatum, pristina lectio *paucae* (*pauca* *A* restituenda est. 6 25 quod corruptum in *D* exstat *colcata* idem ni fallor resipit uitium quod *VP* indicant *collocata* (sic β). genuina enim lectio *coniecta* (cf. 17 11) cum in *conlecta* uel *collecta* abiisset hoc ut ineptum in *collocata* (et *testudinem* in ablatiuum) correctum est. denique coniunctiuus *diuiserint*, quem soli *MR* cum scholii 2 8 seruauerunt, optime quadrat in Hygini usum (u. not. ad 12 9), et iisdem recte traditum est *ibi* pro *ubi* 15 6.

Rarius scholia codici *D* contra *MR* subsidio sunt. 10 2 genuinae scholiorum lectionis *qui uir* pro *cur* ex nostris codicibus unus *D* aliquod praebet uestigium (u. ad l.). 25 11 *dixerunt* pro *scripserunt* in *M*¹*RF* errore oculorum ex uersu 9 inrepsit. 8 *autem* quod codex *C* habet abest a solis *MR*.

Contra codicem *M* scholia cum *DR* recte consentiunt: 1 2

¹⁶⁾ *Reddere* (cf. pp. 50,10. 55,2. 57,2. 60,21. 67,20. 79,3) eadem quae *facere* notione nusquam ap. Hyg. occurrit. contra *facere* ut alias saepissimè ab eo usurpatur, sic cum duplici ut dicunt accusatiuo (cf. pp. 70, 5.10. 79,2

¹⁷⁾ Idem solus habet *R* 21 8 in eadem fere uerborum structura, in qua *autem* in hoc tertio libro raro omissum est.

Orchomeno, pro adiectiuo *Orchomenio* ad oppido pertinente, quod Hygini consuetudini repugnat. 6 17 pro *filio* iam β restituit *filiae* (u. ad l.). 7 10 *omnibus* pro *hominibus* (*homines* perperam *A*) sententia ultro refutatur. quae uoces quam facile inter se confusae sint, scholiorum codex *K* demonstrat, in quo pro corrupta codicis *A* lectione et ipso *omnibus* scriptum est.

M cum scholiis et nonnullis codicum recentiorum recte habet 6 11 *Bacchas*, 13 4 *eam quaesitum*. 25 22 *DR* alii falso (u. not. ad 25 1) femininum *hanc eandem* exhibent, 1 13 *habens ad exortum pro ad ex. habens*.

Interdum cum uetustiores uitati sint, recentiores aut omnes aut nonnulli ita cum scholiis consentiunt, ut de archetyporum *XY* communi lectione non possit dubitari. 6 28 uoce *Uenerem* in *DM¹R(B)* omissa in *DR*, ut sententia restitueretur, *uenisset* (idem in *P* inrepsit) pro infinitiuo scriptum est, in 'Voss. tert.' *Proserpinam*, particula *cum* eiecta. in *D* interpolatio magis progressa est, cum *earum* in *dearum* a correctore mutaretur. ib. 5 in *D¹M¹R* est *Eurydicis* (cf. *euridis P*). 1 19 *DMR* alii summam stellarum exhibent *XVIII*, cum *XVII*, quod scholia et codd. deteriores seruauerunt, ex Pseudo-Eratosthene necesse sit enumerentur. de 9 9, ubi uetustiores codices secutus iniuria Bursianus a uulgata memoria recessit, u. ad l. 19 8 *antarcticum* (—on schol.) in uetustioribus ex *arcticum* correctum est. 10 15 *eius* recte β (Schefferi eandemque Munckeri coniecturam secutus) ex *G* (u. supra p. 10) restituit, cum ceteri codd. perperam habeant *esse*. ibid. 14 particula *et* recte bis posita (cf. u. 9 sq. *et celerrimum . . . et acutissimum . . .*) deest in *MR¹*, cum *D* grauiore corruptela laboret. eidem *G* uni debetur quod 10 12 β scripsit *Iouem fecisse et cum*, cum ceteri codd. et edd. omnes falso tradiderint *I. f. ut cum*. scholia autem quamquam uerba quae inter *Iouem* et *cum* leguntur omiserunt, tamen ni fallor ex ipsis his uerbis apte omissis concludere licet etiam in *Y* fuisse *et*. praeterea scholiis cum solo *G* fere conuenit de locis 12 4 (*uolantem*) et 25 26 (*quod . . uidetur*). u. ad ll.

His locis addere liceat paucos, quibus quamquam cum deterioribus scholia consentiunt, tamen eorum lectio falsa, genuina ea est, quam soli uetustiores seruauerunt. cum igitur codicem *X* integrum his locis fuisse necesse sit, casu lectiones illas deteriores

inrepsisse suspicandum est, siue quod ex sententiae conexu com-
mode librariis se offerebant, siue cum in deteriores nostros ex
alio codice illius scholiorum exempli similiore interpolarentur.
sunt autem — leuiora omitto — 6 16, ubi *quod* pro *quorum* et
propter litteras fere easdem et propter sensum faciliorem potuit
inrepere, cum uocis *quod* loco positam esse *quorum* nequeat
cogitari. 14-13 pro *uenustate* — scilicet cum minus placeret illud
Urion, 'perdidit antiquum littera prima sonum' (Ouid. f. 5,536) —
ut *uetustate* scriberetur, praesertim cum sequatur *consuetudine*,
facile potuit fieri. 2 1 *quod ut* ei quam *M²FNU* et ceterae
ante β edd. cum scholiis exhibent lectioni *uelut* uidetur ante-
ponendum, tum *ita* scribendum [*id* scholia, *itaque* quod Hygini
plerique codices habent ni fallor inrepsit, cum id quod sequitur
quod falso pro particula haberetur].

Iam transgrediendum est ad eos locos, quibus codex *Y*
prorsus a codice *X* abhorreat et ita quidem, ut lectiones eius
aut manifeste sint meliores, aut certe non habeant cur inpro-
bentur, cum autem codice sint traditae uulgata memoria tot locis
praestantiore, et ipsae integritatis in uniuersum praebeant speciem.
hanc non plane certam esse rationem consentaneum est, nec
uero alia licet uti, cum in eo qui nunc praesto est subsidiorum
apparatu, tum in hoc scriptore, in quo uel optimum codicem non
omnibus ex partibus ceteris meliorem esse ex memoriae eius
condicione sumendum est.

Conlocatione uerborum qui loci a uulgata lectione recedant¹⁸⁾
enumerare longum est, satis sit protulisse paucos illos, quibus
codicis *Y* lectio certis causis probetur: 3 10 *alter boreus alter*
notius, hoc enim ordine Hyginus in u. inseq. pergit et eodem in
epitomes et scholiorum Germ. catalogis utriusque piscis stellae
enumerantur. 20 8 *inter Capricornum et Aquarium*, nam zodiaci
signa ab Hygino semper suo ordine adferuntur, e. g. III 39 *inter*
Leonem et Uirginem, Aquario et Piscibus, 31 *Scorpione et Sagit-*
tario, 21 *inter Taurum et Geminos*.

Magis incertum est, quid iudicandum sit de iis locis, ubi

¹⁸⁾ Quorum nonnullos scholiastae (uel scholiorum librariis) deberi non
est cur negemus, u. supra p. 43. — ceterum moneo conlocationem uerborum
in hoc libro Hyginiano multimodis abhorrere a legitima et commoda.

desunt in scholiis uerba a nostris codd. seruata. sed temere I. Vogels quod 4 10 in *AC* deest *tragoediarum scriptor* (cf. pp. 53,21. 69,3) etiam e nostris codicibus eiciendum, 1 14 sq. breuiorem scholiorum lectionem genuinam esse putauit (u. ad ll.). **etiam 3 6** cauendum est, ne scholiorum lectionem *qui his locis sunt proximi* Hygino obrudamus (u. ad l.). ex ceterorum locorum numero liceat adferre 10 15, ubi uocem quandam, quam in *X* post quod exstitisse ex codd. *D* (*iam*) et *R* (*icon*) conligendum uidetur, etiam in *Y* fuisse nihil obstat ne suspicemur. sed quod **Bursianus** pro *icon* coniecit *Croto* et palaeographicis rationibus **et** sententia refutatur, nam plane est superfluum hoc nomen **addere**, quod etiam β ex Hemsterhusiano codice inconsiderate **recepit**. mihi uidetur in perscribenda uoce *iam R* errasse — sic **ut** *co* pro *a* legeret; similia autem menda, notissima uerba corrupta, etiam aliis huius codicis locis inueniuntur — et retinendum quod iam Robert probauit *iam*, quod eiecta 'inepta interpolatione *Satyris*' (Rob. ad l. p. 153,4) optime ad sensum quadrat. — uno loco 7 11 (de quo u. not.) uocem (*constitutus*) in scholiis omissam **etiam** ab Hygino abiudicandam esse censeo. adde 25 25 ubi **dicitur** eo quod sola scholia seruauerunt *nimum elatum* iure **desse** conprobatur (u. ad l.).

Cum igitur de iis quae in scholiis desunt ne id quidem certis fundamentis possit statui, utrum in *Y* defuerint an postea interciderint, ea quae praeter communem codicum *XY* memoriam in scholiis exstant¹⁹⁾ in ipso codice *Y* fuisse statuendum est (u. supra p. 43). ut autem Hygino haec ut uberioris memoriae fragmenta restituamus, in primis locus ille in Leporis scholio in *X* deperditus suadet, cui duo illa fragmenta in scholiis Basil. tradita succurrunt. tamen et his amplioris memoriae locis et ceteris, quibus codicis *Y* memoria a uulgata diuersa est, id est agendum, ut certae causae, cur scholiorum lectio praeferatur, quantum fieri potest exquirantur.

Quod scholia sola habent 15 2 *morbo*, 17 19 *summum*

¹⁹⁾ Ea tantum dico quae ad rem et ad sensum spectant, non infinitium esse uel pronomina et aduerbia quaedam et similia addita, quibus amissis nihil mutatur. nam in huiusmodi rebus quam neglegenter et uarie hic scriptor se gerat, et singuli librarii quantum inter se discrepent, in unaquaque fere pagina licet obseruare.

epitomes (et schol. Germ.) adsensu Hygino uindicatur. sed ut tam manifesto testimonio codicis Y memoria confirmetur raro euenit. nam ne iis quidem locis, ubi quae Hyginus habet eadem in epitome et in scholiis Germanici exstant, ex comparatione eorum certum fructum ad memoriam eius statuendam licet percipere, cum neque accurate graecum auctorem sequatur et aliena admisceat, aut simplicia uerba suo Marte inani quodam tumore inflet. nec uero quisquam dubitabit, quin genuina sint e. g. (u. ad ll.) quae 15 9 in X desunt uerba *ne data beneficia aliquo tempore degenerarentur*, 13 6 *paene omnes et 3 Nerei filiam*, 1 9 *Ino*, 25 25 *nimum elatum* et totus ille locus his uerbis seruatis a uulgata memoria recedens. ibid. 18 sqq. scholiorum memoria de Martis stella quae *Pyrois* uocatur meliorem esse satis mihi uideor probauisse, nec non quam in Iouis stella Y seruata structuram de qua . . . scribit. ait enim eqs., et uerba ab Ioue (25 1 sq. 7). quod aptissimum est ad sensum cum 9 4, eumque 10 6, genuinum esse non est cur negemus. copulam seruauit in X deperditam 6 3 erat. 22 5 cum in X fuisse uideatur diuenteretur, scholia deuenteretur recte exhibent. copiosior structura quae 12 3 tradita est prorsus cadit in huius scriptorem, ib. 10 quam scholia habent uberiorem lectionem *Iouis uictorem reuertisse* maiore auctoritate utitur. 21 9 scholiorum lectione quo (pro quod), 2 4 ablatiuo *graeco*²⁰⁾ sententia uidetur restituta, nec minus placet 24 5 *'spectans ad occasum ut inter Geminos et Cancrum constitutus uidetur'*. 7 7 *ut impetum aquilae uitans* sane anteponendum est uulgatae lectioni *ut aquilam fugiens*. ib. 5 *ut sui copiam faceret* pro *ut secum concumberet*, 10 9.10 *adsiduitate* et *exlitisse* pro *diligentia* et *factum esse*, 12 18 *tibia* pro *penna*, quibus addo 19 5 *urbs* pro *insula*, ut nobiliora ut ita dicam uel minus usitata uel peculiaris notiois uocabula commendanda uidentur pro uilioribus uel usitatoribus. sed incertam hanc esse saepe rationem concedo, nec pauci restant loci quibus scholiorum lectioni memoriae eorum auctoritas, quam non ab omni parte absolutam esse et perfectam monuimus, sola patrocinetur. e. g. 22 4 ambigitur inter *statueretur* et *numeraretur*,

²⁰⁾ In uulgata lectione *Iouis nomine*, graece Διός, ablatiuus nomine ferri non potest. hoc eiecto graece Διός prorsus ex more Hygini insertum est sed scholiorum memoria haec coniectura tollitur.

ib. 10 sq. de structura *Iouem miseritum . . . constituisse et Iuppiter miseritus . . . constituit*, cum ex Hygini dicendi consuetudine certa ratio neutri lectioni possit obici. eodem cadit, quod de temporibus et modis in enuntiatis secundariis (u. ad 12 9) inter scholia et X saepe non conuenit. nec multum prodesse scholiorum incertam memoriam in nominum graecorum casuum formas inquirentibus ex iis quae ad 1 22 3 12 4 9 attulimus intellegitur.

Ut uero huiusmodi locis — quos singulos enumerare longum est — utriusque memoriae auctoritas quasi par existit, ita inter X et Y, quamuis differant, tamen summam intercedere similitudinem cum ex integrarum lectionum crebro consensu intellegitur, tum ex uitiiis, quibus utrumque laborasse nostri codices indicant. sic 25 1.6.10 et Iouis et Saturni stella *Phaethon* appellatur, cum illa deberet *Phaenon*, ib. 17 sq. uerba *ut nihil — impetrauit* integra esse uix possunt. in Nauis (17) catalogo *stellas et IIII ante puppi* in utroque iam uidetur defuisse. Sirii (15) catalogo dudum corrupto — duo uitia *auribus et in cauda IIII* ex graeco exemplo fluxisse probauit Robert ad l. — et Y et nostri codices uarie studebant mederi. etiam in Capricorni catalogo (9 12) commune uitium uidetur statuendum, quod ut tolleretur fortasse in Y tradita lectio mutata est. eidem quae subiungitur summa corrupta est, nec non ultimum quod ex secundo Hygini libro scholia exhibent enuntiatum uidetur deturpatum (u. Robert ad l.). 14 25 XY de *exortu* consentiunt. 17 19 *sub reiectu* etiam in Y fuisse ex codicis A corrupta lectione conligendum est, pro quo recte Bursianus uidetur scripsisse *supra tectum*; sed incertum est quod idem pro obscuro infinitiua *pagasae* (17 9), quem XY habuisse uidentur, proposuit $\pi\acute{\alpha}\xi\alpha$. 15 3 *canem munere* (pro *muneri*) *accepisse* quamquam ceterorum locorum (a scholiis alienorum)²¹⁾ consensu refutari uidetur, tamen haud scio an possit tolerari in hoc scriptore peculiari sermone tam saepe uso. etiam alii loci, siue sunt suspecti siue non mutandi,

²¹⁾ cf. pp. 38,19 (munere BGN) 39,19 (munere B, om. GFU) 43,21 (munere D³P). contra 'dedit pro munere' (datiu. DFU edd. β, ablat. G) Hyginus habet p. 39,3, cf. 30,22. — quod in R h. l. est in *munere* apud Hyginum nusquam occurrit, usurpatur in scholiis Sangermanensibus.

cum consensu scholiorum et nostrorum codicum sint traditi, quae similes archetypi *XY* fuerint amplius demonstrant.

Ita uel si ipso codice *Y* toto liceret uti, codex *X* negligere non posset. cuiusmodi uero saeculo *Y* attribuendus sit, cum ex eadem quam praebuisse uidetur Hygini memoria aliqua cum probabilitate***) perspici non possit, num quid de hac re ex alii. indiciis liceat concludere, iam quaeramus.

**) De Isidori exemplo u. infra p. 66 adn. 13.

Caput IV.

De Hygino cum 'Arato' coniuncto.

Aratus latinus Ciceronis cum Hygino in unum coniunctus, qualis in Britannicis codicibus nobis praesto est, mire quadrare videtur in locum Isidori (de nat. rer. 17), ubi Aratum et Hyginum se sequi testatus (*Dicunt antiqui Aratus et Hyginus*) Hyginum solum, et ad uerbum fere, exscribit (usque ad p. 34,5 ed. Becker). potest igitur cogitari, quod Aug. Reifferscheid coniecit (quaestt. Sueton. p. 443), Isidorum ante oculos habuisse exemplum ita instructum, ut Arati carmen et Hyginus unum quasi librum efficerent, i. e. 'Aratum latinum, cui Hygini astronomia fabularis adscripta fuerit', Aratum autem illum fuisse carmen Ciceronis.

Neque est cur tale quid factum esse miremur, cum de rebus quae tractantur inter utrumque non modo conueniat, sed Hyginus in componendo libro ipsius Arati quasi summi harum rerum auctoris rationem quam maximam habuerit. nam ut nonnullas eius sententias quas falsas esse putat castigat¹⁾, ita sequitur eum magna ex parte et quae 'ab Arato obscurius dicta' ei uidentur, 'plinius ostendit' (p. 22,1 Bunte)²⁾. facile igitur poterat

¹⁾ In explicandis signis (lib. II) aliquotiens ab eo recedit Parmeniscum secutus, ut censuit Robert (l. c. p. 225 sqq.)

²⁾ De hac re agere cum non sit nostrum, pauca tamen liceat attingere. p. 106,10 (ed. Bunte) ne ab Arato quidem ('Aratum ipsum negare') planetarum cursus posse definiri dicit Hyginus. exscriptum autem esse Arati carmen ab eo iam C. Robert nonnullis exemplis probauit — adde quod Piscis solitarii nomen *notius* ab Arato (u. 388) desumpsit, cum apud 'Eratosthenem' *magnus* sit uocatus —, et tertium et quartum librum inspicientibus elucet. nam quae de mutuo signorum situ, de circulis quibus diuiduntur, de ortu eorum et occasu Hyginus profert, maximam partem ex Arati carmine deprompta sunt. haec autem cum in quarto libro secundum continuam Arati enarrationem conscripta sint — cap. 2 (usque ad p. 100,14) = Ar. 481—499 de aestiuo circulo, c. 3 (usque ad p. 102,19 exceptis iis quae de aequinoctiali circ., c. 4 (usque ad p. 104,4) = 501—510 de hiemali circ., c. 12 = 704—732, 569—703 de siderum cum singulis zodiaci signis ortu et

fieri, ut duo hi libri in unum conscriberentur. qua autem fere aetate id factum sit et cur Ciceronis potissimum Aratus fuerit electus, ni fallor indicatur Germanici Arato, qui Lactantii Firmiani aetate — sub finem fere tertii saeculi — cum scholiis (iis quae Basileensia uocauit Breysigius) uno uolumine iam ita coniunctus erat, ut pater ille ecclesiae cum scholiorum quendam locum adferret ‘Caesarem in Arato’ laudaret³), quasi ab ipso Germanico et carmen et scholia fuissent confecta. scholia igitur illa iam altero p. C. saeculo ex graeco uidentur translata et Germanici carmini adiuncta esse. inde ab hac autem aetate usque ad eam, qua Auieni Aratus in publicum prodiit⁴), id tempus statuendum est, quo — siquidem ipsa antiquitate hoc factum est — ad Ciceronis Aratum Hyginus adscriptus sit. nam cum Ciceronis carmen praeter Germanici Aratum inter huiusmodi carmina, quae permulta erant (u. Hieronymi locum in adn.

occasu —, in tertio ad singula signa distributa sunt adiectis iis quae mutuo eorum situ in carminis prima parte adferuntur. sic uenit in mentem quod — posteriore quidem aetate — Leontius mechanicus (de fabrica sphaerae Aratae p. 136 ed. Sanctandr.) iis praecipit qui discere uelint, quae Aratus de singulis signis disseruerit: τὸν περὶ τῶν ἀστέρων λόγον εἰς τρία μέρη διαιρεῖ ὁ Ἄρατος. καὶ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ διδάσκει περὶ τῆς πρὸς ἄλληλα αὐτῶν θέσεως (u. 26—453) . . . ἐν δὲ δευτέρῳ περὶ τῆς νοουμένης αὐτῶν ὑπὸ τῶν κύκλων τομῆς ἢ ὁποιασοῦν αὐτῶν πρὸς τοὺς κύκλους σχέσεως (462—558) — ἐν δὲ τῷ λοιπῷ περὶ τῆς γενομένης αὐτῶν πρὸς τὰ ἀνατέλλοντα μέρη τοῦ ζῳδιακοῦ στάσεως (559—732). . . ὥστε ἂν θελήσωμεν ἕκαστον τῶν ζῳδιακοῦ κατὰ πάντα συμφώνως ἐντάξαι, ζήσει τοῖς τρισὶ τόποις ἐντυγχάνοντας ἐπισκέψασθαι εἴ τι λέγεται (λέγονται ed.) περὶ τοῦ ζητουμένου ζῳδίου καὶ κατὰ μέρος ἐν τῷ εἰρησῆται καὶ ἐν τοῖς δυοῖν ἢ καὶ ἐν τρισὶ τμήμασιν· εἴαν οὕτω τύχη περὶ αὐτοῦ λεγόμενα, εἰς ἐν συναγαγόντας ἐν τινι πτυχίῳ ἔργοι σχεδασίῳ πρὸς τὸ ἐτοιμον σχεδιάσασθαι. — sed alio praeter Aratum fonte etiam in his rebus Hyginum usum esse eo conprobatur, quod etiam de arctico et antarctico (et lacteo) circulo fusius egit.

³) Lactant. I 11 p. 183A Migne (Robert l. c. p. 156). ceterum u. Robert p. 9 adn. 11.

⁴) Hoc quando factum sit indicant S. Hieronymi uerba in comment. ad epistolam ad Titum missam (intra annos 386—392 conscripto, u. Teuffel hist. litt. Rom. 434, 1. 2 ed. 4) c. 1: ‘quem (scil. Aratum) Cicero in latinum sermonem transtulit et Germanicus Caesar et nuper Auienus et multi quos enumerare perlongum est.’ (Vallarsii edit. alt. t. VII 1 col. 706, Teuffel l. c. 420,2).

exscriptum), auctoritate et gratia praestaret⁵⁾, in promptu erat, cum Germanico scholia essent addita, etiam illud carmen uno volumine comprehendere cum libro Hyginiano ad Aratum explicandum paene facto.

Sed etiam Ciceronis ipsius Hyginus aliquam rationem habere uidetur. pag. 103,18, ubi Arati duos uersus exscribit, Ciceronis eosdem addit praemissis uerbis 'idem Cicero dicit'. iidem seruari sunt in Ciceronis de nat. deor. libro II 108 (frg. X ap. Baehrensium), quo loco cum Cicero scripserit *hoc*, scil. ut uersus cum iis quae praecedunt uerbis aptius cohaerent, Hyginus *quod* habet, ita ut ex ipsius carminis continuo ordine locum exscripsisse uideatur. sane ne postea interpolatos hos esse putemus, alter locus, quo utrumque Hyginus laudat, nos impedit, III 29 p. 94,10, ubi cur stellam qua uincula Piscium coniunguntur Aratus (u. 245) *συνέσπον ὑπουράνιον*, Cicero (u. 17) *nodum caelestem* uocauerit, suo Marte explicat: 'qui utrique uolunt significare' eqs. his locis cum nomen Ciceronis adferat, eundem castigare uidetur III 11 p. 86,6, ubi sententiam eorum refutat, qui, cum Aratus diceret Perseum 'inter sidera (sic codd., astra β) *κεκονισμένον* figuratum, acceperunt eum puluerulentum dictum'. ita enim Cicero uertit u. 25 (et Auienus u. 567 eum ni fallor secutus, u. supra p. 35 adn. 17), cum Germanicus (u. 253) sententiam magis quam uerba expresserit. quod autem 'conplures' laudantur, cum de solo Cicerone sermo sit, in Hygino noli mirari (u. infra p. LXX). praeterea II 14 init. ni fallor Ciceronis memor ad graecum nomen *Ophiuchus* — idem Germanicus retinuit — adiunxit 'qui apud nostros scriptores *Anquitenens* est dictus', quod nomen latinum solum adhibuit Cicero. adde quod id signum, quod graece *Κήτος* uocatur, cum hoc nomen in secundo libro (c. 31) ex 'Eratosthene'

⁵⁾ Reuera Ciceronis carmen tam eximium locum tenuisse et illo Hieronymi loco probatur et laudibus quibus a Firmico Materno extollitur (*Mathea*. II praef., p. 15 ed. Pruckner Basil. 1551, cf. Teuffel l. c. 52,4) et eo quod Lactantius eius Aratum praeter Germanicum adhibuit (V 5, 5. 9). Auienum eius magis rationem habuisse quam Germanici iam G. Sieg (u. supra p. 35 adn. 17) contendit. neque Antoninorum aetate sine aliqua gratia fuisse Ciceronis Aratum haud scio an liceat concludere ex eo quod Gordianus primus (natus a. 158) 'adulescens cum esset . . . poemata scripsit . . . cuncta illa quae Cicero, id est . . . et Aratum . . . quae quidem ad hoc scripsit ut Ciceronis poemata nimis antiqua uiderentur'. Iul. Cap. Gord. 3,2 (II 31,10 Peter) cf. Teuffel l. c. 189,2. 375,2.

(cf. epitom. et schol. Sang.) receperit Hyginus, in tertio et quarto eodem nomine, quo a Cicerone, appellatur *Pistrix*, cum Germanicus huius uocis integra forma graeca utatur *pristis*⁶⁾. alia nonnulla ut incerta malo omittere.

Haec carminis Tulliani in Hygino uestigia satis exigua esse concedo. sed consentaneum est minus eum respexisse interpretem, cum ipsius auctoris graeci eximiam habuerit rationem. id uero licet statuere Hyginum ex numero eorum qui Aratum in linguam latinam transtulerant dignum cui operam daret solum habuisse Ciceronem. potuit igitur fieri, ut astronomia Hygini, cuius 'genealogiam omnibus notam' iam initio tertii saeculi magistelli graecam linguam pueros docentes graece uertebant⁷⁾, huic potissimum carmini commentarii in modum adiungeretur⁸⁾ qualem nonnullis saeculis post eam legisse suspicamur Isidorum

Huic uero totum Hygini librum, eam quidem quae non superest partem, non frustula eius nonnulla ad manus fuisse i quos ex eo excerpserit locis satis demonstratur. quos cum omnes congererit Gustauus Becker, percensere liceat.

Laudato Hygini nomine eum exscribit:

c. 19 de lunae cursu, pag. 39,16—40,2 ed. Becker = pag. 115,4.5.11—13 ed. Bunte.

c. 48 de partibus terrae, p. 78,14—79,8 = p. 27,1—15.

h. l. cum etiam ea quae Hyginus huic capiti praefixit 'Nunc exponemus' ad uerbum exscripserit (quod Beckerus neglexit), tum demum nomen eius adfert ('ut testatur Hyginus'), cum ad ipsam eius de Terra disputationem peruenit. utroque autem loco pariter atque eo a quo profecti sumus initio prorsus Hygini uestigia premit, sub finem et omitiendo et mutando paullo ab eo recedit. tamen in cap. 17 'Arati et Hygini' auctoritatem denuo ('putant idem philosophi') inuocat.

Praeterea huc pertinent duo loci, quibus cum 'antiquos' laudet (cf. c. 17 'dicunt antiqui A. et H.') Hyginum sequitur:

⁶⁾ De duplici huius uocis forma deque notione eius u. F. O. Weise Die griech. Wörter im Latein pp. 74. (114.) 494.

⁷⁾ cf. Dosithei Magistri illum locum a. 207 p. C. scriptum, interpret. lib. III ed. Böcking p. 65 (Hygini fab. ed. M. Schmidt p. LIV. Teuffel l. c. 262,5).

⁸⁾ Ipsum Hyginum commentarium Aratei carminis scribere sibi non proposuisse ex libri eius praefatione intellegitur.

c. 4 de mensibus p. 11,2,3: *'Mensem autem antiqui defini-
erunt quamdiu luna zodiacum circum perducit'* = Hyg. p. 120,16.

c. 16 de quantitate solis et lunae, p. 33,1—6 *Lunam autem
minorem esse dicunt antiqui* eqs. cf. Hyg. p. 118,7—13⁹⁾.

Cetera quae apud Isidorum exstant Hyginiani libri frustula
ocis aliunde desumptis inserta sunt, et interdum quidem ita, ut
singula Hygini uerba cum singulis alieni auctoris in unum com-
misceantur.

c. 10 pag. 23,8—11 cf. Hyg. pag. 27,21—25 (omisso medio
nuntiato). fortasse etiam quae sequuntur cum Isidorus (ex Suet.)
compilaret Hyginum (cf. pag. 28,1 sqq. 15 sqq.) inspexit. sane
extrema capitis uerba *sed qui proximi sunt aestiuo circulo, ipsi
ut Aethiopes nimio calore perusti* (p. 24,1.2) Hyginiana sunt. cf.
p. 28,12 sq.

c. 12 polorum definitionem *cacumina — dictus est* p. 26,15—27,1
ab Hygino (p. 23,6—8) mutuatus est.

c. 18 p. 38,1—3 *si enim — eclipsis fieret* ad uerbum fere
exscripta sunt ex Hyg. p. 115,13—15,17.

c. 20 p. 41,3—9 cum Hygini loco p. 116,2—8 fere congruit,
contra initio capitis nonnulla tantum uerba ex iis quae ap. Hyg.
praecedunt (p. 115,21 sqq.) inspersa uidentur Suetonianae narra-
tioni. Suetoniana autem frustula uidetur admiscuisse loco se-
quenti ab Hygino desumpto. u. 6 (*'ad solis locum uel lineam'*,
i. e. initio capitis *'ad idem signum [cf. ad eundem locum signi
Hyg. p. 115,23] uel lineam'*) uerba *uel lineam* Suetonio deberi
aspicandum est (eadem habent Origines et scholia Sangerm., u.
Weckerum ad l.). etiam uerba pag. 41,9 *et ita ad oculos nostros
transmittit (et ita ad corpora nostra adicit Hyg.)* Suetoniana uidentur.

c. 21 p. 42,13—15 *ut per mediam — super terram* prorsus
insentiunt cum Hyg. p. 116,10—12. etiam quae praecedunt
quia ea demensione luna distat a sole ex Hygino desumpta esse

⁹⁾ Uerba *longinquitate autem locorum uisus languescit* ab Hygino (l. c.
1) aliena sunt. eadem cum occurrant p. 44,7 loco ex Suetonio desumpto,
ad scio an hanc Suetonii sententiam Isidorus ex memoria huic Hygini
intexuerit. etiam ad finem paullo ab Hygino recedit, et recte quidem
intitit, quod perperam in nostris codd. exstat *non* (u. 11). quod addit
perior fortasse et ipsum Suetoniani illius loci quem attuli (c. 22,2) memor-
erunt. ceterum nostrorum codicum memoriam tuetur, neque Bursianus
incautium *uidetur* in coniunctiuum debuit mutare (cf. *efficit* 18).

apparet, cum Isidorus Hygini uerba¹⁰⁾ minus perspicuus : Marte satis peruerse sententiam mutaret. perperam enim scripsit quia, quasi semper eadem esset positio solis et lunae et terra haec, 'ut per mediam terram siquid directum traicias' et sol et lunam contingas. hac re perturbata ne uerba et ipsa Hygino (u. 12—14) excerpta 'ideo uenit ut solis radii obiciere mole terrae [uel umbra] ad eam non perueniant' inepta uidentur, nonnumquam coactus erat inserere. quod praeterea ad uel umbra ad alteram quam attulit causam 'quia usque ad mare circum terrae umbra extenditur' respicit, quae uerba forsitan Suetonii sint, cui et alteram paragraphum et huius initi debere Reifferscheidus (l. c. p. 214) statuit.

c. 22 uerba *celerius exorta — non simul occidunt* p. 44,10— ex Hyg. pag. 21,1—4 exscripta sunt. — eiusdem capituli in Hygino uidetur usurpatus, cf. p. 106,3—6 . . 'ut stante mure stellae exoriantur et occidant. quod fieri non potest, si enim stellae uagae feruntur' eqs.

c. 28 cum incipiat 'Ambrosium in libro Hexaemeron loquentem', in medium paragraphi secundae enuntiatum — is antea non ita anxie patrem ecclesiasticum secutus — inter nonnulla Hygini uerba (p. 106,25—27) *sol ad eum — a non separatur* ultima hac uoce pro Hyginianis *lumen auerti solis* posita

Denique Hyginum inspexit in componendis de die, nocte mense capitibus. mensis definitionem (c. 4) iam supra et diximus ad uerbum ab eo mutuatum esse. et cum Hyginus eodem loco quo mensem etiam diem, noctem, annum — huius in definitione desinit is qui hodie exstat Hygini liber — defuerit, in propatulo est suspicari etiam haec Isidorum non neglexisse. et de nocte quidem uerba egregie cum Hyginianis consentiunt, nec quod de die adfert ab eius uerbis discrepat:

c. 2 p. 8,4 'nox est solis absentia (Suet.), *quamdiu ab occurrerit ad exortum recurrat*' cf. Hyg. pag. 120,15 'noctis autem spatium constituerunt esse, *quamdiu sol ab o. r. ad ex. reuertatur*

c. 1 p. 4,4 'dies est solis [orientis] praesentia (Suet.), quod *que ad occasum perueniat*' cf. Hyg. 'quamdiu sol ab exortu ad o.

¹⁰⁾ Etiam nostri codd. h. l. (p. 116,9) infecti uidentur. me quid quid sibi uelit 'cum prope dimensione sit luna' non intellegere fateor. tase autem scribendum est *prope dimensionem* i. e. *prope axem*, cf. p. 2 ed. Bunte.

de anno (c. 6), cum nostrorum codicum archetypus *X* in uerbis annum uoluerunt esse cum sol ab aestiuo circulo *redit*' (cf. c. 6 init . . . 'ac *reditus* per XII menses') desierit, quae integram anni (solstitialis) definitionem non praebet¹¹⁾, nihil audeo statuere.

Horum locorum¹²⁾ maxima pars ex iis Hygini capitibus, quibus de sole et luna (IV 13.14) agitur, deprompta est ad Isidori capita 16—21 componenda. sed ne suspicemur haec sumpsisse Isidorum ex Arati latini quodam exemplo, cui duo illa capita Hygini nomine laudato ut scholia adscripta fuerint, obstat, quod et eiusdem libri quarti alia frustula recepit et ex primo libro cum alios locos (cc. 48 et 10), tum quae ex praefatione, ubi Hyginus totius libri quasi conspectum explicat, in cap. 22,3 inseruit. itaque non fragmenta nonnulla, sed ipsum Hyginum Isidoro ad manus fuisse necesse est. nec solum eas partes,

¹¹⁾ *Redit* deest in *DM*¹, exstat in *R* et ceteris omnibus (*redat G*, cod. *B* iam p. 120,11 uerbo *demonstrabimus* finit). ita ut idem fuisse in *X* sit concludendum. *P* man. 2. haec supplet: *rediens* (pro *redit*) *CCC^o LXV dies suo cursu transigit*, cf. Stavereni codd. 'Voss. sec.' *descendens CCCLXV dies s. c. tr.* et 'Leid.' *rediens LXXVI* (sic Stav.) *dies cursum transigit*. aptius in *C* post *redit* adiunctum est *et zodiacum ad id signum unde incipiebat per-*
mittitur. nec potest negari mutilum esse enuntiatum, cum non liceat interpretari annum confectum esse tum cum sol in aestiuo tropico ('ultra quem non transit' Hyg. p. 24,18) reuertitur. quid uero supplendum sit (*ad eundem per XII signa*? cf. e. g. Gemin. p. 2 B . . . ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σημείου ἐν τῷ αὐτῷ σημείῳ ἀποκαθίσταται, Censor. 19,1), eo magis est dubium, quod non hoc solum excidit, sed multo plura de annis, cf. quae initio, ubi conspectum quasi totius libri praebet, dicit (p. 21, 17—20): 'diximus etiam, qua ratione priores astrologi non eodem tempore signa et reliquas stellas reuerti dixerint, et quare Meton diligentissime obseruasse uideatur, et quid reliquos fefellerit in eadem causa'. Hygino igitur probatur Metonis (quocum etiam ea in re facit quod annum a Cancro incipit) annus magnus, i. e. cyclus ille decemno- uennalis ad anni solaris et lunaris discriminum comparationem compositus. hunc num recte distinxerit a maximo quem Aristoteles dicit (Censorin. 18,11) anno planetarum, ex uerbis eius non satis perspicitur. sed si Isidorum l. c. p. 15,5 sqq. ad anni magni (i. e. maximi) definitionem uidemus addere *quem annum antiqui undeuicesimo anno finiri uel adimpleri dixerunt*, suspicio forsitan oriatur Isidorum hoc quoque Hygino Metonem sequenti debere et utrumque annum aut ipsum aut Hygini exemplo perturbatum confudisse, Isidoro igitur integrum Hyginum ad manus fuisse postea mutilatum.

¹²⁾ Sphaerae definitionem c. 12 p. 27,6 sqq. inspecto Hygino (p. 22,15) ab Isidoro compositam esse uix mihi persuadeam. neque c. 9 initio (cf. Hyg. p. 22,13 sq.) uidetur in usum uocatus esse.

quas in nostris editionibus primus et quartus liber continent, sed etiam mediam partem, qua de singulis signis caeli agitur, in eodem uolumine fuisse duobus locis, quos in caput 26, ubi de huiusmodi rebus dicendi sola occasio erat, ex libro II recepit, ultro probatur. c. 26,6 enim uerba *has Latini Uergilias — traditum signis* cum iis, quae ap. Hyg. p. 64,12–15 leguntur, ita consentiunt, ut Hygino ea deberi appareat. ib. 14 uerba *propter flammae candorem, quod eiusmodi sit, ut prae ceteris lucere uideatur* ex Hyg. p. 74,10¹⁵) exscripta sunt. tertium uero solum librum ei defuisse, quem cur in libro de nat. rer. adhiberet non erat, nemo opinabitur.

Iam discernitur, quantum interfuerit inter hoc quod Isidoro ante oculos fuisse suspicamur exemplum et id a quo nostri codices Britannici originem ducunt: in illo totus Hyginus integro

¹⁵) Idem Hygini locus orig. III 71,15 exscriptus est, ubi haec uerba apud Hyginum sequentia adduntur: *itaque quo magis eam cognoscerent Sirion appellasse*. — Praeterea in Originum libro III haec Hyginiana (nomine nusquam laudato) inueniuntur: III 32 *sphaera caeli est species quaedam in rotundum formata* (cf. XIII 5,2) cf. Hyg. p. 22,15; III 44,2–4 (XIII 6) cf. Hyg. p. 24,11–25,8. — III 71,23 de Ariete cf. Hyg. p. 62,1.(5.) — ib. 24 uerba de Tauro (*Taurum — transuexit*) quamquam fabula mutata, initio capituli Hyginiani (II 21 p. 62,9,8) inspecto uidentur conscripta. — ib. 25 de Geminis (*Castorem — dicunt*) cf. Hyg. p. 64,15.20 (*inter om. Dβ*). — ib. 30 *Sagittarius uir equinis cruribus deformatus*, qua lectione scholiorum memoria (10 3) firmatur (u. not. ad l.). — contra uerba ib. 31 *Capricorni figuram ideo inter sidera finxerunt propter capram Iouis nutricem, cuius posteriorem partem corporis in effigiem piscis . . . formauerunt* (cf. p. 69,18.21 = sch. 9 init.) neque scholiorum lectioni (9 6) *deformatam*, neque ei quam X praebet *formatione* obstant. — ib. 34 (de Auriga) conferas quaeso cum Hyg. pag. 46,23 et pag. 47,1–3; ib. 35 (de Arcto et Arctophylace) cum Hyg. pp. 30,4.31,4.30,13.14.31,2. — ib. 36 Isidorus consentit cum Hyginiani archetypi X memoria ab Y diuersa: *Centaurus Chiron propter quod nutrierit Aesculapium et Achillem inter astra dinumeratus est*, cf. Hyg. p. 75,11 sqq., sch. 22 1.3.4, in X enim est *numeraretur*, in Y est *statueretur*. — III 22,8.9 uerba (de Lyra) *Orpheo tradidit, qui erat huius rei maxime studiosus* cum scholiis (6 3, Hyg. p. 43,1) faciunt, nam in X deest copula *erat*. sequuntur haec Hyginiana: *unde et aestimatur eadem arte . . . feras . . . allucuisse*, sic Arealus, non *applicuisse*, quod p. 20 adn. 13 ex B. Uulcanii editione, alia destitutus, scripsit. ceterum u. l. l. — His locis addo XIV 6,29: *Historia dicit ex Iasone (= X) natum fuisse Philomelum et Plutum, ex Philomelo Pareantum (pareanta X) genitum, qui de suo nomine Paron (= X) insulam et oppidum appellauit*, cf. Hyg. p. 38,5 sqq.

Ciceronis carmini adiunctus¹⁴), in codicum *ACD* archetypo, cuius imaginem fidelissime seruauit *A*, mutilum carmen imaginibus et scholiis eis inscriptis et ex partibus libri secundi et tertii Hyginiani contractis exornatum. nulla igitur fere similitudo inter utrumque exemplum est, ita ut ad nostrorum scholiorum originem statuendam Isidori illud testimonium, a quo profecti sumus, paene nihil conferat. idem plane irritum cadit, si Isidorum 'Aratum et Hyginum' se sequi testantem conparamus cum Orosio 'Pompeium Trogum et Iustinum' non semel laudante¹⁵): ut hic solum Iustinum expilauit, ita Isidorus, cum Hyginum exciperet, non huius tantum nomen attulit, sed etiam eius, quem quasi summum auctorem ille agnoscit, Arati.

Sed etiamsi hic Isidori locus neglegendus sit, tamen quaeritur, an haec scholia cum imaginibus tam artificiose coniuncta ex ipsa antiquitate originem ducant. sane picturas illas egregias codicis *A* ad antiquum exemplar¹⁶) recedere peritorum iudicio

¹⁴) Scilicet in margine, commentarii instar. libros II et III igitur ad eam partem carminis adscriptos fuisse necesse est, qua de singulis signis agitur. haec cum iam antiquitus imaginibus fuerit instructa, quae in singulas paginas subiectis uersibus distributae erant (u. infra adn. 16), multum in marginibus suppetebat spatii quod impleretur. cum autem in ll. II et III singula signa eodem ordine tractentur, potest cogitari in illo exemplo singula capita ex utroque libro in unum composita et ad Arateum ordinem accommodata in marginibus uniuscuiusque signi adscripta fuisse. imaginum uero lineamentis, ut in *A*, includi non poterant, cum non pauca essent ampliora, quam quae ad figurarum ambitum accommodarentur.

¹⁵) Sunt hi loci, ad quos Guil. Studemund animum meum conuertit: Oros. hist. adu. pag. IV 6,1 *sicut Pompeius Trogus et Iustinus expriment*, ib. 6 s. *P. Tr. et I. fatentur*, I 8,1 *Pompeius historicus eiusque breuiator Iustinus docet*, I 10,2 *ait enim Pompeius siue Iustinus hoc modo*. Seru. in Aen. 6,782 *de hoc autem loco et Trogus et Probus quaerunt*, cf. O. Ribbeck Prolegg. Uergil. p. 145 adn., A. Sonny N. Mus. Rh. 41 (a. 1886) p. 479.

¹⁶) Aratei libri iam antiquitus imaginibus signorum exornabantur, quibus ii tantum uersus, qui ad singula signa pertinebant, subiungebantur, ita ut carminis continuus discerneretur. cf. Leontium de sphaerae Arateae fabricatione p. 152 ed. Sanctandr. "Ὁμηρον μὲν ἐν εἶδος γραφῶν βλάπτει, τῶν βιβλιογράφων Ἄρατον δὲ δύο, βιβλιογράφων τε καὶ ζωγράφων, auctorem de Arati genere et uita in Petauii Uranolog. p. 272 *A ἐλόμηναν δὲ πολλοὶ τοῦτο τὸ ποίημα ζωγράφοι καὶ ἀστρονόμοι καὶ γραμματικοὶ καὶ γεωμέτραι· ἕκαστος αὐτῶν πρὸς τὸ βούλημα τὸ ἴδιον γραφάς καὶ ἐξηγήσεις ἰδίας ποιούμενοι*. — Idem de latinis codicibus factum esse ex graecorum condicione et ex iis qui nobis seruati sunt latinis intellegitur. in Ciceronis codicibus *C* et *D* carmen eodem modo

constat. scholia autem codicis *A* uideri redire ad codicem quinto fere saeculo confectum supra (p. 24) monuimus. potes igitur cogitari eum, qui primarium illud exemplum in modum codicis *A* instructum condidit, ex quo *A* et *C* [et neglectis imaginibus cum scholiis *D*] fluxerunt, codice Hygini capitalibus litteris non post quintum saeculum exarato usum imaginibus ex antiquo quodam codice depictis et quasi renouatis scholia illa inscripsisse, scilicet Carolina fere aetate, qua antiquitatis et litterae et artes summo cum studio resuscitabantur. tamen audacius sit suspicari huius aetatis hominem sua sponte adductum esse, ut antiquas imagines scholiis hac ratione inscriptis exornaret. immo uero ipsum hoc genus imaginum litteris eis inscriptis quasi perfectarum (u. supra p. 17) antiquae artis esse statuendum uidetur, cui carmina illa figurata debentur et graeca et ea, quae Porfyrius Optatianus composuit, cui tabulae quae uocantur Iliacae, quarum partes nonnullas, e. g. columnas, litteris inscriptas forsitan huc liceat referre. fortasse igitur secundo uel tertio saeculo, cui ipsum codicem *A* attribuit Ottheleius, primarium eius exemplum compositum est, et eodem tempore, quo Hygini 'genealogia omnibus nota' scholarum in usum discerpebatur, astrologici eius libri particulae cum Ciceronis carmine et imaginibus Arateis¹⁷⁾ artificiosissime coniunctae sunt.

atque in *A* diuisum est, u. supra p. 28 et p. 35 adn. 16. etiam inter Germanici codices de hac re conuenit: Susiani imagines et uersus a Grotio de picta sunt, in Bononiensi imagines (binae) sunt in singularum paginarum columna laeua, in dextra carminis uersus (Dahms in ann. philol. 99 a. 186: p. 269 sqq.; specimen huius codicis edidit 'the palaeographical society' uol. I tab. 96), idem est in Bernensi ex Bonon. descripto (Baehrens PLM I p. 145 Breysig Germ. p. XVII). in Breysigii codice Basileensi imagines infra scholia pictae sunt (l. c. p. XIV), scholia autem sicut in Parisino (u. p. XV) singulis carminis particulis, iisdem quas Susianus habet, subiecta.

¹⁷⁾ Imagines ex Germanici Arato uidentur desumptae (u. infra p. XXXV) cui rei bene conuenit cum iis, quae de Ciceronis et Germanici carminibus supra (p. 60) adnotauimus. nam Germanici carmen iam initio imaginibus splendidissime exornatum esse sumendum est, Ciceronis Aratum ab adulescentulo, ut in utraque lingua se exerceret, conuersum neque tum splendide ornatum editum esse ueri simile est, neque postera aetate, qua artes et litterae Romae uigebant, Romanis acceptus erat. altero autem p. C. saeculo, cum 'antiqui' hominibus litteratis in deliciis essent, etiam Ciceronis 'Aratus' non fallor resuscitatus est (u. supra adn. 5 de Gordiano) neque parui in posterum aestimatus (u. adn. 5). his igitur inde ab altero saeculis potuit exsistere, quo carmen eius ad Germanici exemplum imaginibus, imagines scholiis illis nitidissime exornaret uel exornandas curaret.

Haec si ita sunt, huius primarii codicis apographum quinto saeculo scriptum et postea repertum homo antiquae artis imitatus est: circa annum 900, si ipsum *A* ab eo conum esse statuimus. sed cum codicem *C*, quem a communi exemplo cum *A* ortum esse demonstrauius (u. p. 36), recentiorem quam *A* ueri simile sit — nam singulari illa difficultate gines litteris inscriptis exornandi neglecta scholia extra eas scripta sunt (ceterum u. epimetr. sub f.) —, uix licet suspicari ex eodem illo quinti saeculi codice descriptum esse, sed us ex alio eius apographo. neque quidquam obstat, ne ab homine, qui antiquum illud exemplar inuenit, conditum esse eem putemus, a quo uterque noster originem duxerit. hoc ualumus, nono saeculo uel initio fere noni saeculi eum id se suspicabimur.

Huic autem aetati tam singulare genus artis antiquae renoum iure attribuendum uidetur, qua antiquitatis studia renouata quantum in codicibus picturis pulcherrimis inluminandis uerint notum est¹⁸⁾. neque ab eiusdem aetatis usu aut studio esse talia artificia, ut imagines et uerba exarata in unum posita, carmina figurata demonstrant cum Alcuini Uenantium tunatum imitati, tum Hrabani Mauri, qui Alcuinum magistrum in hac in re secutus 'de laudibus sanctae crucis' uersus crucis formas uarias artificiosissime coactos ad Optatiani Porfyrii ninum exemplum finxit¹⁹⁾. denique quod astronomicum nen tam splendide exornatum est, et ipsum in illam aetatem nie quadrat. nam cum aliqua caelestium rerum notitia de solis et lunae cursu, de bissexto et similibus rebus — ad uendum 'computum', qui ne perturbaretur ad cotidianae uitae priuatae et publicae usum plurimum conferebat, et cyclum chalem necessaria esset, illa aetate, qua artium liberalium lia nouo quodam uigore reficiebantur, praeter triuii artes onomiae potissimum disciplinam ualuisse consentaneum est, neque multa uestigia indicant. horum Carolinae aetatis stutum specimina nonnulla non iniuria addere mihi uideor.

¹⁸⁾ Wattenbach Schriftwesen i. MA. ed. 2 p. 297 sqq.

¹⁹⁾ A. Ebert Allgem. Litt.gesch. d. MA. II pp. 142. 32. 277 adn. 4. — illi Optatiani Porfyrii carmina rec. Luc. Müller (Lips. 1877) pp. XI. 2.

Ipsam Carolum etiam his rebus operam impertisse Einhardus testatur²⁰⁾ et elucet ex epistulis Alcuini²¹⁾, quem de astronomicis rebus saepe rex consulebat (cf. Ebert l. c. II p. 10). Alcuinus autem 'uir undecunque doctissimus' et Bedae doctrinae quam in Galliam inportauit quasi heres etiam hoc studiorum genus diligenter coluit et epistulas et alias de his rebus commentationes composuit, quarum nonnullae uidentur interiisse, aliae fortasse sine eius nomine sunt seruatae, siue interrogatus a rege, siue ut discipulorum ad usum haec studia accommodaret (cf. Frobenii monitum praeuium ad commentationes de saltu et bissexto, Migne II 980 D). sic ep. 100 (ed. Dümmler), quae medio fere mense iulio anni 798 scripta est, regem in Saxonum terra seditione denuo turbata uersantem de Martis stella in conspectum reuersa docet (p. 423, cf. ep. 103, p. 435, ubi sciscitanti regi de eadem re respondet) et hac occasione data eorum impugnat sententiam, qui solem et lunam planetis adnumerent. in ep. 99 paulo ante scripta annum solis per zodiacum cursum accurate describit²²⁾ et de bissexto per quadriennium praeparatione disserit. etiam de lunae cursu et de saltu eius decemnouennali saepius uerba facit, ep. 83, ubi suam de saltu sententiam regi commendare studet, et ep. 98, cui 'lunaris saltus supputationes in alterius chartulae distinctu notatas' (p. 411) adiecit, quae hodie quoque

²⁰⁾ Uita Caroli Magni, c. 25 (Mon. Germ. hist. Scriptt. II p. 456) . . 'apud quem (scil. Alcuinum) et rethoricae et dialecticae, praecipue tamen astronomiae ediscendae plurimum et temporis et laboris impertiuit. discebat artem computandi et intentione sagaci syderum cursus curiosissime rimabatur.' — huic loco adde, quod in Capitulari illo ecclesiastico anni 789 puero in scholis 'per singula monasteria et episcopia' instituendis non solum 'psalmos, notas, cantus,' sed etiam 'compositum et grammaticam' discere iubeat (Mon. Germ. hist. Leges I p. 65 num. 71, cf. Ebert l. c. II p. 9).

²¹⁾ Alcuini epistulae ed. E. Dümmler in 'Monumenta Alcuiniana . . edd. Wattenbach et Dümmler', Berol. 1873 (Biblioth. rer. Germ. ed. Ph. Jaffé t. VI) p. 132. cf. Alcuini opera ed. Migne (ex ed. Froben. recusa) t. I col. 135 (Patrol. curs. compl. ser. II tt. 100.101). epistulae quae huc spectant sunt haec: 83 (76 Migne), 96–100, 103, 110, (80–86 M.) 111 (100 M.). ex his ep. 97 ipsius est regis, epistulis 103 et 110 regis quaestiones inseruit Alcuinus.

²²⁾ Inuat h. l. adferre quae (pag. 417) Alcuinus magistri sui Aelbert Eboracensis uerba laudat: 'sapientissimi hominum fuerunt, qui has artes in naturis rerum inuenerunt. obprobrium est grande, ut dimittamus eas perire diebus nostris.'

exstant expressae ap. Migneum t. II 981—993 adiuncta peculiari de bissexto dissertatione²³). contra quae ep. 103, ubi regi uaria quaerenti (de concordia solaris et lunaris cursus, de uario siderum cursu, alia) 'ex memoria' respondet, 'in alia chartula de ui solis inaequales cursus errantibus stellis facientis' (p. 436) scripsisse se dicit, periisse uidentur (u. infra adn. 37).

'Albinum magistrum' etiam discipulos suos cum aulicae scholae tum eius quam ipse ad summam gloriam euexit Turo- nensis ad haec studia incitasse consentaneum est. celeberrimus eorum Hrabanus Maurus Fuldensis librum de computo scripsit (a. 820), ad quem praeter Bedam, Isidorum, Boethium²⁴), Germanici carminis Aratei exemplar adhibuit scholiis quibusdam instructum, quorum reliquiae in codice mutilo Bernensi 88 saec. X exarato exstant²⁵). eius discipulus Seruatus Lupus, intra annos 842—862 abbas Ferrariensis, librorum studiosus inuestigator, Ciceronis Aratum ab amico quodam petit, ut suum exem- plum mutilum ex eius codice suppleret²⁶). et eadem fere aetate

²³) Ut epistulas huc spectantes, quae omnes annis 797—799 scriptae sunt, cum Alcuinus in monasterio Turonensi morabatur, ita has commen- tationes tum ortas esse ipsa temporis condicione explicatur, 'propter saltum nuper (m. nou. a. 797, u. ep. 83) transactum' et 'propter bissextum prope (m. febr. a. 800) imminetem' (Alcuin. ep. 111 p. 452).

²⁴) cf. Ebert l. c. p. 127 sq. — Hrabani Mauri opera ed. Migne (Patrol. curs. compl. ser. II tt. 107—112) t. I col. 669.

²⁵) Germ. ed. Breysig praef. p. XVII. idem haec scholia ad calcem libri sui (p. 233—238) edidit et Hrabani (c. 51 'de his signis stellarum quae extra zodiacum sunt') locos nonnullos iam adscripsit. sed paene omnia, quae de septentrionalibus et australibus signis Hrabanus dicit, cum nostris Bernensibus concinunt. et ex Arateo exemplo haec se desumpsisse ipse dicit ('ut Arati phaenomena testantur'). neque illa solum, quae nostra Bernensia habent, sed etiam ea, quae ab eis absunt (fortasse excepto uno loco quem Basileensia habent, u. Breys. ad p. 61,2), ex eodem exemplo Hrabanum excerpisse per se est ueri simile et scholiorum Strozianorum adsensu con- probatur, quae ut ex Basileensibus et Sangermanensibus sic et ipsa ex uberioribus illis Bernensibus ni fallor confata sunt.

²⁶) cf. eius epistolae 69 locum apud G. Becker Catalogi bibliothecarum antiqui (Bonnae 1885) 25,10 'tu autem huic nostro cursori Tullium in Arato trade, ut ex eo, quem me impetratum esse credo, quae deesse illi Egil noster aperuit suppleantur'. — sperasse igitur uidetur integrum Tulliani carminis exemplar se impetrare posse, cum ipse haberet codicem mutilum, qui prima parte carminis, ut nostri codices, carebat. hic autem codex, utrum, ut noster A, imaginibus et scholiis splendide instructus fuerit, an codici D similia, in medio est.

Mico Leuita (Baehrens PLM I pp. 1 et 142, Jen. Litt. Ztg. 4 a. 1877 p. 155) in libello prosodico (inedito) aliquot Ciceronis carminis uersus adfert et duos Germanici, quorum alterum (u. 239) perperam praefixo titulo 'Cicero in pronosticis'. Hygini autem exemplum eodem fere tempore exaratur in monasterio Augiensi. quod inter libros sub abbate Ruodhelmo (a. 838—842) scriptos his uerbis commemoratur 'liber astrologiae Hygini mirifice commendatus ad Fabium suum dilectum' (u. Beckerum loco in adn. 26 laudato 9,7)²⁷).

Eidem fere aetati adscribo carmen quoddam primum a Bursiano ex cod. Sangerm. 434 (de quo u. infra) uulgatum [annal. philol. 93 a. 1866 p. 781 = Anthol. lat. 761 Riese], nunc ex illo codice et Voss. 15 saec. XI (u. supra p. 5 sq.) editum in Baehrensii PLM V pag. 380: 'Haec pictura docet quicquid recitauit Yginus'. praeter Hyginum²⁸) Cicero ut harum rerum auctor laudatur, cf. u. 27 'Cicerone magistro', quo loco quae explicantur (de quinque zonis) a Cicerone aliena sunt, sed inueniuntur in Hygini libro I. sed adferuntur etiam quae neutrius sunt, ut coluri u. 21 sqq. (u. infra p. XLIII adn. 2).

²⁷) In eiusdem saeculi catalogo Sangallensi enumeratur 'Ygini uolumen I' (Becker 15,322), qui hodie exstat Sangallensis saeculi est X (u. supra pag. 7). — qui praeterea in antiquis catalogis a Beckero communi usui patefactis commemorantur Hygini codices, quantum conferant ad statuendas eius memoriae per Medii Aeuī saecula inde a nono propagatae condiciones, perspicient harum rerum peritiores et pluribus Hygini codicibus instructi.

²⁸) Hyginum adhibitum esse ab auctore huius carminis pro certo habeo. sic uocem *siliquastrensis* format u. 46 (*s. basis*) memor *siliquastri*, in quo Hyg. in sec. et tertio libro (cc. 10. 9) Cassiepiam sedentem facit. uerba *extra laeua Bootis inest* (u. 43 sq.) uix intelleguntur nisi accito Hygini loco p. 105,3. quae de sphaerae partibus in quinque zonas diuisis dicit, u. 28—31, non minus Hyginum (p. 24 sq.) indicare uidentur; inprimis uerba *aequidies* (= ἰσημερινός p. 24,21) *capit octonas hinc, inde quaternas* Hygini loco falso intellecto debentur pag. 25,12 ('torridae' huius zonae quaternae partes in utroque hemisphaerio sitae sunt). denique quae de V circulis dicit inde a u. 43 non raro cum Hyg. faciunt (certe magis quam cum Martiano, cui tamen ut coluros inputem ita quod 'septem quina' signa poeta initio commemorat, cf. Mart. VIII 838 [excepto zodiaco], quamquam XII signa non omittit), sed ita ut poeta, homo non ita indoctus nec fabularum inperitus, suis uerbis utatur et sphaeram describat ad picturam hemisphaeriorum circulis et signis instructam (maluisset scilicet *opus solidis insigne figuris* u. 4). — ceterum u. 50 post *Persei* et u. 52 post *marito* (*mariti* male Bursian) — uncinis () *teletis* —, u. 62 sq. non post *eius* sed post *ultima* commata conlocanda sunt.

Ut hoc carmen auctoris nomine caret, sic commentationes multae exstant de huiusmodi rebus anepigraphae²⁹⁾ in codicibus varie conglobatae, et ad computum similesque res utilioris doctrinae et ad siderum et sphaerae motus pertinentes, quas ea de qua agimus aetate ortas esse uariis indiciis probatur. de his, quas quidem noui a Bursiano ex Hygini codicibus *MP* et ex codice olim Sangermanensi 434 saec. XI nunc Parisino 12117 (*S*, u. epimetr.) partim perscriptas, paucis liceat agere. plurimas continet *M*³⁰⁾, horum codicum uetustissimus, et eo quidem ordine post Hyginum, ut in unum quasi corpus uel enchiridion astronomicum coniunctas eas esse appareat. nec uero ab ipsius *M* librario in hunc ordinem eas esse redactas, sed iam ante eum, inde elucet quod eius commentationis, quam loco 13 enumerabo, exordium tantum in *M* exstat, cum totam eam habeant recentiores codd. *PS*, et quod nonnullae harum commentationum in *M* de sua sede iam aberrauerunt. his in priorem locum restitutis hunc habes indicem:

[I. De anno] 1. De anno et partibus eius. 2. Quot atomos habet annus uel partes (partis *M*) eius. 3. Quot modis soleat annus nominari. 4. In quot annis de bissextilibus diebus unus annus aderescat. 5. Qualiter per quattuor annos bissextus aderescat. 6. De ascensu ac discensu solis. 7. Argumentum quot horas luna in unaquaque nocte luceat. 8. De ascensione lunae. 9. De interlunio. 10. De eclipysi lunae. 11. De eclipysi solis³¹⁾.

[II. De signis caelestibus] 12. Excerptum (uel Excerptio) de astrologia ('Duo sunt extremi uertices mundi' eqs.) 13. De ordine ac positione stellarum in signis ('Excerptum Parisinum' quod uocaui, u. epimetrum et infra p. LXXII).

²⁹⁾ Praeter Alcuinum et Hrabanum liceat adferre Dicuilum Hibernum Hrabani fere aequalem, cuius librum ineditum commemorat Ebert l. c. pag. 392, Heiricum uel Hericum monachum Autisidoriensem (Ebert p. 285), qui Caroli Calui aetate, qui et ipse horum studiorum fautor fuisse uidetur (Eb. p. 118), cum alia tum de positione et cursu planetarum scripsit. denique anonymum illum uitae Ludouici Pii auctorem, qui propter ea quae in primis colebat studia Astronomus uocatus etiam imperatorem harum rerum studiosissimum fuisse testatur. Ebert pp. 116 et 362 (adn. 1). Mon. Germ. hist. Scr. t. II p. 604, capp. 58. 27. 31. 42. 59. 62.

³⁰⁾ Laterculus eorum quae *M* habet etiam apud Hasperum ('Hyginus philosophus' u. infra p. 77) expressus est, sed erroribus deturpatus.

³¹⁾ In *M* 9—11 falso ante 19 exstant.

[III. De planetis] 14. De positione et cursu VII planetarum. 15. De interuallis earum (*sic*). 16. De absidibus earum. 17. De cursu earum per zodiacum (cotidianum *S*) circulum. 18. Item de eadem re³²). 19. Dimensio caelestium spatiorum secundum quosdam.

[IV. De praesagiis siderum] 20. De praesagiis tempestatum.

Quattuor has partes in *MS* conplures commentationes sequuntur, quarum cum nonnullae ad easdem res pertineant (*sic* excerpta ex Macrobbii comm. in Somn. Scip.), aliae ad alia spectant (de probatione auri et argenti, de mensura cerae et metalli in operibus fusilibus), ita ut prorsus eas negligere aptius sit.

In illarum autem quas enumerauimus partium prima, ubi de anno et de temporum ratione agitur, capita nonnulla de sole et luna, quippe quibus tempora definiantur, bene adnexa sunt. idem argumentum tractant capita 9—11, cum in ea parte, quae est de planetis, ubi in *M* leguntur, molesta sint³³). et haec quidem pars, quam solus habet *M*, anno 793 confecta est. sub finem enim capitis 5, ut exemplo demonstretur calculandi ratio, haec adduntur *Anni ab incarnatione Domini anno praesenti sunt DCCXCIII* eqs. num uero ipsi Alcuino³⁴) debeatur, certis argumentis discerni non potest. nec tamen omittam ante oculos eam uideri habuisse Alcuinum, certe caput 5, cum anno 798 de solis per zodiacum cursu epistolam (ep. 99 Dümmler) ad regem scriberet. cum huius enim uerbis (p. 415) initium illius capitis — prima tantum et extrema uerba huius partis commentationum Bursianus perscripsit — fere congruit.

³²) In *M* 17 et 18 in unum coniuncta sunt, sequuntur quae supra iam posui cc. 9—11.

³³) Haec [quae integra transcripsit Bursianus] ex Isid. origg. paene ad uerbum desumpta sunt, cf. III 54; 58 + 49,1; 57. — nec uero taceam fortasse omnino ea ex hac sylloge eicienda esse, nam quamquam cum iis quae praecedunt capitibus de sole et luna apte cohaerent, ad anni rationem statuendam necessaria non sunt.

³⁴) Mense iunio anni 793 ex Britannia, ubi per duos fere uel tres annos moratus erat, iam redux est, ut ex epistulis eius post 'cladem Lindisfarnensem' in Britanniam missis (ep. 22 sqq., imprimis ep. 24 ex.) intelligitur. — de Hasperi 'Hygino philosopho' hoc loco nisus idem iam proposuit Bursianus, u. infra adn. 40 init.

Ceteras partes eodem quo *M* ordine *S* continet, nisi quod post 12 et 13 nonnulla inseruit (u. epimetr. adn. 10, Bursian *annal. philol.* 93 p. 787); *P* Hygino adnectit cc. 13. 14. 16 (tum alia sequuntur, u. Hasper 'Hyg. philos.' p. 10). Ciceronis Aratorum codex *A* habet cc. 14—17.19 (adiecta planetarii effigie, u. Vogels l. c. p. 6 et infra adn. 35). tres hae partes, quae optime cum prima cohaerent, utrum una cum ea sint compositae, an antea scriptae illo anno cum ea conflatae, an postea cum prima in unum coaluerint, diiudicare non audeo. nec tamen ita multo post a. 793 hanc syllogen ortam esse elucet, quod in *M*, qui codex est saeculi X, genuinus ordo iam turbatus est et cap. 13 fere totum omissum, cum seruatum sit in *PS*, et quod *S*, qui easdem quas *M* — praeter primam partem — et eodem ordine continet commentationes³⁵), post 13 cum alia nonnulla addit tum libellum quendam, qui saeculo fere nono medio uidetur compositus esse³⁶), ita ut codicis *M* syllogen, cum illa commentatio in ea desit, ante eius aetatem iam ortam esse concludas. singula si spectamus, tertia et quarta pars ex Plinii NH fluxit, et ita quidem ut tertia ex secundo libro (II 12.32—42.59—84) — praeter c. 19 quod ex alio fonte eadem fere habet quae 15 (= Plin. II 83 sq.) — excerpta sit, quarta libri XVIII partem extremam (inde a § 340) ad uerbum fere exhibeat. quae num eodem illo anno 793 confectae sint incertum esse iam dixi³⁷).

³⁵) Tertiam et quartam partem (et ea quae sequuntur) cum fere totam etiam codex *A* inspersis aliis et ordine mutato contineat, has quidem sylloges partes iam ante eum exstitisse ultro probatur. tertiae partis capita quae *A* continet (de ceteris u. infra) expressit Vogels in progr. Crefeldensi a. 1887 'Scholia in Cic. Aratea . . etc. . . Pars II' p. VII—IX.

³⁶) 'Excerptio uel expositio compoti Herici' de quo u. supra adn. 29. sed in codice huic titulo a manu recenti adscriptum est *Est Hilperici Monachi S. Galli*.

³⁷) Fortasse tertiae partis origini statuendae aliquam ansam praebet epistula Alcuini (103 Dümmler) a. 798 ad regem data, qua de uario stellarum errantium cursu a Carolo interrogatus petit, ut sibi libris destituto mitteret nonnullos, quibus instructus ei responderet, et Bedam quidem (scil. eius de natura rerum et quem infra ipse adfert de temporibus libellos) et Plinii librum II ('iubeatis nobis dirigere primos praefati doctoris Plinii Secundi libellos'). tamen ne inertiae accusaretur, 'quasi nihil haberet repositum in secreto memoriae cubiculo', nonnulla de iis rebus 'ex memoria' profert, 'pleniorem si forte opus erit responsionem ad praefatos doctorum libros reseruans'. fortasse igitur Alcuinus illa epistula regis commotus cum

ac ne id quidem aliqua cum probabilitate licet suspicari quartam partem³⁸⁾ una cum tertia esse ortam.

Inter duas de signis commentationes, quae secundam huius sylloges partem efficiunt, excerptum de astrologia³⁹⁾ et quod

libros accepisset aut ipse ex Plinio haec tertiae partis capita excerpsit aut amicorum cuidam uel discipulorum compilanda mandauit. et Bedae quidem in hac parte certa uestigia non exstant, tamen ei qui ex Plinii lib. II haec excerpsit Bedae de nat. rer. libellus uidetur ante oculos fuisse. Beda enim eundem Plinii librum ad illum libellum componendum adhibuit, ut ipse testatur ad c. 14 (de absidibus planetarum): 'de quibus si plenius scire uelis, lege Plinium Secundum, ex quo et ista nos excerpsimus' [praeterea solum uidetur adhibuisse Isidorum et in c. 47 Plin. lib. VI 212—220]. eis autem quibus de planetis agit capitibus 12—14.16 (cf. 20 Pliniana nonnulla Isidori loco adpersa) cum nostro excerpto ea intercedit ratio, ut neque Beda excerptum ante oculos habuerit — de multis enim rebus in illo libro agit, de quibus in excerpto nihil, nec raro de planetis plus habet ex Plinio quam excerptum —, neque is qui excerptum confecit Bedam solum exscripserit, cum multo plura de planetis habeat Pliniana quam Beda, et tamen nonnulla, inprimis loci Pliniani omisi, utriusque communia sint.

³⁸⁾ Codex *S* eam tantum libri XVIII partem exhibet, qua de ipsorum siderum (solis, lunae, stellarum) praesagiis agitur (340—353 med.), *AM* etiam reliqua habent de praesagiis nubium, ignium, aquarum, etc. — initium quartae huius partis in *A* cum ipsis uersibus 341—371 carminis Tulliani, cuius in marginibus haec Pliniana scripta sunt, hodie deperditum (cum aliis nonnullis quae praecedunt, u. Otfl. l. c. p. 158 sq.) apographi tantum, Harl. 2506 et *K* seruauerunt (Vogels l. c. p. 6), qui incipiunt § 342 *Purus oriens*, cum *MS* etiam paragraphorum 340 et 341 nonnulla habeant. inde a § 351 med. ipse *A* Pliniana habet. haec autem [lectiones ab Iani editione diuersae a Vogelsio uulgatae sunt loco adn. 35 laudato p. V], ita cum codicum *GM* memoria consentiunt, ut ab eodem archetypo ex Pliniano codice optimi generis excerpto originem ea ducere intellegas. contra quae una cum Germanici scholiis Strozianis seruata sunt eiusdem libri Pliniani excerpta (Breysig p. 203 sqq.) multo uberiora, ex alio Plinii codice eoque deteriore deriuata sunt. [nimiam eis auctoritatem attribuit Silligius in Plin. edit. annorum 1851 sqq. praef. p. XLI, cui iam oblocutus est Alb. Fels De codicum antiquorum, in quibus Plinii NH ad nostra tempora propagata est, fatis fide atque auctoritate 1861 p. 107 sq., cf. Detlefsen in Philologi uol. 28 a. 1869 p. 309].

³⁹⁾ Exstat in Hygini codd. *D* (bis, fol. 32 et fol. 98), *M*, Sangall. 250 cui multa huiusmodi commentaria cum *D* sunt communia, quae a ceteris ab-sunt, Voss. 15 (post excerpta ex Plin. lib. XVIII), *F*, cf. Heydenreich l. c. p. 4, Bunte Hyg. ed. p. 12. idem habet, cum Hygino careat, *S* (Paris. 12117) et Bridefertus Ramesiensis Bedae scholiasta (uixit c. a. 1000, u. Fabricii bibl. lat. Flor. 1858 t. I p. 258), qui hoc excerptum, cui Descriptio poli inscribit, ad Bedae de temporum ratione cap. 16 (t. I 369 Migne) addit. denique ut exordium praefixum est in 'Hygino philosopho' u. infra.

locum excerptum Parisinum, cum bene ita conveniat, ut in illa sphaera describatur et singula signa secundum mutuum eorum situm enumerentur, in exc. Paris. imaginibus singulorum Arateo ordine depictis stellarum catalogi additi sint, tamen non ab eodem homine eas confectas esse initio excerpti Parisini probatur, sed postea in hanc sylloges partem coniunctae sunt. Sed excerptum Par. octavo fortasse iam saeculo debetur, cum excerptum sit ex codice nostris Basileensium scholiorum codicibus Bas. saec. VIII et Par. saec. IX) meliore et tamen simillimo a. epimetr.). neque certius quidquam de 'excerpto de astrologia' statuere nunc quidem audeo.

Ut in huius sylloges hac parte 'excerptum de astrologia' cum signorum laterculo composito ex Germanici quodam codice scholiis quae Basileensia vocantur instructo ('iuxta Aratum') coniunctum est, sic idem illud excerptum cum simili indice uberiore a Hygini libro III desumpto in unum coniunctum exstat in bello eo, quem a. 1861 Hasperus edidit ex cod. Paris. 7400 A. embr. saec. XIV, ubi ei inscribitur Iginus philosophus de imaginibus caeli⁴⁰). huius codicis librarium non ipsum haec

⁴⁰) De hac editione (Hyginus phil. de imag. caeli, d. i. das dritte Buch des poet. astr. etc., zum ersten Male herausgegeben v. L. W. Hasper, Leipzig 1861) quid indicandum sit iam Bursianus ostendit (Litt. Centralblatt a. 1861 854 sq.). — quae post exc. de astrol. adduntur verba (p. 15) *Denique cit Plinius* eqs. ex Plinio II 110 fluxerunt. in eo qui sequitur signorum laterculo non solum stellarum catalogi ex Hygino descripti sunt, sed etiam quae iis praecedunt, de mutuo eorum situ, de circulis quibus diuiduntur, de ortu eorum et occasu. et ita quidem ut, quamquam Hyginum non raro ad verbum exscribit, tamen suis reddere verbis Hyginiana perperam interdum intellecta malit, nonnullis locis aliena admisceat. sic in Tauro (p. 23 Hasper) Seruius commemoratur (in Georg. 1,217 *a dorso oritur*). praeterea excerptum Parisinum adhibetur, ita ut compilerator ille, quippe qui exc. de astrol. totum perscripserit, illam de signis partem sylloges ante oculos habuisse videatur. ex illo enim excerpto cum alia, ut nomina nonnulla, desumpsit, tum stellarum summas, quae ad Hyginianas insuper adduntur, paene omnes. etiam ipso Arateo quodam exemplo 'Hygini philosophi' auctor videtur usus esse, ni fallor Germanici codice scholiis Bernensibus nostris uberioribus (an Sangermanensibus?) instructo (u. supra adn. 25). nec tamen in hac re nunc quidem morari licet. id uero addo confecto Hygini libro tertio locum de coloris ex Martiano Capella (VIII 832 sq. p. 307,12—308,6 yas.) excerptum esse (p. 31, post Hasperi n. 3), et eiusdem frustula nonnulla hyginianis adpersa esse, in Cepheo (III 8) *unam manum dans lyrae, alteram*

compilasse ex ea quam praebet memoria scribarum uitii et erroribus foedata intellegitur (u. Burs. loco in adn. laud.). et cum Hyginiana desumpta sint ex exemplo nostri *R* simillimo⁴¹⁾, quod duobus quidem locis meliorem nostris codicibus memoriam uidetur exhibuisse (u. adn.), etiam hanc commentationem noni saeculi fortasse iam initio compilatam esse censeo.

Sed quae de uariis his commentationibus et excerptis astromicis attuli, ad studiorum illorum imaginem leuiter tantum adumbrandam conferunt, non ad depingendam eam et accuratius inlustrandam. hoc ut efficiatur, ex pluribus codicibus huiusmodi scientiae frustula coaceruanda et quae in Bedae, Alcuini, Hrabani,

dans coronae ex Mart. VIII 84, et ni fallor nomen pantherae (in Centauro III 37) ex Mart. VIII 83 (cf. Germ. ed Breys. pp. 190,12 et 189,1). hanc igitur partem extremam una cum Hyginiana conscriptam esse iure concludas, et, cum Hyginianis etiam nonnulla ex exc. Paris. inserta sint, hoc uero in sylloge illa in unum coniunctum sit cum exc. de astr., quod ut prima pars Hyginiano signorum indici praefixum est, totam hanc commentationem 'Hygini philosophi' ab uno atque eodem compositam esse statuendum est.

⁴¹⁾ e. g. III 8 (p. 84,14 ed. Bunte) pro *proiectis* Hasp. habet *porrectis*, *porrectus* cod. *R*; III 13 (p. 87,19 sq.) eadem qua *R* laborat lacuna (om. *in sinistra* — *singulas*); 19 (p. 89,21 sq. = schol. 1 18) *sub uentre I, in lumbo III* Hasp. = *R*, quod uitium quomodo ortum sit ex codicum *DG* lectione apparet, ubi *unam* (post *posteriore*) inter *sub uentre* et *tres* inrepsit. alia. — ex codice autem uetustiorum generi adscribendo compilatorem hausisse in primis docet locus qui inuenitur in Tauro (III 20, pag. 90,11), ubi post *in dextro genu I* ap. Hasp. insertum est *in ceruice II*, quocum conparet uelim lectiones codicum *D* (*in dextro genu I* ^{et} *uacua et ceruice I*, sed hoc *I* in rasura, fuerat *ceruicem*) *MRP* (Burs. Münch. Sitz.-Ber. 1876 ad l.) et 'Erat. catast.' et sch. Bas. — adde quod in Leporis catalogo (III 32 p. 95,9) — catalogos in uniuersum accuratius exscribit — pro eo quod nostri codices habent *in corpore passim dispositas II* 'Hyginus philos.' seruauit *in c. p. d. III* (3 cod., u. Hasper p. 18 adn. 3), *in dorso claram I*, cf. epitom. (p. 172,19 Rob.) ἐπὶ τοῦ σώματος γ', ὅν ὁ ἐπὶ τῆς βάρους λαμπρός, et schol. Bas. et Sangerm., nisi quod *in corpore* (*pectore* Sang.) *duas* habent ut Hygini uulgata memoria. Hygino igitur restituendum erit aut *in c. p. d. III*, <*quarum*> *in d. cl. I* [etiam summam 'Hyg. phil.' ex VII perperam in VIII mutauit], aut *in c. p. d. II*, *in d. cl. I*; cf. Rob., qui *in interscapilio I* in uulg. inseruit, sed etiam uoce *dorsi* interdum Hyg. hac notione (= βάρους) utitur. — praeterea Oloris (sch. 7) stellarum summam recte habet XIII (= sch.), cum enumerentur XIII, uetustiores autem summam addant XII.

aliorum operibus lateant, eruenda sunt, ut quaenam inter ea intercedat ratio et unde et quo tempore sint excerpta certioribus argumentis possit statui, et quam multifariam haec et quae in Arateorum scholiorum uarias recensiones congesta sunt — cum Basileensia scholia dico, tum Sangermanensia et Bernensia illa uberiora, quae Hrabanus Maurus adhibuit, et quae ex tribus his recensioibus me quidem iudice (saec. IX) conflata sunt Stroziana — et Hyginus inter se cohaereant, amplius demonstretur.

Epimetrum (cf. p. 28).

De codicum *K* et *C* scholiis ab *A* alienis.

Codicis *K* scholia ex Sangermanensibus desumpta ex eorum codicum, quibus Breysigius usus est, GG^aG^b , nullo fluxisse, propius autem abesse a codicibus Sangallensibus (G^aG^b) iam Vogel-sius uidit (l. c. p. 7).

Britannicus igitur ille codex — in Britannia quin scriptus sit *K* dubitandum non est, cf. Ottley l. c. p. 55 sq. p. 150 sqq., Wattenbach Schriftwesen pag. 298 sq., infra adn. 1 — duabus rebus ab exemplo *A* differt. imagines enim a pictore secundum suae aetatis ac patriae mores mutatae et omissis scholiis interiores earum partes, ut membra, uestimenta, bestiarum pelles et uellera, delineatae sunt¹⁾, scholia autem non solum extra imagines adiecta sunt, sed eorum loco quae *A* exhibebat plerumque alia recepta. pictor igitur difficultate litteras insolitas imaginibus inscribendi deterritus imagines solas depinxit, librarius uersus carminis et scholia perscripsit. haec autem cum difficilia essent lectu²⁾, maluit excerpere, quae eadem fere et eodem

¹⁾ sic Perseus in *K* (Ottl. tab. XIII) manicata quadam tunica est uestitus, 'his legs are bound round with gatherings reaching more than half way up them, according to the fashion commonly observable in our Saxon illuminations' (Ottl. pag. 55). in Ara, quae in *A* plane scholiis est obiecta, ('upon it, however, are flames painted red') in *K* 'the Saxon artist, though he has maintained the general outline of this figure, has sought to enrich it with ornaments of his own task' (p. 156). denique Orion, cuius scholion in *A* 'has been fancifully inscribed, around the figure, partly in red and partly in a dark greyish ink, in the forme of a temple, with a pyramidal top, supported by four columns' (p. 154), in *K* templi imagine uarie exornata circumscibitur, cuius extra lineamenta scholia exarata sunt, ita ut templum plane includant. - in uniuersum quantum intersit inter utriusque codicis imagines, ex tabulis earum minutioribus formis ap. Ottl. (tab. VII et VIII) depictis satis elucet.

²⁾ Interdum in transscribendis codicis *A* scholiis librarius codicis *K* errauit, u. supra p. 22 et p. 32 adn. 13.

singularum imaginum ordine, sed usitato genere litterarum nec tam insolita et singulari scribendi ratione exarata continerent, scholia Sangermanensia. haec enim quae Breysigius uocauit³⁾, cum Aratei carminis nulla ratione habita continuo ordine⁴⁾ scripta sint, non scholiorum sed singularis libri astronomici speciem praebent, quo singulorum signorum⁵⁾ et fabulae et sedes et stellarum numeri subiunctis imaginibus explicantur. ex huius igitur libelli exemplo nostrorum codicum simillimo et fere aequali — nam Cottonianum saeculi X exeuntis esse Ottheius (l. c. p. 55) testatur, saec. XI Vogelsius (l. c. p. 7) — librarius *K* septemdecim imaginibus — in his Pleiadibus, quae in *A* scholio carent (u. supra p. 36 sq.), — scholia adscripsit, reliquis octo Hyginiana codicis *A*.

Sed hac una re codicis *K* scholia a Breysigii Sangermanensibus discrepant, quod in iis stellarum catalogi singulis signis adiunguntur, qui in Breysigii codicibus paene omnes desunt. nec uero ab ipso eo, qui ex graeco haec uertit, partim neglectos esse catalogos partim seruatos, sed postea ubi desunt intercidisse uel consulto omissos esse eo magis suspicandum est, quod plerisque locis initia eorum restant, uerba *habet stellas* uel *habet autem stellas*, in Sagittario (28 ordinis Aratei) *habet st. in capite*, in Orione (32) *h. st. in capite III claras*, similia in Canis, Leporis, Nauis scholiis (33—35). integros habent catalogos signa omnia, quae ante

³⁾ Eam tantum eorum partem dico, quae ex exemplari paullo contractiore eiusdem libri graeci, quo et Hyginus et scholiasta Basileensis uti sunt, scilicet 'Eratosthenis catasterismorum' (u. Robert l. c. p. 23), nonnullis aliunde aduersus additis translata a Breysigio scholiis Strozianis subiuncta est (p. 111, 15—18, 23). de ceteris commentationibus ad astronomiam pertinentibus, quas in eisdem codicibus seruatas eodem nomine complexus est Breysigius, siue una cum illa parte ab eodem homine compilata, siue postea adnexa sunt, hic non est agendum.

⁴⁾ sic in *D*, qui eadem continet (u. infra); de Breysigii codicibus u. eius praef. p. XXVII. etiam ex singulorum scholiorum initiis elucet non carminis uersus respici, sed singula signa deinceps, ita ut posterius ad id quod praecedit particulis adnectatur, percenseri.

⁵⁾ Haec sola cum enumerentur, desunt et planetae et circulus lacteus, qui in Basileensibus, quae uere sunt scholia Germanici carminis, ex graeco exemplo uersi exstant (ad uu. 437 sqq., 443 sqq.; Robert l. c. p. 194 sqq.). idem factum est in libro illo similis condicionis ex Hygini tertio libro excerpto, quem Hasperus edidit (u. supra p. 77 sq.), in ea signorum breui enarratione cui 'Inuolutio sphaerae' inscribitur (p. 224 Breys.), in 'excerpto Parisino' (u. infra).

Lyram (24) tractantur⁶⁾. post eam computus Arae (39) solus reliquus est, in Pisce (38) autem et Procyone (42), ut iam in graeco exemplo (cf. epitom. schol. Bas. Hyg.), summa tantum stellarum additur, de singularum situ nihil.

In *K* igitur quae Breysigii codices habent omnia leguntur, suppleantur quae in illis desunt. idem factum est in codice *D*, qui praeter Hyginum cum alia astronomica, tum Sangermanensia his catalogis aucta continet⁷⁾, quorum memoriae cum *K* et Breysigii codicibus *GGaGb* ea intercedit ratio, ut *D* uel propius absit a *K* quam *Ga*(*Gb*), quocum et ipso artius quam cum *G* cohaeret⁸⁾,

⁶⁾ Fortasse in imaginibus singulae stellae notatae erant — ut in codd. *AK* et in ueteribus Hygini editionibus et in codice *S* (de quo u. infra) —, ita ut librario, postquam in perscribenda dimidia fere scholiorum parte exemplum fideliter secutus est, superfluum uideretur porro uerbis explicare quae ex ipsis imaginibus facile perspicerentur. quod in mentem ei uenisse cum Pleiadas (23) descripsisset, quae septem stellae in certam figuram non sunt dispositae, ita ut de singularum situ nihil dicendum esset, conicere licebit.


⁷⁾ Quae apud Breys. p. 111,15—182,24 leguntur, in *D* fol. 13^b—26^a exarata sunt, inter singula scholia imagines nitide et belle pictae nominibus signorum rubro colore et uncialibus litteris adscriptis interiectae sunt. catalogorum, quos praeter uulgatam memoriam hic codex seruauit, tres (Cygni 25, Aquarii 26, Capricorni 27) publici iuris fecit Ed. Heydenreich, N. Mus. Rh. 33 a. 1878 p. 479 (cf. Robert l. c. p. 250), ita ut plures eum non exhibere suspicionem moueret.

⁸⁾ Codicem *D* magis consentire cum *Ga* (et *Gb*, qui ex codice huius simillimo fluxit) quam cum *G*, plurimi loci docent. unum adfero p. 139,20, ubi *DGaGb* post *lucidam unam* recte (cf. Bas. Hyg. epitom.) inserunt *in sinistro femore duas, in genu lucidam unam* et summam in *G* praeue mutatam (u. 22) exhibent XIV. cum his *K* facit, e. g. pp. 147,21 *ferent*, 153,19 *ut* om., 158,21 *Sagittarium — autumant* om., 159,21 *illum* add., 160,20 *fungunt*, 162,18 *sit* om., 164,17 *autem* om., ib. 19 *corius*; 167,15 et 176,23 *et* add. recte ni fallor, 180,13 *sinuori* (corr. *D*³) etc. sed magis Cottonianum cohaerere cum *D* quam cum *GaGb* haec exempla docent: pp. 146,15 *utrumque*, 148,23 *in sinistro I* (om. *genu*), 150,15 *ante genua*, 163,12 *lucet*, 176,19 *decidente*, 180,16 *eo quod*. nec tamen ex ipso *D* exscriptus est, e. g. *D* solus habet p. 164,20 *factum*, 171,20 *quid*, 172,22 *iuppe*, 173,18 *autem* om.; et p. 147,19 *K* (*dea ne*) cum *GaGb* (*diane*) magis consentit quam cum *D* (*dane*). — ex iis lectionibus, quae codicis *D* sunt propriae, liceat adferre p. 128,19 ubi *splendidam* post *capite* recte eum seruasse (= Bern.) ex Hyg. Bas. epit. apparet; p. 131,18 *in ore unam, in quarto unam*, quod mutato ordine (*in quarto unam, in ore unam* = Bern.) integram exhibet memoriam, cf. epit.

et, ut etiam catalogi quos *DK* soli habent, proximae eorum cognationis sint testes. hi autem catalogi unde in codicum *DK* commune exemplum — haec enim fere inter eos intercedere uidetur ratio⁹⁾ — recepti sint, licet statuere. in duobus enim codicibus Parisinis (*PS*) et in ipso *D*¹⁰⁾ exstat signorum laterculus [infra p. LXXII sqq. expressus], ex quo eos descriptos esse primo obtutu apparet, qui quidem non deperditae scholiorum *Arateorum* recensiois praebet speciem, sed paucis aliunde petitis ex scholiis Basileensibus excerptus est.

Hyg. Bas.; p. 119,21 loco uarie turbato *D* post duas inserit in genu *I*, in tibia *I*, quod si duas tibiae adscribis, cum ceterorum librorum memoria consentit. quod sequitur in sinistro geniculo *I* haud scio an errori eius qui haec uertit debeat, cf. Robert p. 66,2 ἐπὶ γόνατος [α'] καμπτῆς α'.

⁹⁾ Etiam de his catalogis additis paene ad uerbum inter eos conuenit, nisi quod *K* neglegentius scriptus est. mutila Sangermanensium catalogorum initia uterque habet, u. supra, Aquilae catalogum uterque Sagittae quae praecedit subiungit. quae differunt quamquam minuta sunt tamen suadent, ne Cottonianum ex ipso *D* fluxisse opinemur (u. not. praec.). in uniuersum qua fere cognatione omnes hi codices inter se cohaerere uideantur, haec tabula demonstret:



¹⁰⁾ Sunt codd. Parisini latini membr. saec. XI 8663 (*P*, qui fol. 1—19^a Hyginum continet, u. supra p. 4) et 12117 olim Sangerm. 434 (*S*), ex quibus hoc excerptum Bursianus exscripsit (u. supra p. 73). utriusque codicis descriptionem Georgii Wissowa comitati debeo. de *S* nonnulla dicit Bursianus in ann. philol. 93 a. 1866 p. 784 sqq., de *P* Hasper ('Hyginus philosophus' u. c. IV) p. 9 sq.; stellarum ille index in *P* sequitur Hyginum (fol. 19^b—23^b). in *S* idem exstat fol. 131^a sqq., ubi praecedit fol. 129^b *Excerptum de astrologia* (u. c. IV), 130^a *In quo duodecim signorum Mars habeatur* eqs., 130^b carmen rhythmicum a Bursiano l. c. editum *Spera caeli quater senis* eqs. et figura quaedam '*Horologium uiatorum*'. insequitur fol. 138^a carmen illud *Haec pictura docet* u. c. IV, tum alia nonnulla, tum f. 180^a ea quae supra p. 74 numeris 14—20 complexus sum etc. — excerptum de quo agimus in utroque codice picturis penna ductis antequam uerba scriberentur exornatum est, quae cum adfinitatis speciem prae se ferant, tamen ita differunt, ut codicis *S* imagines nitidiores et pulchriores et coloratae sint et stellae in iis notatae. idem imaginibus carens in *D* exstat fol. 99^a—101^a (hoc ultimum codicis est folium, cuius pagina auersa uacua est). — horum codicum nullus ex altero utro pendet. suis uerbis maxime indulget *P*, librarii utiis magis quam ceteri laborat *D*.

Inscribitur hoc quod 'excerptum Parisinum' liceat uocari *De ordine ac positione stellarum in signis* (om. *S*). breuem praefationem, quam solam etiam *M* habet (u. supra p. 73)¹¹⁾, sequitur signorum index adiectis nominibus — plerumque et graecis et latinis — et catalogis et summis stellarum. hunc ex Arateo carmine scholiis instructo excerptum esse et ordo signorum conprobat et ipse ille qui eum compilauit initio testatur ('iuxta Aratum' eqs.); ex Basil. autem scholiis — non ex Breysigii codicibus Bas. Par. ipsis sed ex exemplo, quod meliorem illius memoriam interdum uidetur seruasse — maximam illius laterculi partem perscriptam esse ex conparatione eorum elucet. e. g. in Aquarii (26) catalogo ab Ed. Heydenreich uulgato (u. supra adn. 7) iam Robertum offendit, quod 'singula uerba scholiis Bas. accuratius respondent, quam in ceteris Sangermanensium catalogis solent, (l. c. p. 250). in Cygni (25) et Capricorni (27) catalogis praeter hunc ab Ed. Heydenreich ex *D* editis haec tantum differunt¹²⁾: pro *in alis utrisque* excerptum habet *in utraque ala*, uerba *quae est amplissima* omittit — persaepe autem negligit compilator ille uerba, quae eiecta sensum non turbent¹³⁾ —, in Capricorno *priori* pro *priore*, *in summitate pedis*, ut dicere solet compilator ille, pro *<in> summo pede*. praeterea in utroque catalogo uerba quibus summa additur uarie discrepant. eadem est condicio ceterorum catalogorum: nusquam lacunae quas catalogi Basil. habent — scilicet si epit. Hyg. Sang. comparas — in excerpto expletae sunt, neque alia desunt manifesta exempla, quibus conprobetur iisdem iam uitiis compilatoris codicem laborasse atque nostros¹⁴⁾, denique quaecunque in exc. Paris. cum

¹¹⁾ Eandem ex *P* iam expressit Hasper l. c. p. 10.

¹²⁾ Codicis *D* memoria nonnullis librarii uitiis laborat, alia l. c. minus accurate expressa sunt.

¹³⁾ e. g. cc. 4 om. *clarius in sinistra parte*, 6 *ex his duas in dextera (extrema Kiessl. Rob.) manu claras*, 8 *et magna quae est Arcturus*, 14 ubi ad Pleiadas pergat (p. 76/77 Breys.) *ab abscissione Tauri ad id quod rachis uocatur*, sed toto loco a Basil. recedit, Pleiadas autem, utpote quas cum Tauro commemorauerit, suo loco Arateo (23) omittit. c. 41 om. *una obscura ex eis ad ultimum et inclinatus ad genu Virginis*.

¹⁴⁾ uelut c. 22 et in excerpto et in scholiis deest *non ante notata sunt (notantur Bas.)*. adde 32 *in echiridion*, 34 *oculis* pro *auribus* u. Rob. ad l. — in Cancro (11), ubi Breysigii codices habent *in extremo minore I*, cum legendum sit *in quarto extremo I*, *in ore I*, excerptum habet *in quarto* (de

Bas. consentiunt, ita consentiunt, ut compilatum illud esse ex ipsorum Basileensium exemplo nostrorum codicum simillimo manifestum sit. interdum etiam melioris memoriae uestigia in excerpto seruata uidentur¹⁵). c. 16 (Cassiepia) recte scriptum est *in basi stellae (stellae D)*, cum scholia habeant *in basem stellae*, c. 18 cum excerpti lectione (*habet stellas*) *in collo IIII, proximam capiti claram (proximo c. cl. Bas.*)* compares epit. ἐπὶ τοῦ τραχήλου δ', ὧν τὸν πρὸς τῇ κεφαλῇ λαμπρότερον, Hyg. III 17 *in ceruice IIII obscuras, sed maxime lucet quae capiti proxima apparet.* etiam c. 13 quod exc. habet *in singulis umeris singulas, in sinistro clariorem quae appellatur Capra* epitomes et Hygini uerbis melius respondet quam Breys. codicum memoria p. 74,8 *in s. u. s. in sin. clarior qui uoc. Capra.* simile est quod c. 9 in excerpto exstat *in sinistra clariorem quae uocatur spica*, in scholiis p. 67,19 *in sin. clarior quod u. spica.* denique in Cancro (11) pro scholiorum uerbis corruptis *in sinistris priores II clarae*, cum Breysigijs ex Hyg. proposuerit *in sinistro primo pede II clarae*, Rob. ad epitomes lectionem magis accedens pro *priores scripserit in primo*, in excerpto legimus *in sinistra parte in pede priori II clarae*, quod quamquam in sententiam optime

hoc u. infra *paruam I*, ita ut etiam compilator legisse uideatur *minore.* hanc lectionem cum suo Marte mutauerit, alios locos in exemplo corruptos uidetur omisisse. sic quae in scholiis in fine Arcti minoris (2) exstant (pag. 60,4 sq.). cf. Ophiuchi (6) locum in adn. praec. excerptum. c. 9 pro scholiorum memoria *in sinistra ala obscuram I, in dextra ab umero I et ab altera innauocatur* (sic) *protrygeter* in excerpto est *in sinistra ala (alia S) obscuram I, in dextra ala (alia S) I*, quod ni fallor ipse compilator correxit. c. 14 idem pro primis uerbis, quae in Breysigii codicibus turbata sunt (pag. 76,14—17), respectis iis, quae u. 16 exstant (*in sinistro cornu I, in dextro I*), scribere maluit *in utroque cornu I.*

¹⁵) Huc pertinere, quod in Hydra (41) ea, quae post trium signorum catalogos in Bas. addita sunt (p. 101,16—19 Breys.), in excerpto desunt, ita ut ab eius exemplo recte afuisse uideantur, nego. immo ut superflua ea compilator omisit. nam ante Breysigii codicum exemplum inserta sunt, cum in nostris codd. initium loci corruptum sit — legendum est *habet stellas anguis XII* (recte *XXVII*) eqs. —, et eadem iam adiecta fuisse uideantur in eo codice nostris non raro integriore, quo Strozianus scholiasta usus est, cf. p. 181,15 'ad *ultimam* eius caudam spectans' = nostri loci u. 17. etiam quae cc. 32 et 33, pp. 94,5 et 95,15 in Bas. adnexa sunt in exc. desunt. — ceterum ex ea quae inter excerptum et codices (Bas. saec. VIII Paris. s. IX) scholiorum intercedit ratione et similitudine nono uel iam octauo saeculo compilatum id esse licebit concludere. (u. cap. IV).

* p. 79,13 sq., quod Breysigijs addidit *I delendum est.*

quadrat, tamen cum a tradita lectione, quae cum eo quod praecedit *in dextris pedibus* congruit, et ab epitomes et Hygini consensu nimis recedat, a compilatore ex sententiae conexu et e imagine exempli correctum esse cautius suspicabimur.

Neque enim ita scholiis ille usus est ut catalogos eorum exscribere satis haberet, sed ut superuacanea omittit, ita quae pluribus uerbis in Bas. explicata sunt paucis expedit¹⁶⁾, praegræcis uocabulis uel minus usitatis latina conlocat et notiora¹⁷⁾ quoniam id agit, ut suae aetatis hominum ad usum catalogos signorum accommodet¹⁸⁾; eadem de causa interdum nonnulli adiungit aut ex ipsis scholiis Bas. quae memoria digna uidentur¹⁹⁾

¹⁶⁾ e. g. in Serpente (3) *in corpore toto X* (in c. t. usque ad cauda complures Bas.), ita ut ratio constet. 6 *usque ad manum se tenentis II* p. u. a. m. *Asclepii duae et ad manum est clarior*, Asclepii nomen (cf. initium huius scholii) ut euitaretur. 10 *iuxta sinistrum pedem I* magis perspicue p. *sinistro pede distans ultimo I*. 18 *in utroque genu I* pro *in genibus posterioribus* (prioribus Br.) *duobus* (l. duas). c. 41 de Cratere quae in scholio p. 101,13 sqq. leguntur in breuius contrahit. etc.

¹⁷⁾ In Centauro (40) *in bestia quam manu tenet X* pro scholiorum uerba corruptis (p. 100,8), in quibus *therion* latere uidit Breysigius. c. 35 *in late* scribit pro *in catastroma* fortasse pictura adductus. eadem ni fallor ratio factum est, ut 31 scriberet *in cornu II*, cum scholiorum codd. (= Strozian *in folia II* habeant, ex quo *lofia* eruit Br., cf. ἐν τῆς λοφίας epit. (*super caput ad ceruicem uersus* Hyg.). 11 *asini* pro ὄνοι. — 4 *in pelle leonis p* in *leonina p.*, 6 *in ore* pro *in oreificio*, *paruas* minus accurate pro *spisae* 32 *in dextra manu* pro *in ipsa* (praecedat *in dextro cubito*) m., 41 *in uentre* pro *in medio* (scil. cratere). pro *in summo*, *imo pede* uel simill. paene ubique adhibet *in summitate pedis* etc., quae uox cum in Bas. nusquam occurrit crebro legitur in Sangerm., quae nonnullis certe saeculis iis sunt recentior *in extremitate caudae* 34 pro *in extrema cauda*. sed c. 12 *in medietate uentris* habent *DS*, *P* idem quod scholia *in medio uentre*.

¹⁸⁾ Huc cadit, quod summas stellarum saepe secundum numerum earum quae reuera enumerantur mutat. quamquam non desunt summae me librariorum errore turbatae.

¹⁹⁾ In Scorpione (7) ex p. 63,7 addit *hic autem ob magnitudinem in domicilio* [*id est in spatium duorum signorum*, hoc de suo uidetur addere *partitur*. c. 35 *quae* (quia codd. praeter *D*) *non tota caelo, sed a gubernaculo usque ad malum figuratur* cf. p. 97,15. — c. 37 *huic subest stella quae Cnopus appellatur* cf. p. 98,9 sq. — quae post Tauri (14) computum addunt *sunt et septem stellae quas Athlantides uel Pliades uocant, quarum VI uidentur septima obacura est* uarie ex scholio Bas. sunt contaminata, cf. p. 77,1–p. 76,5–7.

aut de suo addit, quibus scholiorum uerba inlustrentur²⁰), aut aliunde desumpta admiscet.

Nominum enim signorum, quae singulis catalogis praefiguntur, quamquam magna pars in ipsis Bas. scholiis inuenitur, tamen non pauca ab eis aliena sunt²¹), quae Germanici carmini deberi coniciendum est, cuius in marginibus fortasse nomina erant adscripta uel suo loco in ipso carmine rubro colore exarata uel singulis imaginibus adiecta. nonnulla autem et nomina et alia ab enchiridio illo astronomico, quod scholia Sangermenensia Breysigius uocauit, originem petere uidentur, quod imaginibus cum signorum nominibus instructum compilatori illi similia paranti certe promptum ad usum erat. in 6 et 8 nomina *Ophiuchus* et *Arctophylax* ex Germanico ni fallor addit (uu. 75.91), cum *Serpentarius* et *Bootes* (hoc etiam Bas. habent²²) ex Sangerm. uideantur hausta. 13 *Aurigae* nomen solus Germanicus habet (u. 174), quod additur uel *Agitator quem Erictonium dicunt* Basileensia indicat. ex solis Sang. uidetur sumpsisse e. g. 42 *Anticanis* (*Procyon* Germ. 433), 38 *Piscis magnus* (*maior Piscis* Bas., cf. Germ. 379 sqq.), 36 *Coetus* (*Pristis* Germ. 356). — pauca nomina in neutra scholiorum recensione neque in Germanico inueniuntur: 4 *ingeniculo*, 24 *fidis* (sic), 39 *ara*, 41 *urna*. etiam haec ni fallor in margine uel ad imagines illius Germanici exempli adscripta²³) inuenit compilator, fortasse praeter hos fontes plani-

²⁰) cf. Scorpionis locum adn. praec., c. 40 post *in thyrso* addit *quem portat, 6 quem manibus tenet* post *Serpens*, alia. fortasse etiam ipse addidit quae c. 21 ad graeca nomina Piscium ex scholiis exscripta adiunguntur latina *id est aquilonalis* et *qui et australis uocatur*. — imaginum rationem interdum eum uideri habuisse iam adn. 17 monui. quibus locis fortasse sunt addendi c. 12 in *libris* pro *Inschium*, c. 16 in *dextro femore*, 29/30 in *alia summitate II* pro *ultra II* in *fundo sagittae* (praecedit in *summo*). 38 in *ordine positas a capite usque ad caudam*, 39 in *igne qui ei inpositus ardet pro in carbonibus*.

²¹) Ex Bas. e. g. desumpta esse non possunt nomina *Serpentis* (3), qui illic uocatur *Draco*, *Trianguli* (20), quod ibi *Trigonum*, *Serpentarii* (6) et *Coeti* (36), cum in Basileensibus pronomina tantum ad ipsius carminis nomina respicientia existant.

²²) Consentaneum est saepe de eodem nomine inter Germanicum et Basileensia (uel scholiorum singulorum initiis uel catalogorum) et Sangermanensia (in his quoque imaginibus nomina sunt adscripta) conuenire. sic 5. 7. 9—12. 14—16. 19. 21. 22 etc.

²³) *Fides* et *Ara* illa signa a Cicerone nominantur, ex quo fortasse in Germanici exemplum migrauerunt.

sphaerium signorum imaginibus et nominibus instructum i-
spexit²⁴).

Sangermanensium catalogum manifeste indicant uerba, quae
in Scorpione (7) post *cornibus* inseruntur uel *potius labiis*. in illis
enim, cum de Scorpionis chelis (Hyg.) i. e. brachiis uel
interpres Bas. h. l. dicit cornibus sermo sit, inepte scriptum est
in *utroque labio*, certe cum scholiasta ut Kiesslingius monet (Rob.
p. 73 ad l.) $\chi\eta\lambda\eta$ et $\chi\epsilon\lambda\epsilon\iota$ inter se confundisset. *labium* autem
uoci *cornu* adeo praestare uidebatur compilatori, ut idem in eodem
catalogo infra adderet et in Cancro (11). — in Scorpione quae
praecedunt uerba in *quarto paruum I* ex Bas. et Sang. conflantur
uidentur. ex horum enim catalogo ni fallor sumpsit quod in
Bas. deest *quarto*, *paruum* autem corruptela Bas. exempli ad
ductus scripsit (u. adn. 14). — in Corona (5) Bas. habent quae
contra caput Leonis (sic libri, fortasse per dittographiam, quae
eadem uox paullo praecedit, *Draconis* iam Breys. emendauit
sunt eius qui est inter septentriones (epit. τοῦ Ὀφείως τοῦ διὰ τῶν
Ἄρκτων), excerptum *quae contra caput Serpentis septentrionalis*
sunt. cum compilator ille uix recte legerit *Draconis*, pro quo
Serpentis uocabulum quo ubique utitur posuerit, hoc potius
statuendum est eum, cum uitium manifestum, quo Leo inter
utramque Arctum situs esset, sentiret, Sangermanensium loco
(*ad caput Serpentis Arcturi*) inspecto Serpentis nomen restituisse.
ipsi autem attribuo, quod pro Basileensium uerbis unum *septen-*
trionalis in excerpto scriptum est. septentrionalem enim hunc
Serpentem uocat, ut distinguatur ab eo signo sphaerae australis,
quod et ipsum Serpentem (41) dicit²⁵).

²⁴) Conferas e. g. illud 'planisphaerium Geruigi', quod Ottheius (tab.
XXII) ex *A* expressit. etiam commentatio illa de 'Inuolutione sphaerae'
(p. 224 Breys.) ad 'sphaeram' quandam uidetur composita, aequae ac carmen
'Haec pictura docet'.

²⁵) Fortasse etiam pro *inter septentriones* in exemplo legit quod scho-
liorum Bas. cod. Paris. habet *in septentrione*. — ceterum idem signum *septen-*
trionalis draco uocatur a Martiano Cap. VIII 840 et loco hinc exscripto
Strozianorum p. 190,10 Br. (cf. ib. p. 108,9). idem num significaturus erat
scholiasta Sangermanensis uerbis *Serpentis Arcturi* (= Arcti = Septentrio-
nis)? certe nostris codicibus uetustius esse hoc mendum eadem scholiorum
Bernensium lectione (p. 233,20 Breys.) probatur.

Denique restant loci nonnulli, quos cum et a Bas. et a Sang. nostris alieni sint, ne ipsi quidem compilatori licet assignare, ita ut aliunde eos sumptos esse necesse sit. haec autem quaestio cum ab ea, quae est de codicis *K* scholiis ab Hygino alienis, nimis nos abducat nec paucis ita possit absolui, ut singula satis probentur, ad ipsa scholia Cottoniana liceat redire, quae ex eodem atque *D* Sangermanensium exemplo catalogis ex excerpto Parisino additis aucto deriuata esse iam dixi. cuius rei unum h. l. satis sit attulisse exemplum, quod Aquilae et Sagittae catalogi, qui hoc ordine in excerpto exstant (29.30), cum secundum Aratum Sagitta praecedat²⁶⁾, etiam in *DK* Aquilae scholio ambo adnexi leguntur, quamquam in utroque (in *K* ex *A* desumpta) Sagitta recte iam praecedat.

Haec de Cottonianis scholiis ex Sangermanensium codice aliunde aucto transcriptis. — ex Uercellensi codice a Cyriaco

²⁶⁾ Ap. Germ. de Sagitta et Aquila agitur uu. 315—320, et ita quidem ut breui enuntiato Sagitta una cum Aquila laudata de hac fabula (Gany-medis) narretur. post hos igitur uersus utriusque signi scholion sequi ne tum quidem esset mirum, si uu. 315—317, quorum in primo Sagitta commemoratur, in scholiorum Bas. codicibus, ubi desunt, seruati essent. is autem qui Basileensa excerptit propterea ni fallor Aquilam priorem exscripsit, quod duo haec signa, quae uno quasi scholio continebantur, etiam in unam imaginem coniuncta erant, in qua aquila magis sub oculos spectantis cadebat, siue sagitta supra eam erat depicta, siue unguibus eius tenebatur. illud occurrit in cod. *A* (Ottl. p. 153, ad Sagittam), quamquam in pag. praec. huius codicis eam habet Sagitta imaginem cum scholiis et uersibus, et probatur loco Hyg. III 14 (p. 87,30). apud Aratum (313), quocum faciunt Cicero (87) et Auienus (694), Aquila tantum *αυδόμενον ὁ ἀήτης* (scil. Sagittae, non ei qui et ipse eam praeteruolat, *καρπεύματα*, Cygno). neque aliud uidetur sentire Germanicus, qui omisso Cygno Sagittae uicino satis habet addere (316) 'quam (scil. missam Sagittam) seruat louis ales', i. e. obseruat, adspectat, cum prope eam uolet. eius uerba falso potuisse intellegi de Aquila sagittam (unguibus) tenente iam Grotius monet ad imagg. pag. 60. picturam autem sic instructam cum ex Germanici codice Susiano expresserit Grotius (Synt. Ar.), cum praebeat *D* in Sangermanensibus scholiis [eandem Breysigii codices habere hinc concludas], cum ante oculos habuerit scholiasta Strozianus (Anonymus ap. Grotium), qui Sagittae scholion Basileense Aquilae subiungens uerba *quam Aquila tenet in pedibus* (p. 161,7 Br.) inseruit, etiam excerpti auctorem uidisse statuemus. — huiusmodi imagine explicatur, quod Hygini (l. c., = schol. 11 3) codex *F* pro *supra Aquilae signum posita* habet *signo Aquilae supposita*, quod e coniectura in *U* mutatum est in *signo Aquilae superposita*, ita ut sententia restituta sit.

seruatum est hoc fragmentum 'super Delphini figuram' scriptum cui uarias lectiones codicis *K* et scholiorum Sangermanensium (codicum *GG^aG^b* ap. Breys. pag. 161,22, et codicis *D*) liceat subiungere:

Neptunum aiunt¹⁾ fabulae poetarum²⁾ Amphitriten uoluisse in⁴⁾ coniugium accipere, quae cum ob uerecundia magnitudinem & uirginitatis obseruantiam ad Atlantem confugisset⁶⁾, Neptunus postea⁷⁾ inter ceteros⁸⁾ misso Delphinum⁹⁾ etiam dicitur misisse¹⁰⁾, qui per Atlantis insulas circumuagans eam¹²⁾ alloquutus¹³⁾ sit, & Neptunus in matrimonium¹⁴⁾ adsumendam adduxerit; ob¹⁵⁾ hanc causam inter astra conlocatus¹⁶⁾ sit¹⁷⁾ habet stellas.¹⁸⁾

¹⁾ aiunt *G* fiunt *K* ²⁾ poetarum fabulae *K* ³⁾ amphitritem *D* amphitritonē *G* amphitricem *G^aG^b* amphitrem *K* ⁴⁾ uoluissem *G* ⁵⁾ athlante *DGK* ⁶⁾ confugisse omnes ⁷⁾ post eam *DGG^aG^b* ⁸⁾ cetero *D* ⁹⁾ misso delphinum *G^aG^b* ¹⁰⁾ mississe *G* ¹¹⁾ athlantis *DG* adthlantis *K* ¹²⁾ eū ¹³⁾ adlocutus *DGG^aK* adlocatus *G^b* ante corr. ¹⁴⁾ matrimonio *G* ¹⁵⁾ et ¹⁶⁾ omnes ¹⁷⁾ collocatus *DK* ¹⁸⁾ om. *DG^aG^b¹K* ¹⁸⁾ in ore I, in cornu II, in uentris pennulis III, in dorso I, in cauda II. sunt omnes VIII add. *DE* (ex exc. Paris., u. infra p. LXXVIII 31).

Singula si conparamus, artior cognatio non inter *KC* intercedit — unum postea (7) eis commune est, cum Sang. rectius habeant post eam —, sed ita res se habet, ut et *K* (cf. 3.6.13.15 5.11.17) et *C* (cf. 1.2.16), et propius quidem *K* (qua de re iam supra egimus) cum ipsis Sangerm. cohaereant. haec cum minutiora sint, scholion *C* non ex *K* descriptum esse sed ex Sangermanensium exemplo Breysigii codicum simillimo certissime eo conprobatur, quod *C* eodem quo Breys. codd. defectu laborat, qui unde in *DK* expletus sit uidimus. accedit quod, cum h. l. *KC* scholion Sang. exhibeant, cetera scholia tria quae ex Uercellensi codice Cyriacus protulit Hyginiana sunt, quae cum iis quae *A* habet artissime cohaerent, eorundem autem signorum Cottoniana scholia ex Sang. fluxerunt. cum igitur *C* ex *K* non pendeat, codici *K* cum eo rationem quandam intercedere uix potest negari. neque enim casu factum esse mihi persuadeam, ut et *K* et *C* Hyginianorum scholiorum loco idem illud enchiridion Sangerm. adhibuerint. sed ni fallor codicis *C*, in quo nonnullis signis pro archetypi Hyginianis Sangermanensia scholia adiecta erant, exemplo adductus etiam Cottonianus librarius, cum codicem *A* perscriberet, Hyginianis scholiis uel magis quam in *C* neglectis

Sangermanensia expilavit, sed codice eodem modo atque *D* suppleto usus. et Cottonianus etiam ea in re codicem *C* secutus est, certe cum eo consentit, quod scholia imaginibus non inscripsit ut *A*, sed extra delineamenta earum adiecit²⁷⁾.

Cum, haec si ita se habent, codicem *C* ea aetate qua *K* exaratus est, in Britannia fuisse (u. init. epim.) necesse sit, haud scio an habeas ansam, qua usus quomodo Uercellas deuenit explices. hodieque enim exstat Uercellis quidam codex, qui ex Britannia quin illuc migrauerit uix dubitari potest, cum lingua anglosaxonica sit scriptus. est celeberrimus ille codex Uercellensis a Blumio repertus²⁸⁾, qui cum alia nonnulla tum carmina quaedam anglosaxonica continet. una igitur cum hoc codice Aratum illum, quem saec. XV Cyriacus inspexit, Uercellas transiectum esse ausim suspicari.

²⁷⁾ Codicem *C* igitur aetate superiorem fuisse Cottoniano suspicor. sed longo interuallo ante *K* eum esse scriptum, certe decimo saeculo esse uetustiorum, uix concedam (u. supra p. 69), praesertim cum etiam nostrorum Sangerm. codicum aetas huic rationi faueat.

²⁸⁾ Saeculi X. cf. Blume *Iter Italicum* I p. 99 ['dies ist um so merkwürdiger, da keine Cap. Bibl. in Italien andere als lat. oder ital. Hes. enthält.] — eiusdem *Bibl. libr. ms. it.* p. 6. — Andreas und Elene herg. v. Jac. Grimm (Cassel 1840) praef. p. XLV sqq. ['vielleicht im Ausland geschrieben, wahrscheinlich aus England nach Italien mitgenommen oder entsendet']. — Grein *Bibl. d. ags. Poesie Göttingen* 1857 I pag. 365. — Cynewulfs *Elene herg. v. Zupitza* Berlin 1877 praef. (p. IX).

SCHOLIA HARLEIANA.

INDEX NOTARVM.

Scholorum codices

- A* = Harl. 647 saec. IX/X. contulit Vogels. in meum usum denuo excussit Hilgard.
K = Cotton. Tib. B 5 saec. XI. contulit Vogels. ego adhibui conlationem a uiro quodam docto Anglo factam.
C = fragmenta codicis Uercellensis a Cyriaco seruata.

Hygini codices et editiones

- B* = Bruxell. 10078 saec. XII. a Bursiano conlatus.
D = Dresd. 183 saec. IX/X. a Bunteo adhibitus. hunc ipse contuli.
F = Friberg. saec. XV. ab Eduardo Heydenreich uulgatus.
G = Guelferb. saec. XII. a Bunteo adhibitus.
M = Montepess. 334 saec. X. a Bursiano conlatus.
N = Guelferb. saec. XV. mutilus. a Bunteo adhibitus.
P = Paris. 8663 saec. XI. a Bursiano conlatus.
R = Regin. 1260 saec. IX. a Bursiano conlatus.
U = ed. princ. Uenet. 1482.
V = Vossianus primus a Stavereno adhibitus, nunc Lugdun. 84 saec. XI. ex hoc a Carolo Robert conlato nonnullas tantum lectiones licuit proferre.
X = Hygini codicum archetypus.
Y = scholorum archetypus Hyginianus.

II

Praeter *U* protuli lectiones earum editionum, quae ex codicibus correctae sunt (u. c. I):

σ = Soterianae a. 1534 et

μ = Morelianae a. 1559. — ex ceteris Sanctandreana, Munckerus, Staverenus paene ubique faciunt cum μ; Micyllus, quem Schefferus secutus est, plerisque locis cum *U*, rarius cum σ.

U *edd.* = omnium editionum (ante Bunteum) consensus.

β = Hyg. astr. ed. Bunte.

ρ = Eratosth. catast. ed. Robert.

De codicibus priorum editorum, quos passim laudavi, in cap. I egi. — In Hygini codicum lectionibus adposita uoce *Hyg.* genuinam esse memoriam codicis *X* significavi, adposita littera *X* falsam uel incertam. — Singuli codices ubi commemorantur, ii quos non attuli consentiunt cum scholiis. *manus prima* (e. g. *D*¹) scripturam ubi notavi, *manus secunda* cum scholiis facit; hanc ubi adscripsi (*D*²), manus prima cum scholiis facit.

Uncis huius formae [] inclusi eicienda.

cursiuis litteris expressa sunt, quae inserui uel mutavi.

1. **Aries.** hic existimatur esse qui Phryxum et Hellen transtulisse dicitur per Hellespontum. quem Hesiodus et Pherecydes ait habuisse auream pellem, de qua alibi plura dicimus. sed Hellen decidisse in Hellespontum et a Neptuno compressam Paeona peperisse complures, nonnulli Edonum dixerunt. praeterea Phryxum incolumem ad Aetam peruenisse, arietem Ioui inmolasse, pellem in templo fixisse. arietis effigiem ipsius a Nube inter sidera constitutam habere tempus anni quo frumentum seritur, ideo quod Ino tostum seuerit, quae fugae maxime fuit causa. Eratosthenes ait arietem sibi ipsum auream pellem 10

Scholiorum codices AK. 1. In K inscriptum est huic scholio FABVLA ARIETIS, in A in marg. inferiore m. recentior addidit ARIES u. not. | 1 phryxum A fryxum K | 2 transtulisse A | pherecydes K | 3 ait om. | 4 helle | compressam A compressam K | 5 paeonam A poenam K | plures K | nonnulla K | edonum | 6 phryxum A phryxum K | incolumen A incolum K | aetam | 8 tempore K | 9 fuge | 10 Eratosthenes] demonestenes K (idem fuit in 'uet. cod. Susii' de quo uide cap. II § 1 not. 20) | sibi inmet K | ipsi K

Hygini codices. 1. 1-12 = Hyg. II 20, p. 59, 23-60, 6 | 1 frixum K B phryxum Uo pyrrum P | et Hellen transtulisse] sic Gβ transtulisse et Hellen (helen D¹P) ceteri | 2 dictus est X | esiodus D (sed o add. m. 2) F hesiodus P | pherecydes DRBPU phericides F | 3 dicemus Hyg. | 4 helen D¹P | a om. D¹P | compressam DMRBβ compressum P | 5 poena D¹FUo poena P | procreasse (precreasse D) X | complures DMRBβ | nulli frixum (sic) om. D¹ | hedonum MRBGFNσμ | 6 phryxum FUo | preteera frixum h. l. om. P, inserit post peruenisse (u. 6) | incolumen D¹MRB incolumen P incolumem D¹G | aetam D¹ oetam D²MRPFU oetham B etam G | arietatem D et arietem FU | 7 inmolasse Dβ | pelle D¹ | arietis] et arietis X (sed ed. Par. a. 1517 et Micyll. = AK) | ipsius effigiem X | ab X | 8 Ioue FU | quo] hominum quo D² quo tempore P (= Stav. 'Leid.') | frumenti D¹ | 9 ideo om. Vβ et ideo FU | Ino] om. X id Ino con. Muncker (cf. Hyg. fab. 2, p. 38, 15 Schm.)β | tostum] sic recte D¹M¹β ortum D¹M¹BGFU ^tortum B hortum PNσμ | seuerit] seuerit ante Hyg. | fugae maxime] maxime fugae (fuge D) X | causa fuit G | 10 Eratosthenes] et Eratosthenes F edd. et erasthotenes B et erasthenes G et herasthotenes P et erasthetenes U at Er. con. Scheff. sed Er. p erasthost^{}enes D (eras. h) | arietatem D¹ | sibi ipsam B ipsum sibi ceteri | pellem auream X*

detraxisse et Phryxo memoriae causa dedisse, ipsum ad sider peruenisse.

- In circulo aequinoctiali consistens, caput ad exortus haber conuersum, occidens a primis pedibus et exoriens *caput* infi
 15 Triangulum quod supra diximus *tenens* conlocatum, pedibus prop
 coniungens caput Pisticis. habet autem in capite stellam unam
 in cornibus tres, in ceruice duas, in pede priore de primis unam
in interscapilio quattuor, in cauda unam, in uentre tres, in lumb
 unam, in pede posteriori unam. omnino sunt stellae X et VI
 20 Nonnulli dixerunt in oppido Orchomeno quod est in Boeoti
 natum, alii in Salonum Thessaliae finibus procreatum, alii Crete

Schol. codd. AK. 1. 11 phryxo | 13 capud K | 14 caput om.
 15 tenens om. u. not. | 16 coningens A | pisticis K | 18 *primum* in om.
 interscapulo A inter scapula K (= cod. Susii u. ad u. 10) | cauda] cauda |
 A cauda eius K | 19 posteri eius K | stellae | XVII A | 20 in] procreatu
 in K | orchitomeno | Boeotia — (22) fuisse] boetia alii cretea dicunt natu
 naconum thesaliae et athamanta cuniis alii cum pluribus aeoli filiis natu
 fuisse K | 21 natum — finibus] natum naconum thesaliae finit. s. A | pr
 ocreatum A | ali A

Hyg. codd. 1. 11 phryxo D frixo RB phyrro P | 12 peruenisse] perueniss
 quare ut supra diximus obscurius uideatur *Hyg. tum sequitur ea quam infi*
 (u. 20) *scholiasta adiungit fabula* | 13—19 = *Hyg. III 19* | 13 Aries in aequ
 noctiali circulo *Hyg.* | capud R | exortum X (u. not.) *sed pro* ad exortu
 habens RP habens ad exortum *exhibent.* | habens ad exortum conuersu
 occidens a primis pedibus D², *post rasuram* prim pedibus D¹ | 14 capit
 DR¹ capite et P | 15 quod] et quod D¹ quod et BG | collocatum
 (collatum B) | prope] quoque F | 16 coniungens pisticis (*sic cor*
m. 2 prstirinis m. 1) caput D contingens caput pisticis GPFU cap
 contingens pisticis B²μ u. not. ad 185 | 17 in cornibus] in scapul
 quatuor in cruribus F | in ceruice tres F¹Uμ | priori P | de] in G
 18 in om. X (*habent edd. inde a σ. sic ubique ante uocem inte*
scapilio) | interscapilio — tres om. F | in uentre] sub uentre (om. Mb
Hyg. cf. epitom. sed in uentre sch. Sang. | tres — (u. 19) posterior
 unam, tres in lumbis, unam in pede posteriore DG² unam, in lumb
 tres, in pede posteriori RF¹ (*sed om. unam et in pede*) U | alteru
 unam om. DM¹BG² | omnino sunt stellae] omnino est stellarum (st. σ
 o. G o. e. ordo st. R quae sunt omnino numero FU) *Hyg.* | XVI
sic recte BGP²βρ; XVIII DMRP¹FU edd. | 20—22 = *Hyg. II 20 p. 60*
uocabula, nisi in linguam latinam sunt conuersa, aut ut graeca adferuntur — non raro adiecta interpretatione latina —, aut a scriptore loco nominis latini deficientis uel nondum usitati recipiuntur. sic prorsus ut latina usurpat Hyginus uerba sua aetatis consuetudine iam firmata¹⁾ *astra* (saepius tamen scripsit *sidera*), *astrologi* (iam apud Ennium; uide Weise l. c. p. 246), *sphaera* et *hemisphaerium*, *polus boreus*²⁾ et *notius*. his accedunt signorum nomina, quorum pleraque — exceptis scil. propriis — in linguam latinam aut sunt conuersa aut recepta, ut *Draco*, *Leo*, *Cygnus* (saepius Hyginus scripsit *Olor*), *Hydra*³⁾, *Lyra*; et ancipit forma (u. ad 4 9) *Delphin-Delphinus*, *Scorpius-Scorpio*, *Crater-Cratera* (*Cetus* lib. II = *Pistrix* ll. III et IV). deinde loco latinorum usurpantur *Arctos*, *Cynosura*, *Helice* (sed saepius *Ursæ minor, maior*), *Arcturus*, *Bootes*, *Chela* et *Chelae*, *Deltoton*, *Engonasin*, [pro *Heniocho* Hygino magis placuit *Auriga*], *Ophiuchus* (quod ex

¹⁾ Praeter ea, quae ad astronomiam pertinent, haec apud Hyg. inueniuntur: *adamas*, *aelurus*, *athleticus*, *Baccha*, *basis*, *bracchium*, *caduceus*, *cataclysmus*, *Centaurus*, *comoedia*, *concha*, *etesiae*, *gigas*, *grammatica ars*, *historia*, *hora*, *horologium*, *ibis*, *lampas* (*lampadem* acc., u. p. XXXVIII), *nympha*, *petasus*, *poena*, *poeta*, *Satyrus*, *Satyricus*, *spira*, *symphonia*, *Threicia auis* (de hac forma u. Saalfeld Tens. it. s. u. *Thraces*; adiectiuum *Thracius* habes p. 42,10; cf. *Argiui* pp. 39,10. 58,9 et *Argeus* p. 48,2), *tragedia*, *tyrannus*, *zona*. haec uerba omnia iam liberae reip. temporibus usurpantur, certe non post Augusti aetatem primum inueniuntur, cum hic Hygini liber ante primi p. C. saeculi finem confectus esse non possit. unum aeluri nomen apud Iuuenalem primum legimus (Weise l. c. p. 98), *Threiciae auis* pro grue (Seru. ad Aen. 10,265) nomen praeter hunc locum inueniri non uidetur. quae praeterea apud Hyginum leguntur graeca, tamquam peregrina esse apparet, quae infra una cum iis, quae caelestium rerum scientiae sunt propria, enumerabo. — ceterum monendum est, cum in hoc libro graeca satis sint rara, quamquam res e graecis fontibus sunt haustae, scater e graecis Hygini fabulas quae feruntur, quod et ipsum sic explicandum uidetur, ut latini libri graeca uersio rursus in latinam linguam translata (et uarie turbata et lacerata) 'fabularum' nomine ad nostram aetatem seruata sit.

²⁾ Hanc formam ubique habet Hyginus, ita ut § 12 codicum AC lectio *borius* librario sit tribuenda.

³⁾ Hoc cum Hyginus ubique habeat, uno quo hoc uocabulum in scholiis occurrit loco 22 17 *Hydri* in A legitur pro *Hydrae*. sed retinendum est femininum (quamquam masc. uidetur fuisse usitatus), praesertim cum idem sit in Ciceronis carmine (= Τῆρη Arat.; *Hydros* Germ. = Τῆρος Pseudo-Erat.), cuius interdum rationem habuisse Hyginum non iniuria mihi uideor conicere. u. cap. IV.

Cicerone ni fallor addit *Anquitenens* II 14, hoc uno loco habet), *Procyon* ('quod sidus apud Romanos non habet nomen' Plin. XVIII 268. u. Weise et Saalfeld s. u.¹⁾); *Canis* signi stellam illam splendidam *Sirion* uocat. denique planetarum quinque nomina bis enumerantur (p. 78 sqq. et 119 sq.) *Phaenon* (*Phaethon* codd.), *Phaethon*, *Pyrois*, *Hesperus* (idem p. 117) [et *Heous*?], *Stilbon*. sed ipsa uoce *planetae* uno tantum loco, ubi de eis est dicturus p. 78, utitur ut graeco nomine, cui latinum addit *erraticas*, ipse 'quinque stellas' (uel 'septem st.') eas manult uocare. similiter ubi *coluros* circulos commemorat nomen uitat²⁾, et *zodiaci* nomen graecum quamquam retinuit — latine eum iam Cicero denominauit *signiferum*³⁾ — plerumque eius loco 'XII signa' dicit. sed *zodiacum* latino nomine interpretari non magis necessarium ei uidetur quam *centron*, *horizon*, quae aequo iure adhibentur atque *mundus*, *sphaera*, *polus*, alia, quae in libro I definiuntur. in eodem numero sunt habenda *antipodes* (— *as* acc.), *eclipsis* (— *in* acc.), *hemicyclus* (an potius *hemicyclium*?)⁴⁾, *paralleloe*, quae forma ex codicum meliorum uestigiis est restituenda (u. infra).

¹⁾ Recentiore aetate *Antecanis* (*Ante Canem* Cicero) uel *Anticanis* formatum est. cf. schol. Sangerm. etc.

²⁾ *Colurum tropicum* (Mart. Cap. VIII 832 sq., pag. 307,12 sqq. Eyss.) dicit p. 87,31 (schol. 11 4) circulum, 'qui utroque polo subiectus ad Cancrum et Capricornum peruenit', cf. pag. 88,9 (12 15); alterum (aequinoctiorum) p. 82,10 'qui per utrosque polos transiens tangit Arietem et Chelas'. neque commemorantur in primo libro, ubi parallelos et ceteros sphaerae circulos recenset Hyginus, neque in quarto, ubi signa sub singulis circulis sita enumerantur. cum teste Gemino (p. 19 Petau. Uran.) illud nomen 'a quibusdam' tantum usurpatum sit — idem habet Hipparchus Uran. p. 207 sq., et fortasse iam Eudoxus (ap. Hipp. l. c.), quamquam apud Aratum deest; — licet suspicari id defuisse in graeca sphaerae descriptione, quam Hyginus secutus est. fortasse autem nomen eius aetate apud Romanos nondum usitatum ueritus est recipere. sane Manilius 1,603 sqq. nomen colororum tacet, cum uiam eorum per singula signa accurate describat. neque apud Plinium eorum fit mentio. contra apud Macroh. (Somn. I 15,14) et Mart. Cap. (l. c.), quos diuersos de hac re auctores sequi apparet, nomen eorum iam uulgatae uidetur notionis.

³⁾ Arat. 317 sq. 'Zodiacum hunc Graeci uocitant nostrique Latini Orbem signiferum perhibebunt nomine uero.'

⁴⁾ p. 21,5 diximus quare non essent in sphaera superiora interioribus *hemicycli aequalia* codices. — *inferioribus* iam β recte scripsit (cf. p. 108,20 sqq.); idem *hemicyclis*, ut nomin. sit *hemicyclus* ἡμίκυκλος, sed haud scio an a uocabulo usitatior *hemicyclium* derivandum sit *hemicyclis* (u. Saalfeld Tens. it. s. uu.)

XLIII

Priusquam ad parallelorum nomina — in his *arcticos* et *antarcticos* — pergamus, ea, quae ut graeca uerba a scriptore laudantur, uidentur proponenda. in *X* autem graecis litteris exarata fuisse haec uidentur: singuli uersus Anacreontis (p. 42, 8, om. *FU*) et Eratosthenis (p. 35, 11, om. *GF*), duo uersus Aratei (p. 103, 16, om. *FU*, sed u. supra p. 13 adn. 20) et uerba Aratei σύνδεσμον ὑπουράνιον p. 94, 9 (om. *FU*), quibus utroque loco interpretatio Ciceronis est adiecta; p. 27, 23 *ea terra a Graecis διακεκωμένη* (latine *BGP*) uocatur; denique Ἄϊδος uel potius *ασίδος*, ut falso *X* habet pag. 46, 10 = sch. 4 5, ubi latinis litteris in quidem haec uox est scripta, cum apud Cyriacum exstet *αιδος* u. supra p. 31. in *X* et *Y* latinis litteris fuerunt exarata *διο* (sch. 2), *ornin* (7), *panicos* (9), *pagasae* (17). his ex ea Hygin parte, quae solo *X* est seruata, nonnulla accedunt, quae cum nostris codicibus latine sint scripta, graecis potius litteris scripseris quamquam de omnibus certi quidquam statui uix potest. si participium *κεκονισμένον* et infinitiuos *ἀποκονίσει* (p. 86) et quae forma in eo, quod *XY* (17 9) uidentur habuisse, *pagasae* latet graece scribenda esse pro certo habeo; quibus haud scio an ad numeres p. 42, 12 Aeschylī fabulam quae inscribitur Πρωμηθεὺς λυόμενος (*prometheus hyomenos X*). sed *Phorcisi* (4) graecis litteris uix scribas, et cum *ἄμαξαν* pag. 32, 8 in uetustiore quodam codice uideatur fuisse — *X* enim ni fallor habuit *amazon*, neglecto spiritu cum litterae transcriberentur —, ita ut in uniuersum ea, quae ut graeca adferuntur graecis litteris scribenda esse suspiceris, tamen quaenam sint seligenda incertum est. itaque enumerasse reliqua satis sit: *Ammodes* p. 61, 1, *Stephanus* p. 39, 20, *Hephaestius* p. 47, 9, *aletida* (sic Robert ex Hesych.) et *aletidas* p. 37, 9. 11, *aegos*¹⁾ et *aegida* p. 49, 7. 8; his adde stellarum quarundam in Ursa minore, Geminis, Uirgine insignium nomina *choreutae* p. 81, 15, *propus* (*tropus X*) p. 90, 25, *protrygeter* p. 91, 25; denique p. 23, 20 *naturalis . . mundi statio quae physice dicitur*.

His adnumerandum esse cum zodiaci quod p. 24 adfert graecum nomen *λοξός* apparet, tum ea, quae infra recensentur, parallelorum nomina, certe tria mediorum i. e. *θερινός τροπικός*, *χειμερινός τροπικός*, *ισημερινός*, quorum loco in reliqua libri sui

¹⁾ In reliqua ossa *aegos caprina pelle contexta* p. 49, 10 *aegos* ut ex u. 7 huc transcriptum eiciendum uidetur.

parte ubique (uno loco p. 99,2 excepto) latinis utitur nominibus *aestiuus*, *hiemalis*, *aequinoctialis circulus*. hinc elucet etiam ἀρκτικός et ἀνταρκτικός (hoc solum cur litteris latinis scripserit β, non uideo) hoc quidem loco pro graecis esse habenda. haec autem duo nomina cum recipere maluerit Hyginus quam latine reddere, quid negemus accusatiui et nominatiui formas et graecas et latinas promiscue eum scripsisse? aliud liceat adferre exemplum: p. 117 interualla inter terram et lunam, solem, planetas, zodiacum interiecta definiuntur eo spatio, quod inter terram et lunam est, quod 'Graeci τόνον (*tonon*) appellauerunt'. graecam uocem latini sequuntur accusatiui *tonum unum* (u. 8), *t. dimidium* (11) etc.¹⁾. similiter cum circulus, 'qui meridiem significat' pp. 94, 12. 13 et 107,12 *mesembrinos* (μεσημβρινός) uocetur, eundem *mesembrinum* supra se iam dixisse p. 107,20 dicit. etiam Ursae nominis graeci *Arctos* — non raro utitur uoce latina — formae uarie discrepant. sic p. 30,14 (*ursae . . quae graece ἄρκτος appellatur*) ut graecum uocabulum adfertur, quod recte β graecis litteris scripsit, et *Arctos maxima* maior illa Ursa uocatur initio eiusdem capituli. sed multo crebrior est latina forma, e. g. p. 31,23 *Arctus minor* (33,1 *Arctos* deterioribus codicibus est traditum), neque ullo loco codices nostri accusatiuum *Arcton* habent, sed ubique *Arctum* (cf. gen. sing. *Arcti*, abl. *Arcto*, gen. plur. *Arctorum*, acc. *Arctos*), contra nominatiuum plur. *Arctoe* ex codicum lectione *Arctos* (p. 81,3) iam β (idem Bursian) uoluit restituere, qui similibus formis *Histoe*, *paralleloe* (u. supra) satis fulcitur²⁾. — *Zodiacus* nominatiuus cum ubique codicum nostrorum consensu sit traditus (pp. 24,2. 25,13. 26,12), accusatiui forma latina duobus locis legitur (pp. 104,6. 120,16), ceteris tribus, in his etiam eo quo primum commemoratur, — p. 20,18, p. 26, 14. 26 — codices *DM* formam *zodiacon* seruauerunt, qui cum in his rebus multo maioris

¹⁾ *Tonum unum* codd. omnes habent (*U* om.), ceteris locis codicum *DM* memoria accusatiuus firmatur, quem graecum certe exemplum secutus retinuit Hyginus, cum quod *R* et dett. habent *tono dimidio* (*hemitonio* uel *semitonio* dett. nonnulli et *M*² et edd. u. 11 et 21 — scil. ex Macrobio uel Martiano —, *medietate toni* iidem fere u. 16) ad linguae latinae usum magis accommodatum esse apparet.

²⁾ Haec duo uocabula omisit Neue, qui l. c. I p. 131 magnum huiusmodi formarum numerum congressit. pluralis *Arctoe* profert exempla haec: Cic. n. deor. II 105 et Arat. 441, Germanici Ar. 25.63.

sint fidei quam *R*, fortasse etiam huius uocis formas graecas latinas promiscue ab Hygino usurpatas esse licebit statuere.

Ut horum uocabulorum graecas formas nonnullas prae latinis etiam uulgata memoria seruauit, sic earum, a quibus conuenimus, uocum *arcticos* et *antarcticos* scholia, ut supra monuimus, uel plures graecas formas tradiderunt quam *X* uideatur habuisse, qui in Hygini parte a scholiis aliena graecas et latinas formas promiscue seruauit. ubi quinque circuli enumerantur (p. 24 sq.), mediorum trium ita horum duorum graeca nomina eum usurpauimus diximus. similiter, ubi de his circulis agendum sibi proponit, initio libri quarti p. 98,19 et p. 104,27 (hic tertius additur *lacteus*, cuius ubique hoc nomen latinum est usurpatum), *arcticos* et *antarcticos* laudantur. adde p. 103,9 *ad orbem qui arctici uocatur*, p. 27,27 *fine arctici circuli et eius qui antarcticos uocatur*, p. 25,2 *circulum quem arcticon supra definiuimus* (praecedunt *arcticos*), p. 104,29 *Arcticon*, pro quo Bursianus ex *R* (*antarcticos*) scripsit *arcticum*, sed memineris quaeso quam grauer ille conueniens huiusmodi mutationibus sit infectus. etiam pag. 105,4 ex (eundem cum scholiis saepius graecam formam retinuisse supra adnotauimus) *antarcticon* scribere malim quam *antarcticum*. praeterea pag. 108,14 omnes codices habent *arcticon extra circulum* p. 82,26 *duos circulos, arcticon (-um dett. β) et aestiuum*, p. 84 formae *arcticos* (*circ. qui a. uoc.*) solus *R* (et *D*²) obstat. conueniens ibidem u. 1 et pag. 64,2 *circ. qui arcticus uocatur* (dicitur consensu codicum traditum est. etiam ceteris quibus loci uoces extra scholiorum partem occurrunt quattuordecim locis latinae (accusatiuae) formae sunt seruatae, cum ex septem locis qui scholiorum et codicis *X* communi memoria traditi sunt, in loco latinus acc. scholiorum auctoritate firmetur, ceteris graecae forma exstat bis codice *D* et codicibus *D*¹*M* adsistentibus. ita ubi scholiis sunt seruatae, graecae formae retinendae erunt, ceteris locis singulis, utrum eadem sint restituendae necne, in me relinquendum est. hoc solum statui uideatur posse Hyginum graecis et latinis harum uocum formis usum esse, scilicet postquam graecas recepit, cum saepius iis esset utendum: casus obliqui latine flexisse, nominatiuum et accusatiuum et graece et latine promiscue formauisse.

4 9 Gorgonam h. l. et infra u. 16 scholia habent idem: priore loco *D*¹, altero *DR*, *Gorgona* ceteri, quorum ratio habet

est; sed in ea huius capitis parte quae a scholiis abest pag. 46,21 consentiunt DMR de forma *Gorgonam* et iidem de acc. *Gorgona* p. 85,25 [*Gorgonem* non nisi deterioribus nonnullis traditum est]. altera igitur forma pertinet ad nominatiuum *Gorgo* — et tertiae sunt declinationis ceterae formae *Gorgonis*, *Gorgonum*, *Gorgonas* — altera ad nom. *Gorgona*. similis usus ancipitis exempla non plane apud Hyginum deesse uidentur. duo certe uocabula in codicibus nostris duplices habent formas *Scorpius-Scorpio* et *Delphin-Delphinus*. illius uocis genetiuis et ablatiuis ubique est tertiae declinationis, et uterque casus octonis locis exstat (uno loco pag. 111,7 ablatiuium *scorpio* habet R). nomin. *Scorpius* (cf. pag. 29,16 *pars Scorpionis et ipse Scorpius*) octies est traditus¹⁾, sed p. 107,17 sequitur nominatiuum *Scorpio*, quem ceterorum locorum consensum secutus haud scio an et ipsum mutes in *Scorpius*. sed duplices formae uidentur exstare accusatiui. p. 26,24 enim *Scorpium* omnes habent (sed sequitur 'Sagittarium'), pag. 68, 19 et 20 *Scorpionem*, idemque p. 49,19, nisi quod D¹M¹ *scorpion* habuerant, quae graeca huius quidem uocabuli forma in hoc scriptore nusquam alibi seruata est. — Alterius quam attuli uocis (u. Neue I 321, et Prisciani locum ab eo laudatum I pag. 216,8 sqq. Hertz) gen. sing. est *Delphini* (pp. 56,22. 57,25. 88,23), contra gen. pl. *delphinum* (pag. 40,20); de ceteris casibus et singuli loci et codices inter se discrepant, nisi quod R ubique secundae declin. formas exhibet (p. 29,12 m. 2 *delfine* pro *delfino* correxit), quem iniuria Bursianus secutus est. accusatiuum *delphinum* omnes habent p. 56,23, *delphina* omnes (praeter R) p. 57,11 et p. 56,19, quae forma, quamquam etiam in scholiis (13 5) latina legitur, eo magis retinenda uidetur, quod non de pisce sed de homine quodam, quem Hyginus ex graeco exemplo perperam ut adsolet intellecto sibi fingit, sermo est, nominum autem priorum accusatiuos in -a exeuntes paene ubique Hygino placuisse iam p. XXXVII sq. diximus. praeter acc. (et gen.) nominatiuus sing. 13 1 occurrit *Delphin*, quam formam ex Hygini codicibus unus uidetur habere D (et P), ceteri (in his M) *Delphinus*; sed altero quo reedit loco pag. 88,14 forma *Delphin* potioris auctoritatis est, cum codicibus D¹M(BG) sit

¹⁾ Initio capitis libri secundi R praefixit *de scorpione* (mai. litt.), idem in tertio libro B.

tradita. ablatiuum *Delphino* omnes habent pag. 110,25, *Delphine* pag. 29,12 (*delfino R*¹). denique de nom. plur. *delphini* codices consentiunt p. 57,9, sed ibid. u. 21 forma *delphines* satis manifeste indicatur corrupta codicis *M* lectione *delphine se*, quae in *DRP* in *delphini se* abiit, cum legendum sit *delphines e*.

Praeterea huc referenda uidetur uocis *Crater* declinatio Hyginiana. huius enim nom. (et abl.) *cratera* cum iam in Ciceronis Arato occurrat (u. 219, cf. 292. 387, u. Neue I 323: *crateram, craterae, craterarum, crateras*), earum quas nostri codices habent primae decl. formarum auctoritas firmatur. nom. enim (pp. 76,3. 78,4. 98,6. 102,15) et gen. (p. 110,27) cum sint tertiae decl., praeter acc. *cratera* pp. 76,14. 78,7 (*craterem R*). 97,19 (*crateram P*) uno quidem loco (p. 76,17) omnes codices tradunt *crateram*. similiter bis exstat *cum cratere* (pp. 76,9. 78,2), contra *de cratera* (-ae *R*) p. 77,1, et fluctuant codices p. 77,21, ubi *cum uino* <in> *cratere mixtum MR* habent, c. u. *cratera m. D(BGP)*. tertiae igitur decl. formae potioris sunt auctoritatis, tamen quae sunt primae ad illarum exemplum inmutare non ausim. immo etiam *Gorgonam* retinere maluerim, quamquam ceterae huius uocis formae Hyginianae ut graecum Γοργώ¹) tertiae sunt decl., neque eadem forma ante Seruui aetatem (u. Neue I 324) reperiri uidetur nam huiusmodi formae uulgaris sermonis ad Hygini genui dicendi accommodata sunt. simile est *Tritonidam* 4 12. — d. *Calliopem, Erigonem, Erigonis* u. supra p. XXXVIII.

4 9 quod factum nemo non scripsit. C. Robert in *nemnon* scriptoris nomen 'fortasse *Hesiodus*' latere opinatur, e. I. Vogels codicis *A* lectione nisus proponit *Memnon*, quae uox, nisi quod ad litterarum ductus traditos proxime accedit, nihil habet quo commendetur. sed hoc dicit Hyginus: Perseus falce illa instructus Medusam interfecit. quae fabula quamquam ab omnibus paene scriptoribus et poetis narrata est et decantata, quos excerpere licet, tamen malo Aeschylum sequi.

4 10 ut ait Aeschylus in Phorcisi quae eqs. integram huius loci memoriam *X* seruauit, nam *tragoediarum scriptor* (cf. p. 53,21. 69,3) 'epitomes' adsensu (ὁ τῶν τραγῳδιῶν ποιητῆς)

¹) Forma Γοργόνη multo recentioris uidetur aetatis. Pape-Benseler Wörterbuch d. griech. Eigenn. ed. 3 s. u., Suid. s. u. Γοργόνειον καὶ Γοργόνη ἢ Γοργώ. L. Dindorf in Steph. Thes. s. u.

XLVIII

firmatur, et quae post *Phorcisi* in scholiis desunt perperam intercidisse sententia docet, qua haec uerba flagitantur: *Graeae fuerunt Gorgonum custodes*, cum quae praeterea sequuntur scholiasta ut superuacanea potuerit omittere. sed iniuria post *custodes* numerum III addidisse mihi uidetur ρ, cum codicis *R* lectionem secutus tum ratione habita memoriae 'catasterismorum'. nam quamquam Aeschylum eandem fabulae formam in *Phorcisi* secutum esse suspicandum est, quam in *Prometheo* (u. 793—800) profert, ubi tres *Phorci* filias commemorat trium *Gorgonum* sorores, quem ipsum numerum apud *Pseuderatosthenem* fuisse ex scholiis *Germanici Basil.* intellegitur, tamen quod apud *Hyginum* sequitur 'quae utraeque uno oculo' eqs. non aliter interpretari licet ac de duabus *Graecis* eum cogitare. itaque etiam h. l. more suo aliena admiscuit¹⁾, eaque ex eodem ni fallor fonte, ex quo *Ouidius* (*met.* 4, 772 sqq.) sua sumpsit²⁾, quocum aliis quoque locis ei intercedere similitudinem iam ρ (l. c. p. 232) monuit. quod autem *R* habet *Graeae fuerunt Gorgones tres* ex alio quodam libro inepsit, in quo utraeque erant confusae, ita ut de *Gorgonibus* tantum esset sermo. conferas uelim e. g. quod scholia *Sangermanensia* magis etiam quam *Hyginus* ab exemplo *graeco* recentia de *Gorgonibus* habent 'quae dum tres sorores fuerint, uno oculo, una uidelicet pulchritudine utebantur'. his autem simillima sunt uerba *Isidori* (*origg.* XI 3, 29) '*Gorgones . . . habentes unum oculum, quo inuicem utebantur. fuerunt autem tres sorores unius pulchritudinis quasi unius oculi*', quae quidem ad *Seruium* respicere uidentur (ad *Aen.* 6, 289: '*Gorgones . . . omnes unum oculum habebant quo inuicem utebantur . . . Serenus tamen dicit poeta Gorgonas puellas fuisse unius pulchritudinis*' .). huiusmodi igitur locum (cf. *Mythogr. Uat.* I 130) ante oculos uidetur habuisse is cui codicis *R* lectio debetur, quam iniuria ρ non neglexit.

6 17 filiae iam β a prioribus editionibus regressus restituit. nam de *Calliope* filia *Iouis* id dictum est, cum expressis uerbis narretur et *Apollinis* et *Iouis* uoluntate *lyram* a *Musis* inter

¹⁾ Fortasse cum numerum in exemplo non inueniret, qui etiam in nostris 'epitomes' codd. desideratur.

²⁾ cf. *Hesiod. theog.* 270 sqq. — eundem numerum etiam artis monumentis non semel uideri seruatum monuit *R. Gaedechens de Graecis* pag. 7 (u. ib. p. 56).

sidera constitutam esse, Apollinis, quem praeter ceteros carminibus celebrauerat Orpheus, Iouis, qui Orphei matri, filiae suae, morem gesturus erat¹⁾. *filio* inrepsit, cum ad Apollinem uideretur haec uox referenda. quod igitur Schefferus proposuit *filiae filio*, probandum non est.

7 11 inter sidera dictus est esse. hoc uno loco uocem in scholiis omissam etiam ex Hygino expellendam esse puto, scil. *constitutus*, qua remota — ad sensum necessaria non est — haec sententia me quidem iudice aptior exsistit: Cygnus hominibus tam alte (non **longe**, quod perperam scholia habent) uolare uidebatur, ut inter ipsa iam sidera eum esse opinarentur. qua opinione ne frustrarentur, Iuppiter eum in siderum numerum recepit. — librarius autem *X* cum scripsisset *inter s. d. e. e.* perfacile addere potuit *constitutus*, quae locutio creberrima est in Hygini libro.

9 6 eius inferiorem partem piscis esse deformatam uocula *ut ante piscis* inserta (cf. p. 62,11 'quod eius prior pars appareat *ut tauri*') haud scio an integram habeas lectionem quamquam non nego scholorum auctoritatem h. l. uno *K* traditorum infirmiore esse, ita ut acquiescas in *formatione*.

9 9 totus in zodiaco circulo deformatus cauda e toto corpore medius diuiditur ab hiemali circulo. ab haec memoria Bursianus codicem *R* secutus iniuria recessit. sententia haec est: 'Capricornus, qui totus in zodiaco circulo est, hiemali circulo²⁾ medius — scilicet et cauda eius et totum reliquum corpus³⁾ — diuiditur', quae optime confirmatur uerbis, quae IV p. 103,26 leguntur *hiemalis circulus medium Capricornum diuidens* (*C* Ar. 501 μέσον Αἰγοκορῆα τέμνει, unde Hyginus ex more suo haec sumpsit). hanc sententiam particula *et* omissa turbatam *R* vari

¹⁾ Similiter p. 49,15 pro eo, quod β editiones (= *F*?) secutus scripsit *eum*, ex omnium codicum consensu *eam* restituendum est. nam cum *Aega* illa²⁾ Panos uxorem amaret, *caprae* figuram inter astra Iuppiter collocauit.

²⁾ In hac structura praepositio *a* promiscue ab Hygino usurpatur uel negligitur. exstat pp. 86,19. 87,30. 94,17 (18 5 om.). 95,7.22. cf. 92,5. dees 86,18. 87,9. 90,16. 91,12. 92,19.

³⁾ Similis ablatiui (*cauda et t. corpore*) usus saepius ap. Hyg. occurrit e. g. p. 95,7.21 (cf. 87,10. 86,17 al. *genuum fine*), interdum addita praepositione *a*, etiam ubi diuersae notionis eadem particula insequitur, ut pag. 94,17 (cf. 103,27), et simile est p. 86,19.

temptauit. pro *deformatus* enim habet *deformatur*, ita ut ab ea quae sequitur uoce *cauda* nouum enuntiatum incipiat, et ommissa uoce *medius* iam molesta¹⁾, cum ad nominatiuum *cauda* respicere non possit, hanc praebet sententiam, quam Bursianus probauit inserta ante *toto* particula *a*: caudam hiemali circulo a toto i. e. reliquo corpore diuidi. hoc igitur modo effecta est sententia genuinae contraria. haec cum ipse *R* habeat, a m. 2 ante *toto* superscriptum est *cum*, ita ut idem sensus, quem huic loco uindicauimus, restitutus sit. quae res ni fallor ita explicatur, ut is qui *cum* inseruit ex sphaerae quadam imagine uitium codicis hoc modo emendauerit.

9 12 in primo pede unam, in posteriori pede alteram. ineptae codicis *X* lectioni *in priore pede unam, in priore eodem alteram* et epitome et scholia Germanici repugnant (Robert l. c. pag. 150 sq.). Basileensia enim habent 'in pede priore I, in summo pede I.' Sangermanensia (quae ex Strozianis recte ρ suppleuit) 'in anteriori pede I, in summitate ipsius pedis I.' denique epitome ἐπ' ἐμπροσθέντος ποδός α', cui ρ addidit ἐπ' ἄκρου ποδός α'. de priore igitur loco conuenit inter singula haec exempla et uulgatam Hygini memoriam. itaque quod *K* habet **primo** (*prima* est in codice) mutilatum uidetur ex *primori*, quod idem in scholiis occurrit 10 25, ubi in *X* legitur *priori*²⁾. altero loco cum *priore* ineptum sit, *eodem* conprobatur scholiorum Sangermanensium lectione *ipsius*, ita ut, quod ρ ex scholiis Germanici apud Hyginum scribendum proposuit *in summo eodem*, habeat

¹⁾ Hanc cum *diuidendi* uerbo et actiue et passiuue usurpato saepissime in tertio (et quarto) Hygini libro coniungi unaquaeque fere pagina docet.

²⁾ In comparatiuorum ablatiuo in *i* uel *e* exeunte etiam meliores codd. fere ubique fluctuant. — eadem uox etiam in nostris Hyg. codd. saepius inuenitur. pp. 83,1 *primoribus digitis* *M¹RP¹*, 85,2 *pede primori* (*priori P*, om. *BG²μ*, *ipsius FU*) *dextro*, 90,22 *in pedibus utrisque primoribus*, ubi haec uox *pr.* a *BPFU* *edd.* et a ρ eiecta haud scio an retinenda sit, dummodo uertas ἐπ' ἄκρου ποδών ἐκατέρων. nam conferas uelim locos laudatos p. 83,1 et p. 85,2, ubi *in p. pr. d.* nihil aliud potest significare nisi ἐπ' ἄκρου ποδός ἑξῆς. cf. epitom. 26 Hyg. III 28 *in manu priori* = ἐπ' ἄκρας χειρός δεξιᾶς. epit. 28 Hyg. III 26 *in manu priore* = ἐπ' ἄκρας χειρός. adde epit. 11 Hyg. III 21 ἐπ' ἄκρου ποδός τοῦ τετάρτου = *in quarto primo*, ep. 40 Hyg. III 37 ex. ἐπ' ἄκρου ποδός δεξιᾶς (scil. τοῦ ἑξῆς) = *in pede de posterioribus primo*, ep. 19 Hyg. III 19 ἐπ' ἄκρου ποδός ἐμπροσθέντος (scil. τοῦ Κρῶδ) = *in pede priore de primis*.

potuerit inserto eo quod librariis usitatum erat *inter scapulas*, egregie ostendit scholiorum codex *K*, in quo *interscapulo* quod **l 18 A** corruptum habet, in *inter scapulas* mutatum est. addo quod in Hasperi Hygino eiecta uoce *interscapilii* hominibus illius aetatis insolita omnibus iis quos enumeravi locis (etiam p. 81,9) positum est *inter scapulas*.

12 3 sqq. quod unam hanc ex auibus traditum est memoriae contra solis exorientis radios uolatu contendere. hanc ampliorem memoriam non dubito ipsi Hygino reddere. nam ex auibus, quod apte est additum, cum epitomes (*μόνον τῶν ζώων*) tum scholiorum Germanici (*sola auium Bas., altius cunctis uolatilibus Sang.*) consensu firmatur. ad uolatu contendere accedit codicis *G* lectio *contendere uolantem*, quae nescio an eiusdem integrioris memoriae in Hygini codicibus solum sit uestigium (u. supra pp. 10 et 53). nam librario eam debere minus est uerisimile propter accusatiuum *uolantem*, qui cum ea quae in scholiis est uerborum structura congruit, abhorret a uulgata. ceteri codices fluctuant inter *uolare* et *ualere*. illud codicum *DM* auctoritate et simili scholiorum lectione commendatur. sed fugit Bunteum, qui hanc lectionem in textum recepit temere (secundum Munckerum) laudato loco p. 58,19, sensu ea carere, neque enim quidquam aliud significare potest *contendere uolare*, nisi *uolle, conari uolare*, quod h. l. ineptum est. itaque *ualere*, quod aptum praebet sensum et similiter saepius usurpatur (cf. pp. 40,10. 68,18 al.), fortasse per coniecturam inrepsit an genuina fuit lectio *uolatu contendere ualere*? — denique particulam **quod**, qua in *Y* hoc enuntiatum ad id quod praecedit adnectitur et sententia — nam causa adfertur, cur aquilam sibi delegerit Iuppiter — et scholiorum Germ. memoria¹⁾ (. . *est signum Iouis quod sola . . Bas., propter Iouem qui . . eam sortitus sit eo quod altius . . Sangerm.*) optime commendatur. impersonalis autem

hac uoce angustioris notiois interpretatur graecum *ῥάχις*, quod in schol. Bas. et Sang. uertitur uocabulo *dorsi* et rarius *spinae* (hoc in Bas. uno loco exstat, in Leone, saepius in Sang.). quare etiam in Scorpione p. 74,3 Rob. in epit. inserendum est ἐπὶ τῆς ῥάχιδος, non quod ρ scripsit ἐπὶ τοῦ κότου. — formam *scapulum* (*in scapulo*) Sang. habent eadem qua *interscapilium* notioe in Ursa maiore p. 54 sq. Rob. ἐπ' ὤμοπλατῶν = *in summo interscapilio* Hyg. = *in armo* Bas.

¹⁾ In epitome p. 156,7 *μόνον* δὲ iam Wilamowitzius (ap. ρ) correxit in *μόνον γὰρ*.

huiusmodi uerborum structura etiam ubi praesens usurpatum est in hoc scriptore occurrit, e. g. pag. 40, 6. 8 *dicitur . . Minoa . . uoluisse.*

12 8 Crete subreptum. hanc codicum XY lectionem intemptatam reliqui, cum datiuus *Cretae*, pro quo *crete* scriptum fuisse ad exemplum datiuorum *Ariadnae*, *Erigonae* (u. not. ad I 22) suspiceris, cum uerbo subripiendi coniunctum, ubi de loco non de persona agitur, uix possit ferri. sed etiam abl. *Crete* (cf. *Cretam uenisset* p. 40,7, *transuexerit Cretam* p. 62,8 neglecta praepositione) quamquam ad sententiam aptus est, molestus uidetur propter formam graecam, qua huius quidem uocis nusquam utitur Hyginus (*in insula Creta* p. 49,4, *Cretae* [gen.] 48,14, *in insulam Cretam* 73,5). neque ullum huius casus graeci exemplum nouit Neue, l. c. I 47, ubi multa locorum nomina in *e* exeuntia (praeter formas usitatiores latinas) conlegit, nam quem profert abl. *Crete* (Plinius NH IV 58) nymphae est nominis.

12 9 qui postquam peruenit . . et uoluerit. temporum et modorum in enuntiatis secundariis — iis praecipue, quae indirectae narrationi inserta sunt — usus Hyginianus quamquam satis peculiaris uidetur esse et a communi consuetudine recedere, tamen accuratius in hanc rem inquirere, ita ut orationis eius certas leges liceat statuere, huius commentationis modum excedit. neque enim solius Hygini ratio habenda est, in quo uulgaris sermo et tumidae cuiusdam grandiloquentiae affectatio et graecae linguae non raro male intellectae crebra uestigia mire confusa sunt, sed ex aliorum librorum comparatione quaerenda sunt subsidia. itaque nonnulla tantum, quae ad scholiorum memoriam pertinent, leuiter tetigisse satis sit. sic, ut ad scholiorum locum redeamus, post coniunctionem *postquam* in oratione obliqua e praesenti pendente (directae orationis unus exstat locus p. 59,7 *p. peperit*) coni. perf. et p. 80,14 *rescierit* et 63,23 *sit capta* et 44,5 *inuenerit* (*inuenit R*) et 42,16 *defecerint* (*defecerent R*) usurpatus est (de coni. cum *postquam* in orat. dir. coniuncto u. Dräger Hist. Synt. II 591 sq.). uno loco p. 73,4 (14 21) *X* coniunctiuum imperfecti *desperaret* habet, cum in *A* sit *desperarat*. — idem coni. perf. in iis enuntiatis temporalibus orationis obliquae, ubi *quo tempore* usurpatur, occurrit (de ind. u. infra pp. 79,1 (25 3) *finxerit*, 60,26 *oppugnauerit*, 42,14 *abduxerit* (paullo infra illud *postquam defecerint* sequitur), 58,9 *deuenerit*

auspiciam aduolasse, quam *victor* bono omine acceptam tutelae suae subiugarit', cum in nostris scholiorum Basileensium codicibus ipsa illa uox *victor* interciderit. neque a Lactantio addita est, quippe qui ad uerbum fere scholiorum locum exscripserit. quod uero nihil tale in epitome legitur, non obstat, cum in breuius eam contractam esse etiam ex scholiis Sangermanensibus ('apud Titanas *pugnasse*') eluceat. praeterea uelim conferas Seru. ad Aen. 1,394 '(aquilam Ioui) obuolasse in augurium ac statim *uictoriam* consecutam et ideo inter sidera collocatam'. quod Iouis nomen in Y positum est, cum in X desit (cf. 13 8 *Nep-tunus*), et Aquilae nomen pro solo pronomine (cf. 7 12 *cygnus* pro *eum*), minoris est momenti. nec uero est cur haec reiciantur neque quod sequitur *sidera* pro *astra*, quibus uocabulis promiscuo utitur Hyginus, sed crebrius ut uidetur latino (u. supra p. XLII

12 18 *habet*¹⁾ in pede stellam I, in utraque tibia cum in scholiis uox propriae notionis exstat *tibia* (Flügelröh-knochen), in X commune uocabulum *penna* traditum sit, quod ceteris locis alas auium significat Hyginus (cf. e. g. III 7. 24. 3 adde 16; saepius occurrit in libro IV), scholiorum lectio plus aestimanda est. et fauet ei, quod scholia Stroziana (p. 161 Breys.) habent (scil. ex Sangermanensium catalogo deperditum) *in humeris singulis alarum*. cui loco addo scholiorum Bernensium memoriam 'in *rostro* superiori I, in subteriori (Breys. not. ad p. 238,16), quod haud scio an errori scholiastae illius debeatur, qui uocabulo *χῆλος* (= margo) labrum uel rostrum (cf. *rostrum equi* ap. Hyg.) significari putarit. — contra quod pro *capite* (cf. Stroz. p. 161,5) Y *habet pede*, falsum est, cum non possit omitti, in utro pede sit stella, quod iis tantum locis non addit Hyginus, quibus uter sit dictus elucet. nec uero tacet idem *pede* Bernensia habere, cum neque in epitome neque scholiis Basileensibus singulae Aquilae stellae enumerentur.

13 5 *peruagatus paene omnes insulas*. Delphinus, quem hominem esse fingit Hyginus²⁾ 'Delphina nomine', cum graeco

¹⁾ *habet* X. hoc cum scholiorum lectione et communi in hoc ter libro usu refutetur, scholiis nomen malim restituere *habet autem*, uel comparari III 30 (cf. 35. 40) *sed habet*.

²⁾ Eadem de causa etiam ea quae exscripsi uerba minus accurate si translata 'peruagatus insulas', cum epit. habeat *πλανώμενος κατὰ τὰς νῆσας* cf. sch. Bas. 'qui cum circa insulas Atlantis rimaretur', sch. Sang. *circu uagans*.

uerba, quae sequuntur (epit. p. 158,12 ρ), ex more suo male intellexeret, 'aliquando ad uirginem peruenit'. ea quae in scholiis inserta sunt uerba **pene omnes** si qua alia genuina esse et hoc scriptore dignissima nemo, opinor, qui eius indolem et inanem uerborum copiam perspexerit negabit. neque cum in epitome exstet κατὰ τὰς νήσους τοῦ Ἀτλαντος circumuagatum esse Delphinum — idem uterque scholiasta Germanici legit —, suspicio est reicienda uerba *pene omnes* sagacitati illius compilatoris deberi, qui graeci exempli corruptelam ΤΟΥ(Α)ΠΑΝΤΟΣ uel tale quid hunc in modum interpretaretur. qualem autem in uertendo graeco exemplo Hyginus ille se praebuerit, duobus quae initio libri sui C. Robert commemorat exemplis satis inlustratur.

14 11 natum puerum demonstrant eqs. quod ex uerbo *demonstrant* in X deperdito pendet esse (u. 13) non solum scholia sed etiam D'R seruauerunt. *demonstrant* autem, quamquam paene superfluum est, prorsus ex more huius scriptoris insertum esse cum alia exempla docent, tum pag. 38,8 ubi Petellide auctore laudato tamen Hyginus pergit 'quos *negant*'. in indicatiuo iussit (u. 12) in oratione obliqua minime offendendum esse et *appellari iussit* magis commendari quam quod ferri nequit *appellaret* iam ad 12 9 diximus. *uetustate* denique pro *uenustate* falso scholia cum deterioribus codd. habent, u. supra p. 54.

14 25 occidentem exortu Scorpionis posteriore parte. ablatini huius temporalis plura exstant exempla, p. 87,3 *occidere Sagittarii et Capricorni exortu*, p. 87,17 *occidens exortu Geminorum, Cancri, Leonis*, pag. 88,2 = sch. **11 7 occidit Uirginis exortu** (u. supra pag. XXXVI adn. 1), pag. 97,10 = sch. **21 7 occidens Arietis exortu**, p. 109,24 *quorum* (scil. XII signorum) *exortu quae de reliquis corporibus occidunt aut oriuntur*, ib. 27 *Arietis exortu*, p. 110,19 *exortu Leonis*. hoc tamen loco qui sequitur ablatius *posteriore parte* ferri nequit, ita ut *exorta* cum Uβ sit corrigendum, cui optime respondet quod sequitur 'et Sagittario exoriente'.

15 8 sqq. Iuppiter . . . utrosque in lapides conuertit, ne data beneficia aliquo tempore degenerarentur. canis 'quem nulla fera praeterire' potest, persequitur uulpem 'cui datum dicebatur ut omnes canes effugere posset'. Iuppiter autem cum in tanta difficultate id remedium, ut diuinis illis beneficiis utriusque adeptis canis uulpem persequeretur, adhibere nollet, ne auctoritas deorum, cum data beneficia irrita facere cogerentur, diminueretur,

'cum in unum peruenissent' i. e. cum prope iam a uulpe canis abesset, 'utrosque in lapides conuertit'. lapides autem quod scholia habent scribendum esse et sententia conprobatur — nam certe priusquam uulpem canis comprehenderet, Iuppiter eorum formas conuertit (u. etiam Pausaniae locum in adnot. exscriptum) — et iis uerbis, quibus Apollodorus utitur in bibl. I 4, 7 (p. 51,18 Hercher) Ζεὺς ἀμφοτέρους λίθους ἐποίησεν (cf. Ant. Lib. 41 ex.), qui eiusdem uidetur Istri fabulam exhibere, ex quo Hyginus hunc fabulae exitum 'catasterismorum' narrationi amiscuit¹⁾, u. Robert p. 230.

15 14 sequens recte scholia. cf. e. g. p. 34,23 *hic . . e fac sequens Ursam* (in caelo) *perspicitur*, cum antea u. 19 de Arca Ursam in templum persequente sermo sit, p. 64,11 *Orion . . fugient eas sequi uidetur* (in caelo), p. 45,7 = sch. 7 12 *aquilam sequente collocauit in mundo*, p. 32,22 *plaustrum sequens*, alia.

15 15 sq. corpore ad occasum spectans, sed caput aequinoctialem circulum tendens et occidens eqs. — X habet capite pro corpore, tendit pro tendens et. in hac lectione offendit quod cum caput ad occasum spectare dixerit scriptor, de eodem pergit 'sed caput ad aequinoctialem circulum tendit'. tamen prior loco nihil mutandum est²⁾, nam capite spectare saepissime occurrit apud Hyginum, et aptum est ad rem, cum in eandem regionem Sirius spectet, in quam e. g. Orion quem sequitur spectat (pag. 95,13). immo pro eo quod deinceps additur caput malim restituere corpore, quod cum uerbo tendendi apte coniungitur et, cum lectionem scholiorum tendens et tueatur, ultro firmatur. quod uero iis, quae in uulgata huius enuntiati memoria exstant, participiis nouum additur, in hoc scriptore uix offendat, quippe qui e. g. in eo quod praecedit capite de Orione participiorum

¹⁾ cf. Pausan. IX 19,1 de Teumesia uulpe . . καὶ ὡς ὅπῃ τοῦ κωνός . . ἀλίσκεσθαι μέλλουσα ἀττή τε λίθος ἐγένετο ἢ ἀλώπηξ καὶ ὁ κύων οὗτος.

²⁾ Hae uoces saepius in Hygini codicibus inter se confunduntur. p. 92,9 in *FU* legitur capite pro corpore. contra p. 84,16 cum *DMRGP* habeant corpus, tamen quod deteriores et edd. exhibent caput iure β probauit, ut ex initio capitis elucet 'praeter umeros et caput nihil occidere.' cf. Arati, ex quo ut adsolet priorem capitis partem paene totam Hyginus desumpsit, u. 633. — ceterum ex eodem Arato (u. 186 sq.) p. 84,13 restituendum est 'quem a capite primum efficere uidetur'.

praesentis quinque accusatiuos in unum enuntiatum composuerit.

17 11 **coniectam** scholia recte ni fallor, *coniunctam* uulgo. nam cum uerbi *coniungendi* (u. ad 18 6) haec structura ab Hygini consuetudine aliena sit, id quod in scholiis legitur simili eiusdem uerbi usu commendatur, cf. 6 24 'quae in *testudinem* ut brachia sunt *coniecta*', quod fortasse ad graeci uerbi ἐμβάλλειν exemplum scriptum est.

17 17 **in mari collocata** (*mare A*) scribere non dubitauit, quamquam etiam 15 11 et 25 7 scholiis *in astra constitutum* (*collocatum*) traditum est (priore loco = *M*) pro *inter a. c.*; tam paucis enim huius structurae (de qua u. Dräger l. c. I 658 sqq.) exemplis plurima obstant praepositionis *in* cum ablatiuo coniunctae, ex scholiis: *in triangulo posita* 2 1, *in gremio se collocuit*, *collocauit in mundo* 7 8. 13 etc., cum praesertim post uerba *statuere* et *constituere* teste Drägero (l. c. p. 660) rarioris illius structurae nulla exstent documenta. — contrarium huic loco est, quod 3 4 in *A* legitur **in flumine se proiecisse**. hanc structuram quamquam ad p. 78,2 (*in mari proici BU*) Munckerus laudatis Fulgentio et Lactantio mythographis et Hygini fabula 92 (*deducat eas in Ida monte* p. 88,1 ed. Schmidt), et ad p. 57,8 (*se in mari . . proiecerunt BPNU*) Staverenus ut Hyginianam commendare conantur, tamen etiam minore quam accusatiuus ille pro ablatiuo utitur auctoritate.

17 18 sqq. hic catalogus in *A* uarie corruptus iam in *Y* a meliore illa quam *X* habet memoria satis uidetur aberrasse. nam cum in **quaternatiacum** (u. 18) uix quidquam aliud latere possit quam *quaternas circum* (u. supra p. 19), octo hae gubernaculorum stellae una differunt ab eo numero, quem *X* epitomes auctoritate probatum tradit, V + III. etiam summa quae subiungitur **sedecim** falsa est, tamen cum iis, quae in scholiis reuera enumerantur, stellis mirum in modum consentit. habes enim in gubernaculis VIII, 'circum carinam et sub reiectu' V, ad malum III. interciderunt igitur quattuor puppis stellae — idem numerus a codice *X* a fuit¹⁾ — et carinae stellarum numerus quinque. iam uero etiam in *X* numerus uidetur fuisse XVI crebro errore

¹⁾ Suppleuit eum β. sed mallet addidisset *stellas* ante III, quod catalogorum initiis nunquam deest. nam p. 94,22 apud β typhothetae tantum errore intercidisse uidetur (= sch. 18 10).

pro XXVI scriptus¹⁾; tot enim stellae, si quattuor illas puppis addideris, enumerabuntur, et eandem exhibent summam schol. Bas., cum XXVII uerus sit numerus iudice Roberto. amissis igitur quattuor puppis stellis quinque carinae stellae intercidisse uidentur, ita ut totus stellarum numerus iam esset XVII. qui ut ad summam XVI accommodaretur, singulis gubernaculis quaternae tantum stellae in Y tribuebantur. — sed quantumuis hic catalogus sit deprauatus, tamen uno loco scholia memoriam codice X uberiorem et aperte genuinam seruauerunt. tres enim illas stellas ad malum summum esse deformatas, quod ex epitome (ἐπιτολιδος ἄκρας) et scholiis Bas. (in malo summo) discimus, etiam Hyginum commemorasse docent.

18 6 rostro prope posteriorem Arietis pedem iunge sic XY. solus R dissentit: *rostrum p. posteriori Ar. pedi i. con-* h. l. conferas quod 8 8 R habet *dextram iubae Pegasi prope con-* iungens pro *dextra iubam P. p. coniungens (contingens)*. utrumque igitur locum ad communem linguae latinae usum commutatum exhibet R, recedens ab ea qua Hyginus utitur singulari uerbo *iungendi* siue *coniungendi* structura. eadem enim notione structura hoc uerbum cum simplex tum compositum ab eo habetur, qua *contingere* quo et ipso utitur¹⁾, ita ut uoces h

¹⁾ Quod R habet XXII ad earum quae in X enumerantur stellarum summam accommodatum est. summam XXIII exhibent recentiores quidam codices, in nonnullis enim malo IIII stellae pro tribus attribuuntur. quod in Hasperi Hygino est 'ita sunt omnes XXII uel XXIII.'

¹⁾ pp. 84,1 *contingens extremum pedem sinistrum*. — 82,21 (Arctophylax) *Coronam umero sinistro prope contingere uidetur* (insequitur *coniungit*, infra p. LXIII). 87,13 (Anguis) *prope extremo ore Coronam contingit*. (Scorpius) *extrema cauda circulum hiemalem contingere uidetur*. 96,10 (17) *puppis hiemalem circ. et maioris canis caudam contingens inferiore par-* (accus. falso in A) *nouissimae* (sic recte A cum M et aliis) *nauis*. 102, *sinistro prope contingere uideatur* scil. circulum; *prope* enim quod *D¹MBF²μ* est (pede *RD¹Gβ*, prope pede *PU*, prope pedes *Micyll.*) restituendum est, cum id tantum intersit inter Arati (515. 517) et eam quam 'nonnulli habent sententiam, quod auctore Arato 'Tauri genua (in circ. aequin.) uel fixa perspiciuntur', secundum illos Taurus dextro tantum genu eo nititur sinistro prope eum contingit. — etiam pag. 102,18 (cf. 14) *contingens* ex codicibus scribendum est, cum β *coniungens* ex correctura codicis D in textum receperit. p. 100,5 *prope contingens* omnes mei codices habent, hunc autem cum uno R (et P) sit traditum, ex Hygino quidem eiciendum censeo. — etiam *attingere* usurpatur pag. 81,18, et persaepe occurrit simplex uerbum *tangere*, 82, 1. 11. 83,4. 84,26. 85,22 etc.

simillimas saepissime in codicibus confundi non sit mirum. tamen illa uoce eiecta ubique usitatioem *contingere* et codicum memoria nos uetat restituere, cui nonnullis locis accedit scholiorum auctoritas, et quod non solum conpositum illud, sed etiam simplex uerbum *iungendi* interdum ita est usurpatum (p. 94,18 = sch. 18 6, p. 104,30), quod cum *contingere* esse confusum uix credideris, denique quod etiam structura passiuua huius uerbi occurrit, cum *contingere* passiuo careat. loci autem, qui huc spectant, hi sunt: pp. 104,30 *Cepheus pectore suo circulum (arct.) iungit*, 88,24 (*Equus*) *Aquarii manum dextram ceruice sua coniungens*, 95,23 (= sch. 15 15) (*Canis*) *pedem dextrum Orionis paene suo capite (capiti M¹) coniungens (contingens $\alpha\mu$)*, 96,19 (= sch. 22 16) *Centaurus . . capite prope crudam Hydrae coniungens (contingens G $\alpha\mu$)*, 88,16 *Delphinus . . capite prope coniungens (cont. GPU edd. cf. F) equi Pegasi rostrum*, 89,19 (= sch. 1 17) *Aries . . pedibus prope coniungens (cont. BGPFU edd.) caput Pisticis*. his accedunt duo a quibus orsum loci, 18 6 (p. 94,18), ubi *rostro* ablatiuum esse ex iis quae attuli exemplis intellegitur, et 8 8 (p. 93,10), ubi utrum *coniungens* (sic DR) scribas an *contingens* dubites, quamquam hoc ceteris codicibus seruatum etiam scholiorum fragmentum Uercellense exhibet. nam ea quam codicis C per Cyriacum habemus notitia non est tam accurata quam codicis A, quem hodie licet inspicere, et *dextram iubae*, quod praeter R etiam in FU (et 'Voss. sec.') legitur, cum ineptum sit cum *contingens* coniunctum, id certe testatur etiam in aliis codicibus, a quibus recentissimi illi originem ducunt, fuisse *coniungens*, ita ut idem fuisse in X non omnino sit negandum.

Haec autem structura ni fallor datiuo pronominis reflexiui suppletur: Cepheus e. g. (pag. 104,30) circulum arcticum sibi iungit, scil. pectore suo, et Aquarius (93,10) iubam Pegasi prope sibi coniungit dextra sua, cum in R Aquarius iubae illius suam dextram coniungat. haec codicis R structura cum usitata fuisse uideatur¹⁾ (cf. e. g. *dextram dextrae iungere, Italia Dalmatis iuncta*,

¹⁾ Eadem in alios Hygini codices interdum inrepsit. iis quae attuli exemplis addo, quod in Hasperi 'Hygino philosopho' haec structura exstat eodem loco quo in R [quocum in uniuersum magna ei intercedit similitudo] p. 94,18 *rostrum prope posteriori Arietis pedi iungit*, praeterea p. 95,23 *pedi . . caput suum iungens*. — uno loco in X hanc structuram fuisse codicum omnium consensu probatur pag. 84,2 *Olor . . sinistram alam habet paululum extra circulum aestiuum, paene coniungens* (scil. eam) *pedibus Pegasi*.

umero, lateri alicuius iungi), eius qua Hyginus utitur alia exempla frustra circumspexi¹⁾. sed in eodem inuenitur passiuua structura, quae actiuuae qua utitur plane respondet. cf. pag. 85,8 *Andromedae caput equi Pegasi uentre (uentri RD²GFU edd. β) coniungitur* = *Andromedae caput (accus.) equus uentre (suo sibi) coniungit* 86,21 *Heniochi dexter pes (p. d. Dβ) Tauri sinistro cornu stellae coniungitur una* = *Heniochi dextrum pedem Taurus sin. cornu (sibi) coniungit una stella (et pedi et cornui communi).* ad pag. 105,3 *manus sinistra Bootis exteriore parte circuli peruenit*, i. e. ad regionem signorum, quae inter arcticum circum et polum sita sunt, *peruenit manus sinistra Bootis, quae circulus arcticus exteriore parte coniungit uel attingit*, scil. cui reliqua huius signi pars intra circulum arcticum et aestiuum posita sit, manus sinistra ultra arcticum circulum ad polum porrecta est. cf. pp. 82,6 et 110,9. de locis pp. 104,2 et 99, quorum simplicior est structura²⁾ u. adnot. 1. — falso β passiuum *coniungitur* scripsit Munckero (et tribus Ulitianis) adscriptum pag. 82,22 ubi haec codicum lectio est restituenda: *autem Engonasin <uocatur>³⁾ dextri pedis calce coniungit se Coronam*, quod praecedit. sic codices mei omnes, in *R a m. contingit* [hoc Bursianus probauit] in *coniungit* est correctum

¹⁾ Simile uidetur, quod Dräger Hist. Synt. I p. 425 adfert ['der uulgar-Sprache mag entlehnt sein'] Plaut. m. gl. 51 *communicabo semper te mens mea*. quod idem (paullo infra) de participii *coniunctus* usu dicit huc uel pertinet. sed ni fallor huius usus uestigium reliquum est in francogallico *joindre* *qn.*, cui structurae prorsus respondet quod p. 94,13 uidetur restituendum *quae loco is circulus mesembrinos coniungit* (*coniungitur* codices, quod apto sensu hic caret) *et transit aequinoctialem circulum* [cf. quod sequitur *in ipsa coniunctione circulorum*] i. e. den Aequator erreicht und durchschneidet (*joindre et traverse*). et eodem uidetur cadere p. 104,2 *Scorpionis extrema cauda eodem circulo coniungitur* i. e. *caudam idem circulus coniungit*, cum p. 95. *ab eo loco quo (Eridanus) prope coniungitur Ceto* dubites utrum ablatius s. *Ceto* (Eridanum coniungit Cetus), an datiuus (u. adnot. praec.).

²⁾ Aliter res se habet pag. 94,4 (= sch. 3 ex.) *hi pisces quibusdam stellis ut lineola ab Arietis pede primo coniunguntur* i. e. inter se (cf. Ara et sch. Germ.) coniunguntur quibus. st. ut lineola, quae ab Ar. p. pr. proficiscitur, cf. u. 8 'horum coniunctionem quae a pede Ar. pr. notatur'.

³⁾ Inuitis codicibus omnibus recte hanc uocem inseruit Bursianus (β Munckerum secutus dicitur). cf. pp. 29,8. [40,5.] 103,11. 105,2; 83,1 84,2. 110,15.20.31. 111,19. [87,3 *Ophiucho et Engonasin occidentibus*.]

sententia igitur est haec 'Engonasin sui pedis calce Coronam sibi coniungit i. e. tangit.' Buntei uero lectio sic intellegitur (cf. pp. 85,8. 86,21): eum qui Engonasin uocatur dextri pedis calce coniungit — quis?

Denique cum passiuis formis etiam praepositionem *cum* Hyginus coniungit: pp. 84,5 (*Cygni cauda iungitur extrema cum capite Cephei*. 90,2 (*Tauri cornu sinistrum*) *coniungitur cum dextro pede Aurigae*. contra p. 87,16 *ita tamen ut extrema cauda (anguis) circum aequinoctialem cum Aquilae cauda iungat (iungatur R)* hoc significat: ut anguis sua cauda *una cum* Aquilae cauda circum aeq. (sibi) iungat i. e. contingat.

19 3 *aquosissimum* in Y coniecturae librarii debetur, qui cum *aequissimum* quid sibi uellet non perspexisset, *aquosissimum* Nilum satis scite sibi uisus est appellare. dubitari autem potest, utrum uulgata lectio retinenda an *id* inserendum sit. sane illi epitomes uerba ἔτροποι δὲ φασὶ δικαιοτάτων αὐτῶν εἶναι Νεῖλον (p. 178 ρ) egregie patrocinantur, quae exemplum graecum inscite ab Hygino translatum esse uidentur demonstrare. in scholiis Basileensibus hoc ipsum uerbum corruptum esse dolendum est, cf. Breysigium p. 98,8, in qua corruptela aut *aequissimum* aut *aequius eum* (fortasse legerat scholiasta *δικαιοτέρον*), quod utrumque Breysigius coniecit, latet.

19 5 urbs Y, insula X. duplex haec memoria ni fallor orta est altera utra uoce ut glossa adscripta. genuinam autem lectionem etiam hoc loco scholiis conseruatam esse suspicor, uulgatam inrepsisse per sciolum quendam lectorem, qui cum insulas Nili ostiis formari nosset illud *insula* adscripsit, simul ut aptius insulam quam urbem flumine allui diceretur.

21 8 in summo cacumine circuli quo formatur. loco ablatini quo in X fuit *quod*, pro quo in *FU edd.* substitutum est *ubi* (*qui* uel *quid* Munckeri codd.?). huic codicis X memoriae, quae idoneo sensu caret, β frustra ita mederi conatus est, ut pro *circuli* scriberet *turibuli*, quo nomine Germanicus Aram appellat. sed neque apud Hyginum neque in scholiis Germanici haec uox usquam occurrit. et manet molestum illud *quod formatur*. immo scholiorum sententia explicatur uerbis p. 85,2 'in quadrato quo sella deformatur' et p. 95,18 (= sch. 14 29) 'in eo quo gladius eius deformatur.' eandem lectionem Vogelsius quoque probauit,

qui codicis Lugd. B. imaginem apud Grotium expressam conferri iubet¹⁾.

24 6 spectans ad occasum ut inter Geminos et Cancrum constitutus uidetur. haec uberior scholiorum memoria Hygino reddenda est. particula ut, quae in nonnullis codicibus intercidit, X non caruit, et recte quidem. nam haec lectio prorsus consentit cum Hygini consuetudine, qui illa uoce, etiam ubi minus necessaria nobis uidetur, saepissime utitur. et cum iam in uulgata 'spectat ad occ. ut . . . constitutus' aptum haec particula exhibeat sensum, egregie confirmatur ea quam ex scholiis protuli lectione.

25 1 Phaethon XY. sed recte β ex scholiis Sangermanensibus (u. infra) restituit *Phaenon*, cf. u. 7 *Phaenonta pro Phaethonta*. nam *Phaethonta* Solis uel Saturni stellam ab Hygino nominatam esse, Iouis de qua agitur *Phaenonta*, et epitomes et scholiorum Bas. consensu firmatur et nota illa Phaethontis fabula quae de Saturni uel Solis stella ex Pseudo-Eratosthene ab Hygino narratur. sed exstant in nonnullis codicibus uestigia interpolationis, qua, cum prioris sideris nomen Phaethon in codicibus esset, Saturni stellae Phaenontis nomen daretur. cf. u. 10 (*DE*). desumptum autem est hoc nomen fortasse ex Martiano Capella (VIII 851, p. 315,21 Eyss., cf. Cic. nat. deor. II 52).

25 1 sqq. de qua Heraclides P. scribit. ait enim quo tempore Prometheus homines finxerit in his et eum eqs. sic molestum illud quem (*quam D*¹⁾ H. P. ait . . . hunc tollitur. quod uero primum de qua est dictum, tum masculinum sequitur eum, optime quadrat in masculini et feminini pronominum ad stellas et nomina earum pertinentium in hoc capite usu. de ipsa enim stella ubi dicitur, femininum est positum, ubi de eius ut ita dicam eponymo, masculinum. hoc igitur loco *prima stella est . . . de qua*. tum ubi de Phaenonte pulcherrimo illo homine fabulam est narraturus, pergit *in his et eum*. de quinta stella tantum ut de stella agitur, non de homine. idem est u. 9. 10.

¹⁾ In ipso A ara quadratam habet formam, sed in globo Farnesiano figuram praebet columnae ambitu sursum crescente. cf. Mus. Borbon. V 52 = Baumeister Denkm. d. class. Alterth. I pag. 225 fig. 175; eadem sphaera ad calcem Manilii ab Ios. Merkel uersi (Des M. Man. Himmelskugel . . . übersetzt . . . von Ios. Merkel, Aschaffenburg 1857 ed. 2) depicta est. — num ipsius Arati uerba διωκοίο Θουρηπίου (u. 439) in eandem sententiam cadunt?

tum masculinum sequitur *de quo* scil. de Solis filio Phaethonte. u. 14 recte *quam*, cum ei quod 19 scholia habent *Pyrois est appellatus* scholiorum Sangerm. lectio praestare uideatur *Pyrois stella est appellata* (u. not. ad l.). u. 21 *Quarta . . . quam*, tum pergit *hunc eundem Hesperum appellari*, quod non debebat β codicem *D* (*hanc a manu 2 ex hunc est correctum*) secutus in *hanc eandem H. a.* mutare, nam ad Luciferi potius nomen (u. 21) haec pronomina respiciunt quam ad stellam. sed ex uerbis quae insequuntur etiam iis locis, ubi de ipsa stella agitur, nominis eius potius rationem habere scriptorem apparet. nam in *isque (hic X) omnium siderum maximus uidetur* quin recte traditae sint formae masculinae noli dubitare. feminino si uti maluisset, certe *siderum* uitasset, scripsisset *stellarum*. quod igitur solus *R* habet *haec . . . maxima*, librarii studio, quo eiusdem generis formas restitueret, deberi manifestum est. idem est dicendum de ultimis huius planetae uerbis quae in scholiis intercederunt (p. 80,6), ubi idem unus *R* *hanc et nominatam* correxerit.

25 7 itaque eum ab Ioue inter astra collocatum scholia, ita ut hanc Iouis propriam stellam ab ipso Ioue in caelo positam esse disertis uerbis apte commemoretur. contra codicis *R* lectionem *i. e. inter astra ferunt c.* non dubito spuriam indicare, praesertim cum conexus orationis obliquae, qua tota haec fabula ab Heraclide Pontico sumpta narratur, illo *ferunt* turbetur.

25 18 sqq. itaque quam uehementer amor eum incenderit *Pyrois est appellatus* scholia, cum in *X* uideatur fuisse itaque cum *u. a. e. incenderet, significans e facto stellam Pyriona appellauit*. praeterea arcessenda sunt scholia Sangermanensia (p. 229,11 sq. ed. Breys., eadem in *D* seruata iam β in usum uocauit) in quibus locus ita est traditus: *et quia uehementer morsum* (sic *D* et codd. omnes Breysigii, *morsu* cod. Strozz., *amor eum* Breys. correxerit) *incenderit, Pyrois stella est* (sic $G^a G^b$ Breys., ceteri omittunt *stella, sit* pro *est* Brux. Strozz. *G*) *appellata*. iam uides maiorem intercedere similitudinem nostris scholiis cum Sangermanensibus, in quibus maxima Hyginiani huius capituli pars, nec raro ad uerbum exscripta exstat (u. Breys. ad p. 185; Robert p. 204). codicem autem, ex quo haec excerpta sunt a magistello loquaci et insipido, codice *X* praestantior et similiorem codicis *Y* fuisse etiam ex aliis nonnullis locis potest concludi: pag. 228,21 = sch. u. 12 scholia Sang. recte habent *deciderit*, et in uersu

proxime praecedenti *conflauerit* (*confluxit* Fulgentius) = *incenderit* Y. de p. 229,17, ubi scholiorum uerba ei quam nostra scholia seruarunt memoriae patrocinari uidentur, uide pag. LXXI. denique moneo in solis Sangerm. Saturni et Iouis stellarum nomina recte distincta esse, cum in XY utroque loco exstet Phaethon (u. ad 25 1), quamquam non plane est negandum posse haec nomina aliunde desumpta esse, cum Sangermanensium exemplum codicum XY simillimum¹⁾ tam graui re etiam codiei Y praestitisse minus sit ueri simile. sed incerta profecto haec ratio est in hac exigua Hygini particula, quam cum Sang. licet comparare. — Iam eo de quo agitur loco uerba *significans e facto* et in nostris scholiis et in Sang. desunt, exstant in solo X. in quo quidem molesta sunt, sed apta, si in nostra scholia ea receperis²⁾. nam in uulgatae memoriae conexu *significans* superfluum est, quod cum ueteres editores sensissent, alii *id*, alii *rem* ante illam uocem inseruerunt. in nostrorum autem scholiorum quam restituendam censeo lectione e participio *significans* apte pendent uerba 'quam [hoc in Sang. in *quia* abiit leui mutatione, fortasse consulto facta] uehementer amor eum *incenderit*'. simul hoc modo efficitur, ut *e facto* ad id uerbum spectet, cum quo et sententia artissime cohaeret et fere semper ab hoc scriptore coniungitur, scilicet ad *appellare*³⁾. etiam alia in re hoc loco inter nostra scholia et

¹⁾ 25 17 eadem corruptela exemplum Sangermanensium uidetur laborasse qua XY. nam quod p. 229,11 dicit scholiasta ille *coitum Martem a Uenere inpetrasse* idem significat quod Hygini uerba *sua stella Ueneris sidus persequi* i. e. constellationem utriusque planetae. neque quidquam inde proficitur, quod *nihilque adsequi uideretur* idem habet, ita ut legisse uideatur et *nihil aliud a. u. pro ut* quod in XY est. quo modo huic loco sit medendum dubito; certe eo quod ρ temptauit *hoc* inserto (facilius est *id*) non uidetur persanatus.

²⁾ Etiam *peruiderit* (Hyg. p. 80,9) in AK (25 30) et in Sang. (p. 230,1) excidit, cum recte exstet in X. nam et sententia postulatur — menses Mercurius primus instituit perspecto siderum cursu, cf. epit. p. 196,20 Rob. καὶ τῶν ἄστρων τὰς τάξεις . . . μετρίσθαι — et Hygini dicendi consuetudine probatur, cui uox *peruiderit* quasi in deliciis est (prorsus eiusdem est notiois p. 32,10β).

³⁾ pp. 72,24 (sch. 14 12 *ex facto*), 64,4. 39,20 [h. l. quod Schefferus et β receperunt *a facto* soli codd. DBG habent]. — cf. 33,24 *e facto* . . . (in caelo) *perspicitur*, 45,6 (sch. 7 12 *ex facto*) *Iuppiter e f. Cygnum . . . collocauit in mundo*, ubi quod R habet *hoc e facto* ut ceterorum codicum et scholiorum consensu, ita Hygini consuetudine dicendi redarguitur.

Sangermanensia exstat non contemnendus consensus. passiuam enim exhibent structuram, cum in uulgata memoria hoc enuntiatum sit actiuum. hac quoque in re ut scholiis adsentiar inprimis adducor eo, quod nominatiuus *Pyrois* in utroque scholio recte seruatus est, cum *X* accusatiui formam corruptam habuerit *pyriona*. in hanc formam *Pyroenta* deprauatum esse nemo sibi persuadebit. itaque melius sic rem explicare mihi uideor, ut *pyriona* leui errore exaratum sit pro *pyroina* uel (nam littera *a* uocis *appellauit* sequitur) pro *pyroin*, quam accusatiui formam non prorsus fictam esse liceat probare loco quodam Martiani Capellae, ubi quos Eyssenhardt contulit codices Bambergensis et Reichenauensis *pyroin* habent (p. 315,22), quod in *Pyroenta* Eyssenhardt correxit. *Pyroin* autem librario debetur, qui a genuina memoria regressus pro nominatio — quem et epitome et schol. Bas. habent et ipse Hyginus p. 120,5 — accusatiuum, et pro passiuo actiuum scripsit, fortasse adductus eo quod praecedit *significans*, e quo *stella* pendere ei uideretur. *significans* autem cum apud β de Uenere dictum sed plane sit superfluum, in hoc uerborum conexu id sibi uult, ut ipsa stella suo nomine significet, quanto Ueneris amore Mars exarsit. totum igitur locum sic constitutum Hygino reddam: *itaque quam uehementer amor eum incenderit significans e facto stella* (hanc enim uocem a scholiasta ut opinor omissam recte seruauerunt Sangermanensia) *Pyrois est appellata*. quod ita fere uertas: Daher wurde der Stern, zur Bezeichnung der heftigen Liebesglut des Gottes, nach dieser Begebenheit der Feurige genannt.

25 24 multos praestantem. accusatiuum quem *X* habet (*multis* codd. recentissimi et edd.) etiam quod in *A(K)* est *multo* indicat. eadem structura redit p. 45,10 (*ceteris U*) et 21, p. 57, 12 (*ceteris M¹*), p. 79,2 (= sch. 25 3, *reliquis FU* edd.). datiuum seruauit *X* pp. 39,14. 49,1. 51,17. u. Dräger Hist. Syntax I 380.

25 24 sqq. qua re nimium elatum etiam cum Uenere certasse, ut etiam Eratosthenes dicit, eumque hac de causa Ueneris appellari. qui quod ex oriente sole et occidente uideatur . . (reliqua in scholiis interciderunt). in *X* fuit *ex qua re etiam c. U. dicitur c., ut e. E. d. eum hac de c. U. appellari. ex oriente sole et occidente uideri. quare ut ante diximus iure hunc et*

*phedum*¹⁾ et *Hesperum nominatum*. in codicis Y igitur memoria sublatum est illud *ex qua re*, quod etiam in hoc scriptore est molestum, contra inserta sunt uerba ad sensum aptissima nimium elatum (nam in miro illo *epaphum* uix quidquam aliud delitescere iam supra dixi p. 24 adn. 23, aduerbii autem formam eandem habet Hyg. p. 68,8. cf. 69,10 *multum*); et ipsum enuntiatum — quod X habet *dicitur* iure deest — cum eo quod praecedit structura uerborum et sententia artissime cohaeret: nam iidem illi 'nonnulli' et pulchritudine eum praestantem fuisse narrant et hac re elatum cum ipsa Uenere certare esse ausum. sententiam sic incohatam eumque, quod in uulgata memoria ferri nequit, apte perficit. ceterum hoc loco inter uulgatam et codicis Y memoriam non multum interest. in illa enim cum Eratosthenis testimonio extrema tantum uerba *eum hac de c. U. a.* firmentur, in Y uerba *ut etiam E. d.* ad ea quae praecedunt respiciunt simulque quae sequuntur apte adnectunt. totam autem hanc fabulam, quae 'nonnullis' initio inputatur, ex 'Eratosthene' desumptam esse ex utraque lectione intellegitur et scholiis Bas., quae eandem fabulam quamuis misere foedatam exhibent, et Hygini consuetudine probatur. saepe enim eum quem sequitur auctorem — inprimis illum 'Eratosthenem' — de eius fabula quam totam ex eo exscribit parte tantummodo laudat, uel extremum eius quoque testimonium adfert, cum initio 'nonnulli' uel 'conplures astrologos' etc. se sequi gloriatur²⁾. conf. e. p. 69,20 (sch. 9), ubi prior fabula tota ex 'Eratosthene' fluens p. 51,14, ubi quod 'conplures astrologi finxerunt' Eratostheni debetur, quem non nisi u. 20 laudat. denique loco eius de quo agitur simillimo, sch. 10 8, Sosithi totam de Croto fabulam es-

¹⁾ Hoc uidetur habuisse X. legitur enim in DM'R ('2 Voss.'). quod reliqui habent *Luciferum*, ex u. 21 pro hac uoce aperte corrupta interpositum est. ei quam Bursianus (quem uide) proponit coniecturae *Heoum* (e. p. 119,3) i. e. 'Ἐφρον, tamen id uidetur refragari, quod et epit. et Ba Φύσσορον in graeco exemplo fuisse testantur.

²⁾ Inania haec esse uerba etiam iis locis conprobatur, quibus auctor nomine neglecto *nonnullos* se sequi ait, ut pag. 32,4 ubi Arati sententia profert, cuius nomen et epitome et scholia Germanici adferunt. eiusdem epit. cum e. g. pag. 45,14 *Euripides cum ceteris* (solum Euripidem habet epit. et sch. Germ.) commemoretur, uel 56,13 *Eratosthenes cum ceteris*, 58 *Aratus et alii conplures*, 75,4 (sch. 17) *Aeschylus et nonnulli*, al.

quam ex Pseudo-Eratosthene Hyginus desumpsit, sententia et epitome et scholiis Bas. conprobatur.

Quod sequitur in *Y* qui quod exoriente sole et occidente uideatur cum eo quod praecedit apte coniunctum est et cum sequentibus uerbis *ut ante diximus* (omittendum *quare*) *iure hunc et hunc et Hesperum nominatum*, quae quamquam in scholiis propter spatii inopiam interciderunt ex uulgata memoria suppleantur, causalem indicat conexum. contra in *X* uerba *exoriente sole et occidente uideri* paene omni conexu sunt soluta. nam quod Schefferum (*et oriente*) secutus β temptauit *et exoriente* ententiam non restituit sed prorsus ineptam reddit. neque enim profecto quod Hesperus cum Uenere de pulchritudine certauit, eius stella et exoriente sole et occidente uidetur. denique uerbis *Y* memoriae fauent quae in schol. Sang. pag. 229,17 (u. c. LXVIII) exstant *eo quod ui quadam nonnumquam oriente sole nonnumquam occidente uideatur*¹⁾, fortasse etiam quod codex *G* habet *quod ex. et occ. uidetur*, quem codicem solum nostrorum interdem archetypi *X* frustula seruasse uidimus (supra p. 53).

¹⁾ Falso scholiasta ille ad ea quae praecedunt cum haec referret — fortasse deerat codici quo utebatur Hyginiano quod *Y* habet *qui* — praeclearum illud *ui quadam* addidit, ut cur *Uenus* illa stella appellata esset egregio ueriloquio explicaret.

[EXCERPTUM PARISINUM.]

De ordine ac positione stellarum in signis.

Est quidem hic ordo et positio siderum, quae fixa caelo plurium coaceruatione stellarum in signum aliquod formata vel fabulose uariarum genera formarum in caelum recepta creduntur. quorum nomina non naturae constitutio, sed humana persuasio, quae stellis numeros et nomina fecit, adinuenit. sed quia iuxta Aratum numerus stellarum unicuique signo adscriptus est, eo quo ab ipso est ordine digesta descriptio in medium huiusmodi proferatur.

1. *Helice, Arcturus maior*, habet stellas in capite VII, in singulis umeris singulas, in armo I, in pectore I, in pede priori claras II, in summa cauda claram I, in uentre claram I, in crure posteriori II, in extremo pede II, in cauda III. fiunt XXII.

2. *Cynosura, Arcturus minor*, habet stellas in uno latere IIII claras in quadro positas, in cauda claras III. fiunt VII. sub his apparet sidus quod uocatur polus, circum quod putatur totus orbis uerti.

3. *Serpens, qui inter Arcturos medius iacet*, habet stellas in capite claras V, in corpore toto X. fiunt XV.

De hoc excerpto u. epimetrum. uarias lectiones ex codd. DPS subscripsit neglectis minutioribus, praeterea inde a c. 24 ex Sangermanensibus scholiis huius excerpti catalogis auctis, quae codex K et idem ille D (Δ) praebent (u. p. 82 Basileensium scholiorum singulas lectiones quae differunt non adscripti, eos excerpti locos ab iis diuersos, qui maioris momenti uidebantur, cursiuis litteris expressi. De ordine — signis om. S, in signis incipit add. D | ac P | positio D | naturae] natura D'S | constitutio D | ascriptus D | quod PS | descriptio D | in medium huiusmodi om. DS | praefertur P

1—3. *nomina ex Sangermanensibus uidentur desumpta, quorum u. inu. (p. 112 sqq. Breys.) et imaginum subscriptiones (ap. Breys. in apparatu crit. medius cf. Bas. p. 60,6. — 1. Bas. schol. p. 58,19—59,4 | priori] primo S in summa — posteriori II om. D | uentrem P | posteriore S | cauda IIII*

2. *Bas. sch. p. 59,16—60,5 | Cynosura D | alterum quod] quo S = sch Bas. (quod Breys.) | notus orbi S*

3. *Bas. sch. p. 60,17 sq. | claras in capite P*

4. **Hercules**, qui et *ingeniculo dicitur*, habet stellam in capite I, in brachio I, in umeris singulas claras, in sinistro cubito I, in ipsa manu I, in utrisque ilibus I, in dextro femore II, in pede I, supra dextram manum id est in claua I, in pelle leonis III. summa XVI.

5. **Corona** habet stellas VIII in orbem positas, quarum tres clarae, quae contra capud *Serpentis septentrionalis* sunt.

6. **Serpentarius**, qui grece *Ophiucus uocatur*, habet stellam in capite claram I, in singulis umeris claras, in singulis pedibus claras, in sinistra manu III, in dextra IIII claras, in cubitis singulis singulas, in singulis genibus singulas, in dextro crure claram. summa XVII. Serpens, quem *manibus tenet*, habet stellas in ore duas, in capite *paruas* IIII, usque ad manum *se tenentis* II, in flexu corporis XV. summa XXIII.

7. **Scorpius** habet stellas in singulis cornibus uel potius labiis binas, ex quibus priores clarae sunt, in fronte III, quarum media clarior est, in dorso IIII claras, in uentre II, in cauda V, in aculeo II. summa XVIII. Ex his priores IIII, quae in cornibus uel labiis quae chelae appellantur positae sunt, Librae adsignantur. hic autem ob magnitudinem in duo domicilia, id est in spatium duorum signorum, partitur.

8. **Bootes**, qui grece *Arctoflax uocatur*, habet stellas in dextra manu IIII, quae non occidunt, in capite claram I, in singulis umeris singulas, in mamillis singulas, lucidior est in dextra, sub mamma I obscuram, in dextro cubito claram I, inter genua utraque claram I, in singulis pedibus singulas. summa XIII.

4. Bas. sch. pag. 61,2. 11—16 | ingeniculo D | capite] corpore P | hilibus D | foemore I PS | summa stellarum PS

5. Bas. p. 62,10 sq. | clare que D | Serpentis sept.] cf. Sang. p. 120,19 (= Bern.) Serpentis Arcturi | septentrionales S

6. Serpentarius] cf. Sang. sch. initium et inscriptionem (p. 120,20 etc.) | Ophiucus] cf. Germ. u. 75 | Bas. p. 62,19—63,6 | qui] uero qui D | IIII] III P | crure om. S | claram I S | paruas capite D, corr. ead. m. | XV] X DS, sed in D sequitur rasura, V P | XX et rasura D, XIII P

7. Bas. pp. 64, 6—12. 63,7 | stellas om. D | uel — labiis] cf. Sang. p. 123,18 in utroque labio | binis P | XVIII] XVIII S | hic autem eqs.] cf. init. sch. Bas. | signorum om. S | partitus est D

8. Bootes] cf. Bas. pag. 64,24 Sang. sch. 8 init. et inscr. | arctoflax P arctophylax S, cf. Germ. u. 91 | Bas. p. 65, 1—7 | dextera S, sic et infra | mamellis D mamillas S | obscura D

9. **Uirgo** habet stellam in capite obscuram I, in singulis umeris singulas, in sinistra ala obscuram I, in dextra ala I, in singulis cubitis singulas, in singulis manibus singulas, in sinistra clariorem, quae uocatur spica, in tunica obscuras VI, in singulis pedibus singulas. summa *XVIII*.

10. **Geminorum** unus, qui iuxta Cancrum est, habet stellarum in capite claram I, in singulis umeris singulas claras, in dextro cubito I, in singulis genibus singulas, in pedibus singulis singulas fiunt nouem. Alter habet in capite I, in mammis singulas, in sinistro cubito II, in *summitate* manus I, in sinistro genu I, in pedibus singulas, iuxta sinistrum pedem I, quae uocatur propus fiunt X.

11. **Cancer** habet stellas in pectore II claras, quas appellant Asinos, *inter quas est nubecula quae candidi coloris apparet*, quam Praesepe uocant, in dextris pedibus singulas, quae sunt III obscurae, *in sinistra parte* in pede priori duas claras, in secundo II, in tertio I, in *quarto paruam* I, in dextro cornu uel labio III, in sinistro II. fiunt XVII, ex quibus duae, *quas in pectore Cancr diximus*, cum aliis duabus minoribus et obscuris Asini dicuntur habent autem stellas IIII.

12. **Leo** habet stellas in capite III, in collo II, in pectore I in spina III, in cauda media I, in *summitate* caudae claram I sub pectore II, in pedibus prioribus claram I, sub uentre claram I in medio uentre claram I, in *ilibus* I, in posteriori genu I, in propoda claram I, summa *XVIII*. uidentur et aliae iuxta caudam eius stellae obscurae VII.

9. *Bas. p. 67, 15—21 | ala] alia S utroque loco*

10. *Bas. p. 68,9—16 | claram] obscuram P | in singulis pedibus D nouem] VIII DS | mamillis D | II] I D | que propus uocatur D*

11. *Bas. p. 71, 11—19 | uocant S | nubecula D | et in quarto D quarto add. ex Sang. | paruam] extremo minore schol. Bas. (pro extremo I in ore) | uel labio ex Sangerm. add. (u. c. 7) | III] IIII fuit in D | ex] e PS | autem om. D*

12. *Bas. p. 72, 14—20 | in capite stellas D | in collo II om. P | I post media om. D, sed add. m. ead. | in medietate uentris DS | I post genu om S | propodo S protopoda D^s | aliae] duae add. P | VII] VIII P*

13. *Auriga* uel Agitator, quem Erictonium dicunt, habet stellam in capite I, in singulis umeris singulas, in sinistro clariorem, quae appellatur Capra, in singulis genibus singulas, in *summitate* manus II, in sinistra manu II, qui uocantur Haedi. summa VIII.

14. *Taurus* habet stellas in utroque cornu I, in utroque oculo I, in naso I. hae quinque stellae Hyades appellantur. in ungula III, in collo II, in dorso II, ultimam clariorem, sub uentre I, in pectore I claram. summa XV. sunt et septem stellae, quas Athlantides uel Pliades uocant, quarum VI uidentur, septima obscura est. *dicunturque in cauda Tauri positae.*

15. *Cepheus* habet in capite stellas claras II, in dextra manu claram I, in cubito obscuram I, in sinistra manu claram I, in sinistro umero I, in *balteo* III obliquas, in dextra coxa II, in sinistro genu II, in *summitate* pedis I, supra pedem III. sunt XVII.

16. *Cassiopeia* habet in capite stellam claram I, in singulis umeris singulas claras, in dextra mamilla claram I, in dextro *femore* claram I, in sinistro femore claras II, in genu claram I, in basi sellae qua sedet claras II. summa X.

17. *Andromeda* habet stellam in capite splendidam I, in singulis umeris singulas, in dextro cubito I, in manu claram I, in sinistro cubito claram I, in brachio I, in cinctu III, supra zonam IIII, in genibus singulis claras singulas, in dextro pede II, in sinistro I. summa XVIII.

13. *Auriga*] cf. *Germ.* 174 | *Agitator*] *Bas.* p. 74,6 | quem Erictonium (erichonium P) dicunt] cf. *Bas.* p. 73,2 | *Bas.* p. 74, 7—10 | *sinistri D* | qui] stellae *add. P* | hedi *D*, edi *P*

14. *Bas.* p. 76,13—77,3 | *occulo P* | stellae *om. DP* | III] IIII *D* | *adthlantides P* *athlantidas D* | *plyadas P* (cf. *Bas.* p. 76,5)

15. *Bas.* p. 77,10—15 | stellas claras in capite *S* | umero] uentre *S*

16. *Bas.* p. 78,2—7 | *Casiopeia D* *Casiopeia P* *Cassiopeia S* | claram stellam *D*, stellam *om. P* | sellae] stelle *D* cf. *sch. Bas.* | XIII *schol. Bas.* et *idem D*² *correxit.*

17. *Nomen ex carm. Germ. u.* 201 | *Bas.* p. 78, 14—19 | *I post dextro cubito om. S*

18. *Equus*, quem Pegasus uocant, habet stellas in facie claras II, in capite I, in coxa I, in auribus singulis singulas claras, in collo III, proximam capiti claram, in armo I, in pectore I, in umbilico claram I, in utroque genu I, in unguis singulas. fiunt XVII.

19. *Aries* habet stellam in capite I, in naribus III, in collo II, in *summitate* pedis dextri claram I, in dorso III, in cauda I, in *summitate* pedis sinistri I. fiunt XIII.

20. *Triangulus*, quem *Greci Deltoton uocant*, habet stellas III, in singulis angulis singulas.

21. *Pisces duo*, quorum unus qui borius *id est aquilonalis* appellatur habet stellas XII, notius autem *qui et australis uocatur* XV. linea quibus sibi inuicem conexi sunt habet stellas ad partem borii III, ad notii III, ad occidentem III. summa stellarum XXXVI.

22. *Perseus* habet stellas in singulis umeris singulas claras, in dextra manu claram I, in sinistra manu in qua caput Gorgonis tenet III, in uentre I, in dextro latere claram I, in genu I, in pede claram I, in sinistro femore claram I, in tibia II, circa caput Gorgonis claras III. caput autem et harpe singulis stellis notata sunt.

18. *Equus*] *cf. Sang. init. (pag. 140,24) | quem — uocant] cf. Bas. p. 79,1 (Sang.) | Bas. p. 79,11—16 | claras III P | claras om. PS | proximam D | I post claram om. S | unguis] singulis P*

19. *Bas. pag. 81, 1—5 | III] III D | fiunt] Iuncteq. simul fiunt in numero P*

20. *Triangulus — uocant] cf. Sang. pag. 145,18: quod Graeci Deltoton, Latini . . . Triangulum uocant | Delton S | Bas. p. 81,10 sq. | III DS*

21. *Pisces] cf. Germ. u. 241 | Bas. p. 81,15—20 haec habent: quorum alter borius appellatur, alter notius . . . borius piscis habet stellas XII, notius XV. linea autem qua continentur in partem borii habet stellas III, in notii III, ad occidentem III. fiunt stellae XXXVI (XXVI schol. cod. P) | boreus DP | id est aquilonalis] cf. Sang. (aquilonius)? | nothus P notus S | qui et (et om. DP) austr. uoc.] cf. Sang.? | ante quibus potest excidisse stellarum, sed malui locum intemptatum relinquere | borei D | nothii P nocii D*

22. *Bas. p. (82,12) 83,8—10 | dextro S | in sin. — in uentre I om. D | III] II P | circa caput — sunt] fiunt XIII P | capud D | harpes DS, cf. arpes sch. Bas.*

24. *Lyra, quae et fidis*, habet stellas in utroque pectine singulas, in cacuminibus cornuorum singulas, in umeris singulas, in fundo I, in dorso I. fiunt VIII.

25. *Cignus* habet stellam in capite claram I, in utraque ala quinas, in corpore I, in cauda I. fiunt XIII.

26. *Aquarius* habet stellas in capite obscuras II, in umeris singulis claras singulas, in sinistro cubito I claram, in dextro cubito I et in manu I, in mammis singulas, in dextro crure I, in pedibus singulas claras. summa XII. effusio aquae notata est ex stellis XXX, ex quibus duae clarae, ceterae obscurae sunt.

27. *Capricornus* habet stellas in singulis cornibus singulas, in naso claram I, in capite II, sub collo I, in pectore II, in pede priori I, in *summitate* pedis I, in dorso VII, in uentre V, in cauda II claras. summa XXIII.

28. *Sagittarius* habet stellas in capite II, in [c]acumine sagittae II, in dextro cubito I, in manu I, in uentre I claram, in dorso II, in cauda I, in genu priori I, in summo pede I, in posteriori genu I. fiunt XIII.

[23. *Pliades* cf. 14]. *eos qui sequuntur catalogos paene omnes habent scholia Sangermanensia codicum K et D* (Δ) u. *epim.* p. 82 sq.

24. (non habet K) | *Lira* D | *Bas. p.* (83,21) 84,15—17 | *Lyra* — *fidis* om. Δ | *quacuminibus* Δ | *cornearum* *schol. Bas.*, *chordarum* *ex Urbinatè Breys.*, *cornuum Robert* [cornorum? cf. *Neue lat. Formenl.* I 347] | *umeris* singulis Δ | *dorso* uno Δ | VIII DPA

25. (non habet K) | *Bas. p.* (84,19) 85,4—6 | *Cignus* habet om. Δ | in capite stellam D, stellam om. Δ | clara una Δ | utroque ala Δ | fiunt] fiunt omnes P

26. *Bas. p.* 86,18—87,2 | *Aquarius* om. K Δ | in capite stellas D | in singulis humeris cl. s. D, in humeris (umeris Δ) singulas claras singulas K Δ , in umeris singulis claras P | sinis P | cubito om. K | in dextro cubito I om. D | in mammis] et in mammis D in mammis singulis P | suma K | effusio quae P effusio que K | obscurae (sunt om.) K

27. (non habet K) | *Bas. p.* 89,12—16 | *Capricornus* om. Δ | in pectore I Δ | summa] sunt P

28. *Bas. p.* 91,1—5 | *Sagittarius* om. K Δ | *cacumine* D | I om. K | manu] *mamma* D | I clara Δ , claram I P | in genu — pede I om. K | prioris S | posteriore S | *renu* Δ | XIII Δ

LXXVIII

29.30. Aquila habet stellas IIII. ex his media clara est. Sagitta habet stellas IIII, in summo I, in medio I, in *alia summitate* II.

31. Delphinus habet stellas in ore I, in *cornu* II, in uentris pennulis III, in dorso I, in cauda II. omnes VIII.

32. Orion habet stellas in capite III claras, in singulis umeris singulas claras, in dextro cubito I obscuram, in *dextra manu* I, in balteo III, in echeridion III claras, in genibus singulas claras, in pedibus singulas. fiunt XVII.

33. Canis habet stellam in lingua I, quam Caniculam appellant, claram, in armis singulis singulas obscuras, in pectore II, in pede priori III, in uentre II, in sinistro femore I, in extremo pede I claram, in cauda III. fiunt XVI.

34. Lepus habet stellas in oculis singulas, in corpore II, in *extremitate caudae* I, in posterioribus pedibus singulas. fiunt VII.

35. Nauis, quae apud Grecos Argo nominatur, habet stellas in puppe IIII, in *latere* V, in summo mali III, sub carina V. summa XVII. quae non tota caelo, sed a gubernaculo usque ad malum figuratur.

36. Coetus habet stellas in cauda claras II, et a cauda usque ad flexum eius V, sub uentre VI. fiunt XIII.

29.30. Bas. p. 91,22.13—15 | Aquila om. KΔ | est clara est Δ, clara est et K | IIII stellas D | in media I Δ, om. K | alia om. P | summitate K

31. Bas. p. 92,11—14 | Delphinus (cf. Bas. 92,6) om. KΔ | pinnulas S | omnes] sunt omnes KΔ summa stellarum fit P

32. Bas. p. 94,1—5 | Orion om. KΔ | claras tres KΔ | obscuram K | baltheo K | in echeridion S in echeridion Δ in echeridion K in echeridion Δ, qui post claras addit uel echeridion | IIII K | ante singulas utroque loco singulis inserit P | fiunt stellae XVII P

33. Bas. p. 95,11—15 | Canis — appellant claram om. KΔ | singulis] singulas D | obscuras K claras D | priore S | femore P | IIII] III S | fiunt] summa stellarum omnium fit P | XV S

34. Bas. p. 97,9—11 | Lepus (cf. Bas. Sang. Germ.) — in oculis singulas om. KΔ | singulas in oculis singulis P | posterioribus K | pedibus K, om. D

35. Bas. p. 97,17.18 | Nauis (cf. Bas. p. 97,14) — stellas om. KΔ | quae — nominatur] cf. Germ. u. 345 | puppe DK iuppe Δ puppi P | sub] in D | summa] sunt KΔ | sub — XVII post figuratur habet Δ | quae — figuratur om. K (cf. Bas. u. 15 sq.) | quae] que D quia PSΔ

36. Coetus (Caetus D) cf. Sang. p. 173,17, om. KΔ | Bas. p. 98,3—4 | stellas om. D

LXXVIII

37. *Fluuius*, quem Heridanum dicunt, habet stellas in primo flexu III, in secundo III, in tertio VII, quae dicuntur ora Nili. summa XIII. huic subest stella, quae Canopus appellatur.

38. *Piscis magnus* habet stellas XII in ordine positas a capite usque ad caudam.

39. *Ara siue Sacrarium* habet stellas III, duas in igne, qui in impositus ardet, et in basi II.

40. *Centaurus* habet stellas in singulis umeris singulas et in cubitis binas, in pectore IIII, in reliquo corpore X, in pedibus II, in ueste II, in thyrso quem portat II, in bestia quam manu tenet X, in ipsa manu II, in capite V. fiunt XLIII.

41. *Serpens, quem Hydrum nominant*, habet stellas in cauda III claras, in prima flexura VI, in secunda III, in quarta II, in quinta usque ad caudam VIII claras. fiunt XXVI. Coruus in cauda spectans occasum habet in oculo stellam I, in pennis II, in cauda II, in pedibus singulas. fiunt VII. Crater siue Urna posita ultra primam flexuram Serpentis habet in labio stellas II obscuras, in uentre III, in fundo II. fiunt VII.

42. *Anticanis* habet stellas III.

37. (non habet K) | Fluuius] cf. Sang. p. 174 | quem — dicunt] cf. Bas. p. 98,7 Germ. u. 367 | Fluuius — dicunt om. Δ | Bas. p. 98, 11—14 | primo flexu] prima acie Δ | in tribus his locis unus habet P (ante primo idem in Δ est) | VII] VI S | hora Δ | nihi D | summa stellarum fit P fiunt D | huic — appellatur] cf. Bas. p. 98, 9.10 | Kanopus Δ

38. Piscis magnus] cf. Sang. p. 176 | Bas. p. 99,5: habet stellas XII | st. h. P | Piscis — XII om. KΔ | quae sequuntur fortasse ex figura conpulator adiecit, ut saepius | ad capite Δ | usque ad caudam om. K

39. (non habent KΔ) | Sacrarium] cf. Sang. | Bas. p. 99, 14.15: h. st. IIII, duas in carbonibus et in base duas. | IIII] III P | impositus ardet et] inpositus est uidentur D

40. Bas. p. 100,6—10 | Centaurus h. st. om. KΔ | pectore IIII] capite VII D | uestibus II D | thyrso KΔ tirso D thirso S | quem] quam P | quam] quem S, quam in K, que in Δ | fiunt] summa stellarum P | XLIII P

41. quem Hydrum (ydrum D hydrum P) nominant] cf. Germ. u. 426 hydros, Ydra Sang. | Bas. p. 101,7—16 | Serpens — stellas om. KΔ, ubi post uerba Sangerm. (p. 181,23) habet igitur hoc signum stellas in K additur: I serpens, in Δ: serpens ille | III] III S | claram K | pro prima, secunda, quarta, quinta [habet I. II. III. V. | II] III K | VIII] VIII D = sch. Bas. | claras] dī K | unt XXVI om. S | Corui catalogum post Craterem habet P | caude Δ¹ | pectas K | oculos et rasura Δ, ouilas K | stella D stellas K | pinnis KΔ = schol. Bas. | rater D (omissa rubra littera initiali) | labia K | II stellas D

42. (non habent KΔ) | Anticanis D, cf. Sang. p. 181 Antecanis | Bas. 102,4 | summam stellarum P | III D

INDEX CAPITVM.

De Hygini memoria scholiis in Ciceronis Aratum Harleianis seruata	
Cap. I. De Hygini codicum archetypo <i>X</i>	
Cap. II. De scholiorum exemplo Hyginiano <i>Y</i>	
§ 1. De codicibus <i>A</i> et <i>K</i> p. 17. — § 2. De codice <i>C</i> p. 24. — § 3. De scholiasta p. 36.	
Cap. III. De Hygino ex <i>Y</i> emendendo.	
Cap. IV. De Hygino cum 'Arato' coniuncto	
Epimetrum. De codicum <i>K</i> et <i>C</i> scholiis ab <i>A</i> alienis	
Scholia Harleiana	
Notae ad scholia	XI
[Excerptum Parisinum] 'De ordine ac positione stellarum in signis'	L
Indices	L
Addenda et corrigenda	LXI

INDEX LOCORVM HYGINI.

	pag.	
p. 20,18 ed. Bunte	XLV	p. 44,7 (6 30) XXX
21,5	XLIII	—11 LVI a
26,14.26	XLV	(45,6) 7 11
32,15	51	(—6) 7 12 51.LX
35,5	52	(—10) 7 16
—19	52	—15
—20	51	—16 XXI
36,7.18	XXXVIII	(46,6) 4 1
37,18	51	(—18) 4 12 XXXVIII.XI
38,5	12	—21 X
39,9	XXXVIII	49,5
—20	LXVIII	—10 X
42,4	14	—15
—24 = schol.Harl.61*)	51	52,5
(43,1) 6 3	49.66	(—9) 11 2
(—3) 6 4	20.66	53,19 XX
(—12) 6 14	21.LVII	54,9 XX
(—14) 6 16	54	55,11
(—14) 6 17	LVII	(—12) 12 1 Ganymeden XXX
(44,7 6 29) Adonium.	XXXVIII	(—12 sq.) 12 1

*) Eos scholiorum locos, qui in 'Notis ad scholia' tractantur, hic non enun

LXXXI

	pag.		pag.
p. (55,14) 12 2.	50	p. (71,21) 16 8.	244
— 19.	LVII	72,1	46
— 21.	LVI	—1 sq.	45 sq.
(56,5) 12 10	50 sq.	—6	46 sq.
— 14.	47 adn. 6	—11 sq.	46
(— 15) 13 1.	XLVII	—18.	52
(— 15) 13 init.	47	(—24) 14 12	48.LVII
(—17) 13 3.	LVI	(—24) 14 13	54
(—18) 13 4.	XXXVII	(—26) 14 15	48
—19 13 5	XLVII	(73,5) 14 19	48
—25.	52	(—5) 14 20.	LVII
57,21.	XLVIII	—17.	52
59,9	52	(—24) 15 2.	55
(—15) 2 1	54	(—25) 15 3.	57
(—18) 2 4	56	(74,15) 24 2	50
(—22) 2 8	LVII	(—15) 24 2	20
(60,7) 1 20	52 sq.	(75,2) 17 8	LVII
61,4	52	(—13) 22 4	56.66
— 13.	11.22	(—17) 22 9	LVII
62,5	11	(—22) 22 13	LVII
— 12.	XXXVI	(—24) 21 1.	20
64,6	12	(—24) 21 1.	48
—20.	66	76,8	12
65,2	52	—17.	XLVIII
(—8) lib. II c. 23	37	—20.	LVI
—9	52	77,5 Demiphonta	XXXVII
—10.	50	—8	11
66,8	LVI	—20.	51
67,2	11	—21.	11
—2. 3. 14	XXXVIII	—21.	XLVIII
(69,8) 10 11 sq.	49.51	78,8	11
(—10) 10 13	50	(—11) 20 2.	44
(—12) 10 15	55	—11 20 2 Isim.	XXXVIII
(—14) 10 17	52	(—14) 20 5.	20
—21 9 6.	66	(79,8) 25 11	52
(—22) 9 7	20	(—14) 25 17	LXVIII
—23.	20	(—19) 25 22 huncceundem	LXVII
(70,8) 8 1	XXXVIII	80,6	LXVII
(—9) 8 2.	19	—9 25 30	LXVIII
(—19) 3 2	XXXVIII	81,3	XLV
(—21) 3 4	LXI	82,22	LXIII
(71,1) 3 8	47	—26.	XLVI
(—13) 19 5.	20	83,1	LI
(—16) 16 3	45	(—21) 6 25.	52
(—18) 16 5.	44	(—22) 6 26.	48
(—20 sqq.) 16 7 sq.	44 sq.	(84,9) 7 17	49

LXXXII

	pag.		
p. 84,13	LX	p. 94,17 18 5	
—16.	LX	—18.19 18 6.7	X
—22.	10 adn.*)	—22 18 10.	
—25.	XLVI	95,9	
85,2	LI	(96,3) 15 23	
—8	LXIII	(—15) 17 19	
—18.	9 sq.	(—19) 22 17	
—25.	XLVII	(—24) 22 22	X
86,21	LXVIII	(97,10) 21 8	X
87,30 11 3	89	(—10) 21 8	52 a
88,6 12 12	38.50	(98,11) 20 8	
—14.	XLVII	100,4	
—16.	LXIII	—5	
—22 sq.	11	102,5 sq.	
(89,8) 2 9	48	—11.	
—12.	XXXVI	—18.	
—21 1 18	78	104,29	
(—22) 1 19	53	105,3	1
90,11	78	—4	
—22.	LI	—23.	X
(92,17) 10 20	47	—26.	X
(—18) 10 21	20	107,16	:
(—22) 10 25	LI	108,16	X
(93,1) 9 8	19.22	110,17	XXI
(—4) 9 11	52	116,9	
(—9) 8 7	52	117,8.11	
—10 8 9	XXXVI	118,11 sq.	63 :
(—21) 3 10	54	119,11	X
(—21) 3 10	XLII	120,17	
94,13	LXVIII		

	pag.		
Eratosthenis catast. ed.		Scholia Germanici Sanger-	
Robert p. 74,3.	LIII	manensia ed. Breysig pp.	
Scholia Germanici Basileensis ed. Breysig		119,21. 128,19. 131,18.	
pp. 67,19. 74,8. 79,13.		139,20 et 22. 167,15.	
101,16	85	176,23	82
		— p. 229,11 sq.	LXV

ADDENDA ET CORRIGENDA.

- p. 20 adn. 13 u. 5 sq. dele uerba: et Isidorus uidetur legisse (orig. III 21)
- t. cf. p. 66 adn. 13.
- ib. u. 6 l. applicuisse
- p. 22 u. 12 l. iocinera
- p. 30 u. 3 l. Hyginum integris
- p. 34 u. 27 l. ex-
- ib. u. paenult. l. 'taleratus'
- p. 45 u. 17 dele prius comma.
- p. 47 adn. 5 u. 3 l. col. 54
- p. 65 u. 2 l. 'annum
- ad p. 76 adn. 37 u. 7 sq.: conspectum huius libelli Bedae adscriptis plerisque Plinii et Isidori locis praebet C. Werner Beda der Ehrwürdige und seine Zeit Wien 1875 p. 107 sqq.
- ib. ad adn. 38 u. 6: praeter initium Pliniani excerpti in *A* interierunt tres hae commentationes in apographis eius seruatae et ab Otteleio l. c. p. 159 et Vogelsio l. c. (progr. Crefeld. a. 1887) p. IV expressae: I De concordia solaris cursus et lunaris [incipit: Nouem horis in luna pro quinque diebus in sole computatis]. II Item de eadem ratione [incipit: Luna lucere dodrantis semuncias dicitur]. III De concordia maris et lunae [incipit: Unius semper horae dodrante et semuncia transmissa]. quae adduntur, ad explicanda prima uerba addita esse apparet, in prima et tertia commentatione praemissa uocula *idem*, pro qua *id est* legendum esse nemo non uidet. primae autem commentatiunculae initium est Bedae de natura rerum libelli capitis 21 finis; tertiae initium in eiusdem libelli capite 39 inuenitur; secundae initio haec capitis 20 uerba respondent: quam (scil. lunam dicunt) lucere dodrantis semuncias horarum. — haec scholia ad Bedam eadem exstant in codice Sangallensi 250, u. Heydenreich l. c. p. 20 sq.
- p. 84 u. 15 l. solent'
- p. III *Hygini codices* u. 15 l. ^tortum pro ^tortum
- p. IV *Hyg. codd.* u. 10 post *qu* inserte: caput coniungens Pistricis β
- p. VI 3 6 l. his
- p. IX *Hyg. codd.* u. 10 dele uerba *Isidor. orig.* III 21,
- p. X *Hyg. codd.* u. 19 l. testudine
- p. XI 7 1 l. cygnum
- ib. 3 l. appellauerunt. de
- p. XVII u. 1 l. Aquilae
- ib. *Schol. cod.* u. 2 l. u. pro n.
- ib. *Hyg. codd.* u. 15 post *N* adde: complures ut uidetur ceteri codd.
- praeter D*

LXXXIII

- p. XX *Hyg. codd.* u. 14 post uocanum *D*¹ adde: uolcanum *M*¹
p. XXI = = u. 8 ante cubito insere: cubito dextro *FU* |
p. XXIII = = u. 3 post *sic* insere: *ed. Paris. a. 1517 et*
p. XXIV = = u. 5 ante haec insere: conplures *Dβ* |
p. XXVIII **22** 14 l. Hostia
p. XXXIII *Hyg. codd.* u. 6 ante qui insere: ueneres *D*¹ |
p. XXXVIII u. 15 pro **15** l. **20** 2
ib. adn. 2 u. 7 l. (p.
p. XLII adn. 2 l. **3** 10
p. XLVIII u. 15 l. 77,21
p. LIII u. 3 l. *scapula*
p. LVI u. 1 l. 56,17 (**13** 3)
p. LVII u. 9 l. **2** 8
ib. u. 26 l. **6** 17

**BRESLAUER
PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.**

DRITTER BAND.

FÜNFTES HEFT.

**DIE DARSTELLUNGEN DER UNTERWELT
AUF UNTERITALISCHEN VASEN**

VON

**AUGUST WINKLER,
DR. PHIL.**

**BRESLAU.
VERLAG VON WILHELM KOEBNER.
1888.**

DIE
DARSTELLUNGEN DER UNTERWELT
AUF
UNTERITALISCHEN VASEN

EINE ARCHÄOLOGISCHE UNTERSUCHUNG

VON

AUGUST WINKLER,
DR. PHIL.

MIT EINER TAFEL.

BRESLAU.
VERLAG VON WILHELM KOEBNER.
1888.

Inhalt.

I. Die Vasenbilder der ersten Klasse.


I Canosa-München 849	Seite	4
II Ruvo-Karlsruhe 388	"	13
III Altamura-Neapel 3222	"	18
IV Santangelo 709	"	27
V Karlsruhe 258	"	35
Vergleichung der Darstellungen der ersten Klasse	"	38

II. Die Vasenbilder der zweiten Klasse.

VI Santangelo 11	Seite	50
VII Tischbein, Vases d'Hamilton tom. IV pl. XXV	"	53
VIII Petersburg 498	"	54
IX Jatta 1094	"	57
X Petersburg 426	"	58
XI Tischbein, Vases d'Hamilton tom. II. pl. I.	"	62
XII Petersburg 424	"	65
XIII London, F 276	"	69
XIV Bengnot 28	"	71
XV London F 116	"	73
XVI London F 370	"	79

III. Schlussbemerkungen

hang. Die Bestrafung des Ixion auf Petersburg 424	"	89
---	---	----



Buchdruckerei Marezke & Märtin, Trebnitz i. Schl.

Zweck der vorliegenden Abhandlung ist eine möglichst greifende und vollständige Untersuchung der sämtlichen jetzt bekannt gewordenen Darstellungen der Unterwelt auf Vasen des späten Stils. Ein Theil der Abhandlung ist bereits vorzuletzt dieses Jahres als Inaugural-Dissertation, die Mehrzahl der Unterweltvasenbilder der zweiten Klasse umfassend, erschienen¹⁾.


Die genaue Beschreibung der einzelnen Bilder hielt ich die Grundlage richtiger Erklärung für nötig, selbst auf den Vortheil, zu umständlich verfahren zu sein; ein Vergleich mit früheren Beschreibungen wird zeigen, dass die meine nicht unrichtig war. Meine Ergebnisse werden, hoffe ich, der Mehrzahl Zustimmung finden; manche freilich sind nur als Beispiele anzusehen.

Von verschiedenen Seiten hat meine Untersuchung Förderung erfahren. Herrn Prof. Dr. C. Robert in Berlin verdanke ich die Anregung dazu und vielfachen Rat während der Arbeit. Dem Herrn Geh. Regierungs-Rat Prof. Dr. H. Rossbach, unter dessen erfahrener Leitung ich die Untersuchung ausgeführt und dem ich geradezu die Erklärung der schwierigsten Punkte (die Deutung der Dionysos-Gruppe auf Conosa-München 849, die Erklärung von Nr. 116 und 370) verdanke. Ferner hat mir auch Herr Dr. W. Studemund nützliche Winke und Hinweise gegeben. Nicht minder schulde ich den Herren Dr. F. Studer und Dr. K. Wernicke in Berlin vielen Dank. Ersterer hat die Güte gehabt, die Amphora Altamura-Neapel 3222 auf Restaurationen hin genau zu untersuchen, letzterer mir die wertvollsten Mittheilungen über die in London befindlichen Vasen gemacht. Endlich muss ich noch der freundlichen Aufmerksamkeit gedenken, mit der mir Mr. A. S. Stuart in London eine Zeichnung von London F. 276 übermittelt hat. Diesen Herren spreche ich an dieser Stelle meinen verbindlichen Dank aus.

Breslau, im Juni 1888.

August Winkler.

¹⁾ De inferorum in vasis Italiae inferioris repraesentationibus. Vratislaviae MDCCCLXXXVIII. Die Arbeit, deren Druck nur teilweise unter meiner Leitung erfolgen konnte, enthält einige auffällige Druckfehler, die ich dem Leser zu verbessern bitte.



Die Vasen mit Darstellungen der Unterwelt gehören zu den wichtigsten Mustern des unteritalischen Vasenstils. Wir be-
 ziffern etwa ein Dutzend, durchweg Amphoren von be-
 deutender Grösse, die in die Sammlungen von Neapel, London,
 Berlin, München und Karlsruhe zerstreut sind. Eine be-
 deutend und ziemlich vollständige Zusammenstellung dieser Unter-
 weltbilder bieten die in jüngster Zeit erschienenen Wiener
 Jahrbücher für archäologische Uebungen Ser.
 II. I—VI. Doch fehlt noch eine die sämtlichen Vasen-
 dieser Gattung umfassende und besonders auch die ein-
 zelnen Darstellungen vergleichende Behandlung. Einerseits ist
 die Anzahl so gut wie noch unerklärt. Denn einige mystisch-
 fantastische, haltlose Erklärungen aus den Zeiten Creuzers,
 Schlegel und Panofkas haben sich längst überlebt und von
 neueren geleugnet, ohne durch neue ersetzt zu sein. Andererseits
 sind auch in jüngeren Besprechungen viele Irrtümer und
 unrichtige Deutungen, die einer Richtigstellung bedürfen. Dazu
 kommt, dass die Darstellungen fast immer nur einzeln und zu-
 sammenhanglos besprochen sind, während eine vergleichende
 Untersuchung neue und wertvolle Ergebnisse verspricht¹⁾.
 Die Unterweltvasen lassen sich beim ersten Ueberblick in
 drei grosse Klassen ordnen: Die erste enthält diejenigen,
 die mehrere Szenen auf einem Bilde vereinigt zeigen, die
 zweite umfasst die Gefässe mit einfachen, nur einen mythischen
 Vorgang zeigenden Darstellungen.
 Zur ersten Klasse gehören die Amphoren Canosa-
 849, Ruvo-Karlsruhe 388, Altamura-Neapel
 709 und das Karlsruher Bruch-
 stück 258.

¹⁾ Die kurze Besprechung von Banmeister, Denkm. des kl. Altert.
 II. 1. ff. (Artikel: Unterwelt) begnügt sich fast lediglich mit der Wieder-
 holung früherer Erklärungen.

Die zweite Klasse bilden die Vasen Santangelo 17 Jatta 1094, Petersburg 424, 426, 498, London 116 276, 370. Endlich sind ihr die beiden Zeichnungen bei Tischbein, Vases d'Hamilton, II pl. I, IV pl. XLV und eine im Katalog Beugnot unter No. 28 beschriebene Vase zuzurechnen.

I.

Die Vasenbilder der ersten Klasse.

I. An die Spitze zu stellen ist die wichtigste und schönste Vertreterin der ersten Klasse, die Amphora Canosa-München 849 ¹⁾).

Die Teile des Hauptbildes, das hier in Betracht kommt sind durchaus symmetrisch geordnet: in der Mitte ein Gebäude mit einer Gruppe, um das sich in drei Reihen übereinander die übrigen Gruppen und Figuren in ziemlich strenger Responsion anfügen; in der obern und mittleren Reihe sind rechts und links Gruppen zu je drei Personen, die untere Reihe bildet eine Scene von vier Figuren, rechts und links von einer, beziehungsweise zwei Figuren abgeschlossen.

¹⁾ Millin, description des tombeaux de Canosa p. 5 ss. pl. 3—6. — Welcker Göttingische gelehrte Anzeigen 1817 S. 17. — E. Braun, Annali dell' Ins 1837 p. 230 ss. tav. d'agg. J. — Welcker, Arch. Ztg. 1843 S. 177 ff. — Gerhard ibid. S. 193 f., Taf. XII, 1. — Creuzer, Abbildungen zur Symbolik S. 34 ff., Taf. XLII—XLV (Guigniaut, Religions de l'antiquité pl. 149 biter.). — Furtwängler, Die Idee des Todes S. 403 ff., Taf. V. — Inghirami Pitture di vasi Etruschi IV p. 107 ss. tav. CCCXI—CCCXIV. — Müller Wieseler, Denkmäler alter Kunst I S. 54 ff., Taf. LVI — O. Jahn, Beschreibung der Vasensammlung König Ludwigs in der Pinakothek zu München S. 273 f. — Valentin, Orpheus und Herakles in der Unterwelt S. 1 ff., No. 1, 2 der Tafel. — Th. Lau, Die griechischen Vasen S. 35. Taf. XXXV. — Wiener Vorlegebl. Ser. E. Taf. I. — Baumeister, Denkm. d. kl. Altert. S. 1928, Taf. LXXXVII Abb. 2042. B. C. — Gefunden wurde die Amphora in Canosa am 16. October 1813 zusammen mit 810 und 853 der Münchener Sammlung ur 2192 und 2311 des Museo nazionale in Neapel. Dargestellt ist auf der Rückseite ein Totenkult, auf dem Hals Phosphoros, Eos und Helios auf Vorderseite — Dionysos mit zwei Frauen und einem Satyr.

Das Gebäude ist in leichter, aber nicht ganz richtig durchgeführter perspektivischer Zeichnung von rechts aus gesehen angelegt. Auf einer zweistufigen Krepis erheben sich sechs schlanke ionische Säulen mit Andeutung der attischen Basis ein verziertes Giebeldach tragend, dessen Akroterien Palmetten schmücken. Neben dem mittleren Säulenpaar von der kassettierten Decke im Hintergrund herabhängend sind zwei Räder gemalt.

Innerhalb des Gebäudes zwischen dem zweiten und dritten Säulenpaar sitzt auf reich verziertem Thronsessel ¹⁾ — die gerade Armlehne wird von einer Sphinx und einer nackten Figur mit erhobenen Armen getragen, die breite Rücklehne zieren an den Ecken zwei schwebende Niken — ein bärtiger bekränzter Mann, Hades, im Profil nach links mit langem, gestickten und gegürteten Aermelchiton und einem Mantel bekleidet, der seinen linken Arm und seinen Unterkörper bedeckt; die beschuhten Füße ruhen auf hoher Fussbank. Die gesenkte Linke hält ein langes, edelsteinbesetztes Scepter, auf dessen Knauf ein Vogel mit ausgespannten Flügeln, wohl ein Adler, sitzt, die Rechte ist mit der Geberde des Sprechens erhoben ²⁾.

Vor dem Gotte sehen wir in dem ersten Intercolumnium seine jugendliche Gemahlin in langem Chiton und Ueberwurf, mit Sandalen an den Füßen, in halber Schreitbewegung nach links gewandt. Ihren Kopf ziert eine hohe Krone und ein Schleier; doppelte Halskette und Armspangen zeichnen sie aus. Mit beiden Händen hält sie eine Fackel mit brennenden Querhölzern, welche sie noch besonders als die Unterweltsgöttin kennzeichnet ³⁾. Den Kopf und Blick wendet sie leicht nach Hades zurück, wie auf seine Worte oder Befehle hörend. Von ihr links an den Stufen des Palastes erscheint im orchestischen Schritt ⁴⁾, wie ihn Apollo Kitharodos als Musagetes hat, ein junger Mann die Kithara spielend. Er ist bekleidet mit dem Kitha-

¹⁾ Auf einem gleichen Throne sitzt Dareios auf der Dareiosvase, Mon. dell' Inst. IX tav. 50.

²⁾ Vgl. Apuleius Met. II 21: . . . porrigit dexteram et ad instar oratorum conformat articulum duobusque infimis conclusis digitis ceteros eminus porrigit.

³⁾ Vgl. Avellino, Annali dell' Inst. I p. 253 ss.

⁴⁾ O. Jahn a. a. O.: „steht“.

höchster Anstrengung gegen einen Felsen. Vor seinen Füßen liegt Petasos¹⁾ und Schwert, zwischen beiden Beinen wird auf dem Boden eine Keule sichtbar. Eine hinter ihm befindliche Eriny treibt ihn mit geschwungener Geißel zu seiner zwecklosen mühseligen Arbeit an. Sie trägt einen kurzen Chiton mit Kreuzbändern und Gürtel, von dem sechs Wollschnüre herabhängen²⁾, Stiefeln (*ἐνδορομίδες*) und ein Pantherfell über den linken Arm. Die zweiriemige Geißel schwingt sie mit der erhobenen Rechten, in der linken Hand hält sie einen kurzen Spieß mit Pfeilspitze (*κέντρον*)³⁾.

Tantalos erscheint in der rechten untern Ecke, als Herrscher von Sipylos in reichem asiatischen Königsschmuck, mit langem, gestickten Aermelchiton, der mit Kreuzbändern und Gürtel zusammengehalten wird, mit Mantel, Schuhen und reich verzierter phrygischer Mütze bekleidet. Der Kopf ist zurück und empor gewandt, die Linke mit ausgespreizten Fingern nach rechts oben erhoben; ein vogelbekröntes Scepter hält er in ziemlich wagerechter Lage in der Rechten. Voll Entsetzen, das aus der ganzen Bewegung der Figur und dem weit geöffneten Auge spricht, weicht der Götterfrevler vor den ihn bedrohenden, überhängenden Felsen, die rechts von ihm angedeutet sind, zurück⁴⁾.

¹⁾ O Jahn: „Schild“.

²⁾ Vgl. den Dionysos auf der Lykurgosdarstellung bei Millin, a. a. O. pl. XIII.

²⁾ raro ἄδεια notionem ἀργίας (i. e. vacationis) habet (cf. Hesych. s. v. ἄδεια), quae significatio ei adiungenda est, quam verbis »libertas aliquid faciendi« explicavi. cf. Henr. Steph. in thesauro Graecae linguae s. v. ἄδεια.

³⁾ Thumser l. l. p. 20 sic explicat: »venia et incolumitate aliquem, si delictum iam commiserit, donare.«

⁴⁾ cf. Herod. IX 42: ... ἐν ἀδείῃ δὲ οὐ ποιουμένων τὸ λέγειν, Latine: »haud pro tuto habentium proferre«; Thuc. VIII 91: ... εἰ τοῖς γε σώματα σφῶν ἄδεια ἔσται. — Lysiae loco, quem supra protuli, ut verbum κινδυνεύειν oppositum voci ἀδείας docet, ἄδεια idem quod ἀσφάλεια significat; cf. Lys. II 15; Dem. XXI 210; XXII 25; XXIII 128. 133; XXIV 31; [Dem.] LVIII 65.

velut apud Lysiam XXX 34: ἐλπίζουσιν ὑμᾶς ἐξαπατήσαντες ἄδειαν εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον λήψεσθαι τοῦ ποιεῖν ὃ τι ἂν βούλωνται, Isocr. XIV 24: ἐπειδὴ δὲ νομίζουσιν αὐτοῖς ἄδειαν γεγενῆσθαι ποιεῖν ὃ τι ἂν βουληθῶσιν, Dem. LIV 21: οὐδὲ ἄδειαν ὑπάρχειν παρ' ὑμῖν, δι' ἣν ὕβριζεν ἐξέσται.¹⁾ Veniae denique rerum praeteritarum sive amnestiae notionem habet vox ἀδείας e. c. apud Lysiam XXV 28; Antiph. V 77.²⁾

His, quas supra dixi, notionibus tralatis amplificatur primaria et principalis, quae ad ius publicum pertinet,³⁾ significatio,⁴⁾ de qua copiosius nunc agendum est.

Et Westermann quidem [in Paulyi „Real-Encycl.“ I 1 p. 168] ἄδειαν his verbis explicat: „Ἀδεία ist die Befugniss, welche der Staat einem Individuum ausserordentlicherweise zum Behuf der Vollziehung einer bestimmten Handlung erteilt, zu welcher er an und für sich nicht berechtigt ist;“ rectius autem Boeckh [l. l. II 40] his: „Ἀδεία ist Sicherheit in irgend einer Lage oder Handlung gegen Belangung oder Angriff.“⁵⁾ Sed ne id quidem prorsus sufficere mihi videtur. Nostris demum temporibus homines docti, ut vim ἀδείας subtilius exponerent, operam dederunt, veluti Thumser haec dixit [l. l. p. 19 sq.]: „Angustior ... vocis

¹⁾ cf. Lys. XXIX 13. I 48; Hyperid. frg. 44 (ed. Blass); Dem. XXIII 159; LI 15. 16; [Dem.] LIX 111; Dem. XXIV 205; XIII 17; XIX 289; XXII 42; [Dem.] LVIII 6; Dem. XXIV 102. 103. 106. 217; XVIII 286: ... ἂν ἐπρόνοον λαβόντας ἄδειαν, Latine: »sententiae suae impunitatem nactus,« Germanice: »Gedankenfreiheit«, quem locum Reiske in indicibus ad orat. Att. ita explicat: ἐξουσίαν τοῦ ταῦτα ἀδείως φανερωῖσθαι.

²⁾ Herodianus (cf. V 4, 10) nonnunquam ἄδειαν et ἀμνηστίαν copulat; v. H. Steph. s. v. ἄδεία. — Thumser cum l. l. p. 21 dicit: »Deinde huc etiam eos locos referendos esse existimo, quibus noxae sociorum nomina aliquos detulisse memoriae proditur,« tralatam notionem ab ea, quae ad ius publicum pertinet, non discernit.

³⁾ In lingua sacra dicitur: ὁ θεὸς λήθην δίδωσιν (cf. [Lys.] VI 27), sicut in iure publico: ὁ δῆμος ἄδειαν δίδωσιν vel φηφίζεται.

⁴⁾ Huic ea quoque subest notio, quam Thumser l. l. p. 21 not. 2 vocabulo sanctitatis (ἀσφαλείας) explicat. Significat enim ἄδεία [cf. Dem. V 6. 8; (huc autem Dem. XXIV 31, quem locum Thumser cum illis coniungit, non pertinet)] idem quod apud Romanos »fides publica« i. e. securitas peregrinis data, ne comprehendi possint, vel venia commeandi.

⁵⁾ Similiter Caillemer in »Dict. des antiqu.« (ed. Daremberg et Saglio) I 66, qui non inepte ἄδειαν ita explicat: »dispense ou exemption de la responsabilité que pouvait entraîner un certain acte: elle (ἄδεία) était accordée à Athènes par l'assemblée du peuple.«

ἀδείας notio optime explicari videtur, si verba ἄδειαν διδόναι vel ψηφίζεσθαι modo 'decernere, ne cui res sit fraudi, quae ceteroquin supplicio digna habeatur, ut legis alicuius vis alicuius hominis causa ad tempus tollatur',¹⁾ modo 'venia et incolumitate aliquem, si delictum iam commiserit, donare' significare statuimus;²⁾ imprimis autem Valeton, qui ἄδειαν his verbis sollerter explicat [Mnemos. n. s. XV p. 2]: „Impunitas rogandi est copia data rogationis eiusmodi impune ferendae, qua sine illa civibus lex interdixerit.“

At vero non solum, quid iuris vel quale privilegium ἀδεία tributum sit, sed etiam, quid sit ἀδείας natura, accuratius definiri posse opinor. Ἀδεία enim, ut uno verbo dicam, gratia a populo concessa est, quae in Atheniensium iure in privilegiorum vel ψηφισμάτων ἐκ ἀνδρῶν numero est. Nam cum adhibitis legibus non raro civibus iniuriam fieri nimisque acerbe atque dure eos tractari intellexissent homines, id in plerisque civitatibus agebant, ut esset aliquis in civitate, qui legibus non obnoxius esset³⁾ atque legum asperitatis et iniquae severitatis mitigandae ac levandae potestatem haberet. Quod ius gratiae dandae nostris temporibus in regnis longe plurimis exercet rex, in libera re publica summus magistratus. Leges sane, quae valent, non abrogantur, si gratia datur, sed novum fit in beneficium hominis alicuius populiscitum. Quod ubi fit, Romae a populo privilegium irrogatur, in Atheniensium autem re publica, cum nemini illius iuris administrandi vel gratiae dandae potestas tributa sit; in iure publico Attico vera privilegia sunt nulla.³⁾ Attamen simile quoddam Athenis fuit institutum. Neque enim populus Atheniensium, ut gratiam alicui faciat, poenam, sicut nostra aetate in civitatibus fit, remittit aut ex parte levat, non impunitatem dat, sed ἄδειαν tribuit i. e. vacuitatem a metu accusationis. Populus igitur in maximo comitiatu occultis suffragiis decernit, ne is, qui illegitimi aliquid commissurus sit, timeat, ne accusetur, neve aut ipse aut ii magistratus, quorum sit accusationes instruere, illum in ius vocent. Quae cum ita sint, ἀδεία homines inviolabiles reddit non secus atque στεφανηφορία, quacum illam De-

¹⁾ cf. Boeckh: »St. d. Ath.« II 64.

²⁾ cf. Mnemos. n. s. XV p. 9.

³⁾ Cuius rei etiam alia causa subest: leges privas rogare in iure Attico non licuisse, sed populiscita tantum priva Valeton contendit l. l. p. 7. 15 sqq.

mesthenes XXI 33 coniungit.¹⁾ Haec ἀδείας vocabuli propria in iure publico Attico significatio est.²⁾

A principio autem ἄδεια non inter instituta iuris publici fuit, sed, sicut pleraeque iuris publici antiqui sollemnitates ex rebus divinis ortae sunt, ita ἄδεια ex ea caerimonia sacra, quam ἱκετηρίαν Graeci vocant. Civitas igitur verecundia erga deos commota deorum loco gratiam facit. Sed quando ἄδεια ex re sacra iuris publici institutum factum sit, non satis liquet; illud tamen constat, perfectae demum democratiae temporibus, tortasse, ut coniectura utar, iam ipsius Clisthenis aetate, certe Periclis — sive is publice ἄδειαν instituit sive iam pridem institutam amplificavit — illud paulatim evenisse. Et primum, quod sciamus, quinto a. Chr. n. saeculo ἄδεια a populo decreta est,³⁾ quibus temporibus raro id factum esse verisimile est, vel accuratius, ut Valetoni⁴⁾ verbis utar: „rogandi licentia (illis quidem temporibus) peti potest, si lex, quae rogationem vetat, simul addit exceptionem petitae impunitatis.“⁵⁾ Saepius autem populum democratia iam immoderata facta ea potestate usum esse opinor, id quod cum ἀδείας natura maxime congruit. Est enim huius instituti publici natura eiusmodi, ut populus ius gratiae exercens decreta contionis legibus superiora esse ducat, quamquam haec lex valebat: φήρισμα... μηδὲν (μήτε) βουλῆς μήτε δήμου νόμος κωμώτερον εἶναι⁶⁾; idque optimo iure, nam, ut ait Busolt [l. l. § 3 p. 5]⁷⁾: „in jedem Rechtsstaat ist der νόμος der eigentliche Gebieter.“ Quod tamen secus accidit in Atheniensium republica, si quando populus e. g. de debitorum fiscalium remissione agendi, quamquam leges id fieri vetabant, tamen venia concessa facultatem

¹⁾ cf. Boeckh l. l. II 40. Demosthenes l. l. haec duo verba etiam cum vocabulo ἀμύτης coniungit; cf. Caillemer l. l. I 67.

²⁾ Recte igitur naturam ἀδείας Lipsius explicat (cf. Meier et Schoemann: »Att. Process« p. 991) his verbis: »Rücksichtlich der in öffentlichen Processen verhängten Strafen stand auch in Athen dem Volkssouverain das Recht der Begnadigung zu.«

³⁾ v. infra s. II c.

⁴⁾ v. Mnemos. XV p. 2.

⁵⁾ De sollemni harum legum formula cf. Mnemos. l. l. p. 3.

⁶⁾ Andoc. de myst. § 87; Dem. XXIII 87; v. Perrot: »Essai sur le droit public d'Athènes« Paris 1869 p. 147 et 178; Busolt l. l. § 143 p. 129 adn. 4.

⁷⁾ cf. ibid. § 45 p. 42 adn. 6; § 193 p. 174. — cf. Valeton in Mnemosyne n. s. XV p. 389; cf. ibid. p. 10.

dabat. Itaque olim, dum populiscita legibus coërentur, multo rarius quam posterioribus temporibus, quibus omnia fere penes populum erant et ex libero eius arbitrio fiebant, ius gratiae dandae populum Atheniensium exercuisse verisimile est.

Sed iam videamus, quibus in rebus vel quibus hominibus petentibus illa gratia, quam secundum ius publicum Romanorum vocabulo privilegii significare liceat quamque nos recenti nomine „Indemnitæ“¹⁾ vocamus, data sit.

Ut paucis rem complectar: Ἰδέσθαι id privilegium est, quo populus, penes quem summa potestas est, in maximo comitiatu occultis suffragiis aut rogatori rogationis alicuius ferendae, quae aut τὸ κέρδιον aut τὸ κοινόν (vel potius aerarium et publicum et sacrum) violatur, aut ipsi harum rerum violatori veniam sive impunitatem concedit. Itaque id privilegium semper eiusmodi est, ut quis gratiam aut sibi aut alteri rogans rei publicae aut summam potestatem violaturus aut opes illegitime deminuturus sit. Nunquam vero ἰδέσθαι dari necesse fuit ad ea privilegia irroganda, quae praemia erant et honoris causa dabantur. Suae igitur natura haec privilegia leges violant, quippe quae et τὸ κέρδιον inviolabile et τὸ κοινόν integrum servanda curent. Veniam autem et impunitate a populo data rogator poenas ex legibus illis constitutas non luit, itaque, nisi certa poena proposita est, illa, quam Graeci γραφήν παρανόμων vocant, actio iudicialis prohibetur, cui omnes illegitimae rogationes subiectae sunt, aut ille poenas non subit, quibus, si ἰδέσθαι data non esset, afficeretur. Eis, quibus ἰδέσθαι data non est, saepe actio acerrima ἐνδείξις instat, in qua supplicium propositum esse solebat, semper autem rogatores παρανόμων accusare licet, cui actioni rogationes ipsae, etiamsi rogator impunitatem nactus rogationesque perlatae essent, semper obnoxiae manserunt, sicut, ut analogia utar, rogator quidem unius cuiusque psephismatis tantum per annum tempus γραφήν παρανόμων subiectus fuit, sed rogatio ipsa perpetuo subiecta mansit.²⁾

¹⁾ cf. Boeckh: »St. d. Ath.« II 41; Lipsius: »Att. Proc.« p. 991.

²⁾ Itaque id, quod Valeton (Mnemos. n. s. XV (1887) p. 5 et adn. 1) putavit γραφήν παρανόμων non suffecisse, reiciendum puto. Causae enim viri docti magna ex parte eiusmodi quidem sunt, ut afferri possint, cur haec actio non perfecta institutio habenda sit, sed γραφήν παρανόμων non suffecisse

Quare denique populus summum illud privilegium impertiverit, postea demonstrare conabor; in universum tamen iam hoc loco dici potest semper rei publicae commodum esse causam, cur τὸ κέρμαυν aut τὸ κοινόν ut violetur, populus concedat.

Sed priusquam ad singulas res pertractandas nos vertamus anquiramusque, ad quas rogationes ἀδείαν dari oportuerit, disceptandum est, quibus rationibus propositis materia optime disponatur. Et Iulius Pollux [VIII 96] quidem de ἀδεία dicens materiam disponit hunc in modum: ἡ δὲ δευτέρα ἐκκλησία ἀνεῖται τοῖς βουλομένοις, ἰκετηρίαν θεμέναις, λέγειν ἀδεῶς περὶ τε τῶν ἰδίων καὶ τῶν δημοσίων; aliter Schoemann [„de com. Ath.“ p. 334], qui haec dicit: „Duplex statui potest illorum supplicum genus: alterum eorum, qui **beneficium** aliquod aut **auxilium** a populo petunt; alterum eorum, qui **maleficium** aliquod delaturi, cuius ipsi affines sunt, **impunitatem** a populo poscunt.“ Sed nobis explicatione notionis ἀδείας privilegii supra allata per se ipsa dispositio materiae in duas partes generales offertur:

Ἄδεια ei opus est, qui rogatione aliqua

I aut summam populi potestatem violaturus

II aut aerarium (a) sive rei publicae (b) sive deorum
[aut (c) quinto quidem saeculo res familiares
civium] illegitime deminuturus est.

Ante omnia autem secernamus necesse est¹⁾ eam *veniam* vel *impunitatem* (A), quae legis aut psephismatis cuiusdam rogatori conceditur, (h. e. *venia* vel *impunitas* rogandi), et eam *impunitatem* (B), quae ipsa rogationis finis est, id est quae sua ipsius causa petitur, (h. e. *impunitas* indicandi delicti et *venia* committendi).

nullo modo demonstrare mihi videntur. Itaque in Hyperidis causa, cuius [Dem.] XXVI 11 mentionem facit, haec sola actio adhibita esse videtur, et id, quamquam rogationem ille tulerat: εἶναι τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους, ad quam ferendam *venia* ei non concessa erat. Confer etiam accusationem Timocratis (Dem. or. XXIV). De γραφή παρανόμων contra dationem civitatis instituta v. infra in libri alterius cap. II et III. — Ceterum huic quoque actioni (γρ. παρ.) gravissimae poenae propositae erant.

¹⁾ cf. Mnemosyne n. s. XV p. 2.

A. Venia vel impunitas rogandi a populo concessa.

I. Populus ei veniam dat, qui rogatione summam potestatem (τὸ κράτος) violaturus est; vel, ut accuratius sententiam meam explicem: impunitate rogandi opus fuit, si quis impediturus esset, ne ii, quos populus sive ostracismo in decem annos sive ἀειφυγία in perpetuum relegasset, exules, aut ii, quos capitis deminutione multasset, capite deminuti manerent. Sed singula iam videamus.

1. Eius ἀδείας speciei, quam primo loco tractare in animo habeo, memoria valde lacunosa et manca est. Agitur autem de ostracismo, quam actionem, antequam nos ad quaestionem ipsam vertamus, summatim attingere liceat.¹⁾

Lex fuit, ut, si quem populus Atheniensium occultis suffragiis in maximo comitiatu per ostracismum damnasset, is intra decem dies ex Attica exulatum abiret in decem annos.²⁾ Sed neque capitis deminutio (ἀτιμία) neque bonorum publicatio³⁾ homini testarum suffragiis e civitate eiecto accidit; manifesto enim ostracismus non actionis iudicialis instar habebatur.⁴⁾ Intra illud

¹⁾ De modo huius actionis instruendae relego ad eos homines doctos, qui totam materiam congesserunt: Lugebil: »Üb. d. Wes. u. d. hist. Bdgt. d. Ostracism. in Ath.« in Jahrb. f. klass. Phil. Suppl. IV (1861); Fraenkel: »Att. Geschworenenger.« (Berol. 1877) p. 14 sqq.; Gilbert: »Staatsalt.« I 294 sqq.; Busolt l. l. § 192 p. 173 sq.; nuper accuratissime res tractata est in Mnemosyne n. s. XV 129 sqq.

²⁾ Secundum Schol. ad Aristoph. Equ. v. 855 (cf. Lex. rhet. Cant. s. v. δαστ. πρόπος) homines docti putaverunt illos in quinque tantum annos posteriore aetate e patria expulsos esse, quod in suspicionem vocavit Valeton l. l. p. 339 adn. 1; cf. etiam Gilbert I 295, 1.

³⁾ cf. Meieri: »Historiae iuris Attici de bonis damnatorum et fiscalium debitorum libri II« (Berol. 1819) p. 98.

⁴⁾ cf. Platner: »Proz. u. Klagen bei d. Att.« (Darmst. 1824) I 389. — Busolt dicit eam actionem »einen Akt politischer Zweckmässigkeit«; cf. l. l. § 192 p. 173 adn. 7 et p. 174; Valeton: Mnemosyne XV 342.

decennium quis rem familiarem exulis administraverit, non traditur: propinquos aut amicos id fecisse verisimile est. Cum igitur hoc proprium illius esset exilii, ut neque bona publicarentur et tempus exilii determinaretur,¹⁾ non verbo φυγῆς, sed μεταστάσεως²⁾ utebantur in iure publico Athenienses. Quamquam autem totus populus — sex enim milia Atheniensium, qui numerus minimus erat eorum, quos in suffragia ire oportebat, ex fictione iuris publici Attici totius populi loco fungebantur³⁾ — exilium decreverat, fieri tamen potuit, ut poena remitteretur et tempus remotio- nis minueretur. Nec pauci exules ante decimum annum populi- scito revocati sunt.⁴⁾ Revocandi autem modus extraordinarius videtur fuisse: hanc enim rogationem ad populum ferre nemini licuisse nisi impunitatis indulgentia impetrata opinor Schoemanno⁵⁾ adstipulatus. Ac duobus Plutarchi locis⁶⁾ significatur id revocatio- nis privilegium nisi sollemni psephismate irrogari non potuisse, quamquam non dilucide dicitur eis rogatoribus ἀδείχ opus fuisse. Qua obiecta difficultate prohibebant Athenienses, ne rogatio de revocandis exulibus saepius ferretur.

¹⁾ cf. Schoemann: »de com. Ath.« p. 246; Suid. s. v. ὀστρακισμός.

²⁾ cf. Aristot. Pol. III 13 p. 1284a; [Dem.] XXVI 6; Lex. Rhet. Can- tabr. s. v. ὄστρ. τρόπος [Philoch. fr. 79b ed. Muell.]; cf. Schoemann: »Anti- quit. iur. publ. Graec.« p. 98, qui μεταστάσιν vocabulo remotio- nis vertit.

³⁾ de his cf. alt. commentat. libr. cap. I.

⁴⁾ cf. Schoemann: »de com. Ath.« p. 246.

⁵⁾ cf. eundem: »Griech. Altert.« I 399; Mueller-Struebing: »Arist. u. d. hist. Krit.« (Lips. 1873) p. 313sq.

⁶⁾ Plut. Pericl. X; Cim. XVII; cf. Plut. Aristid. VIII: Τρίτη δ' ἔπει Εὐρξοῦ διὰ Θεσσαλίας καὶ Βοιωτίας ἐλαύνοντος ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν, λύσαντες τὸν νόμον ἰφηνείσαντο τοῖς μεθεστώσιν (cf. [Dem.] XXVI 6; Lugebil l. l. p. 132) κάθοδον. Cuius generis exules Plutarchus significet, manifestum est. Agitur praecipue de revocando Aristide, qui testarum suffragiis e patria erat eiectus (cf. ibid. VII). Etiam verba: λύσαντες τὸν νόμον (sc. ἐπ' ἀνδρὶ) ad ostracismum pertinere mihi videntur. Quid autem hoc loco numerus pluralis (τοῖς μεθεστώσιν) significat, cum alios quoque viros ostracismo expulsos eo tempore esse auctores non tradant? Plutarchum sane diversas res confudisse vel potius rem non accurate exposuisse opinor. Tum enim omnes, etiam ii, qui non per ostracismum, sed alio modo exules facti erant et propter exilium (cf. And. de myst. 78) expertes amnestiae, revocatos esse verisimile est, itaque id quod Andocides (de myst. 107) de pugna apud Marathona commissa tradit, ad pugnam Salaminiam referendum esse cum Carolo Scheibe [=Oligarch. Umwälz. zu Ath.« (Lips. 1841) p. 38 adn. 19] arbitror. Horum exilium verbo μεταστάσεως non accurate significavit Plutarchus.

Quae cum ita sint, — causas autem infra afferemus — mirandum est, quod psephisma sex milium civium suffragiis occultis perlatum impunitate rogandi totidem suffragiis decreta simplici populiscito abrogari potuit. Populus scilicet summa potestate usus in populisciti incommodi ac molesti locum subrogabat alterum, quod temporariis voluntatibus populi aptius esset.¹⁾ Ut autem causa huius ἀδείας dandae intellegi possit, nonnulla de ostracismi notione disseramus necesse est. Atque olim quidem homines docti existimaverunt Clisthenem²⁾ testarum suffragia instituisse, ut prohiberet, quominus sicut superioribus temporibus viri, qui vel opibus vel auctoritate vel virtute imprimis laude bellica insignes in civitate essent populique libertati officere viderentur, rem publicam in periculum discrimenque adducerent.³⁾ Quocum ostracismi consilio id, quod auctores tradunt, congruit, ostracismum initio in socios Pisistratidarum adhibitum esse, in quorum numero Hipparchus erat, qui primus testarum suffragiis de civitate exterminatus est.⁴⁾ Hanc autem sententiam ita impugnavit Lugebil⁵⁾, ut exponeret ostracismo abusos esse principes factionum ad sua consilia exequenda, qui populum commoverent, ut ipsorum partes sequeretur, itaque rem publicam a seditione civili tuerentur;⁶⁾ quod ad ea quidem, quae inde ab ineunte saeculo quinto facta sunt, quadrare concedendum est. Apud Plutarchum compluribus locis, quibus de ostracismo agitur,⁷⁾ diversae opiniones (et Lugebili et aliorum) quasi in speculo

¹⁾ Simile aliquid in secunda Andocidis oratione (π. τ. ἐαυτοῦ καθόλου) legimus, qua Andocides a populo impetrare studet, ut ἀδεία pridem sibi decreta restituatur (§ 23 et 27). Eodem pertinet, quod civitatem per sex milia civium decretam γραφή παρανόμων abrogare licuit. v. Hofmann: »de iurandi ap. Ath. formulis« p. 11; Caillemer: »la naturalisation à Ath.« Paris 1880 p. 14; v. infra in libro altero. In his rebus accidit, id quod Aristoteles (Pol. IV 4 p. 1292a) dicit: κέρτιον δ' εἶναι τὸ πλῆθος καὶ μὴ τὸν νόμον.

²⁾ cf. Busolt l. l. § 135 p. 121 (contra v. Oncken: »Staatslehre« II 458. cuius sententia non recta est); Valeton: Mnemosyne l. l. p. 129sq.

³⁾ Meier: »de bon. damnat.« p. 98.

⁴⁾ cf. Schoemann: »de com. Ath.« p. 246sq. et adn. 13. 14; Oncken: »Staatsl.« II 459sq.; Gilbert: »Staatsalt.« I 144sq.; Busolt l. l. § 135 p. adn. 9; Mnemos. l. l. p. 130 adn. 2.

⁵⁾ cf. Jahrb. f. klass. Phil. Suppl. IV (1861) p. 124—136; Oncken: »Athen und Hellas« (Lips. 1865) I 119.

⁶⁾ cf. Oncken: »Staatsl.« II 461.

⁷⁾ cf. Plut. Themist. XXII; Aristid. I. VII; Poll. VIII 20; v. Schoemann: »de com. Ath.« p. 243 not. 2. Contra cf. Plut. Pericl. XIV.

cernuntur. Mihi Lugebil ostracismi originem non recte videtur intellexisse; rectius iudicavit Platner [„Proc. u. Klagen“ I 387sq.], qui diversas Plutarchi opiniones duplici genere ostracismi explicare studet. Optime autem Gilbert [„Staatsalt.“ I 145] his verbis rem exposuit: „Erst in der späteren Zeit ist der Missbrauch aufgekommen, den Ostracismus zu Parteizwecken zu benutzen. Von dieser missbräuchlichen Anwendung desselben, welche aber bereits im Anfange des 5. Jahrh. eingetreten ist, gilt dasjenige, was man verkehrter Weise als das ursprüngliche Wesen des Ostracismus aufgefasst hat.“¹⁾ Recte igitur Aristoteles [Pol. III 13 p. 1284 a] ostracismum explicat,²⁾ qui, cum paulo infra addat: οὐ γὰρ ἐξέλεπον (sc. αἱ πόλεις) πρὸς τὸ τῆς πολιτείας τῆς οἰκείας συμφέρον, ἀλλὰ στασιαστικῶς ἐγγρῶντο τοῖς ὀστρακισμοῖς, ipse testatur commutatam ostracismi vim et dilucide distinguit,³⁾ quam ob rem ostracismus institutus et ad quas res postea usurpatus sit.⁴⁾ Verum autem Clisthenis, qui ostracismum instituit, Valeton [Mnemos. n. s. XV] intellexit consilium. Instituit enim Clisthenes ostracismum propter tyrannidis suspicionem, in qua tunc erant demagogi nobiles. Quare omnes quidem demagogos nobiles relegationem meruisse statuit, sed quis eorum relegandus esset, populi arbitrio permisit. Quae cum ita sint, eiectus est demagorum aliquis, non quod

¹⁾ cf. Busolt l. l. § 135 p. 121sq.; cf. etiam Valeton l. l. p. 340 adn. 1.

²⁾ his verbis: ὁ (γὰρ) ὀστρακισμὸς τὴν αὐτὴν ἔχει δυνάμιν τρόπον τινὰ τῷ κολούειν τοὺς ὑπερέχοντας καὶ ποταθεύειν. cf. V 3 p. 1302b.

³⁾ cf. Thucyd. VIII 73, 3: . . . ὀστρακισμένον [sc. Ὑπέρβολον] οὐ διὰ δυνάμειος καὶ ἀξιώματος φόβου. . .; cf. Plut. Alcib. XIII; Cic. Tuscul. V 36; v. de hac re Valeton Mnemos. n. s. XV p. 350sq. p. 354sq.

⁴⁾ Ex democratiae quoque natura et ratio et notio ostracismi intellegi possunt. In democratia enim pauperes (cf. Arist. Pol. III 8 p. 1279b) — ut ait Aristoteles: οἱ ἄποροι — summam exercent potestatem, et omnes pares sunt (cf. Arist. Pol. III 13 p. 1284a; v. Busolt l. l. § 45 p. 42 et adn. 2), in aristocratia autem οἱ πλούσιοι; quare Aristoteles [Pol. III 8 p. 1279b] recte dicit: . . . ὃ δὲ διαφέρουσιν ἢ τε δημοκρατία καὶ ἢ ἀλιγαρχία ἀλλήλων, πένια καὶ πλοῦτός ἐστιν. . . [cf. Büchschütz: »Besitz u. Erwerb im gr. Altert.« (Hal. 1869) p. 35 adn. 3]. Cum autem homines ingentibus pecuniis aut summa auctoritate inter cives excellentes in democratiae angustis quasi finibus versari non possint, immo rei publicae periculosi sint, ostracismus institutus est, ut ei homines e civitate expelli possent. (De iure, quod populus in hac re exercuit, cf. Schoemann: »Griech. Altert.« I 182sq.). Cf. etiam id, quod exposuit Valeton. Mnemos. XV p. 134sq.

aliis periculosior esset, sed quod plebi magis displiceret. Et sane iram populi maxime ad potentissimum quemque pertinere Clisthenes non ignoravit, sed id ei nullius momenti fuit. Ut igitur paucis verbis rem comprehendamus: ostracismus nihil aliud est quam ἐπιχειροτονία demagorum. Fictio utique ea erat, ut populus Atheniensium per ostracismum eos in exilium expelleret, a quibus libertati civitatis periculum imminere videretur. Et simulac populus ostracismum decrevit, eodem tempore is, quem populus designaverat, τῇ πολιτείᾳ putabatur periculosus idque exilio decem annorum quasi expiabat. Atqui eos homines populus ipse ante legitimum tempus non raro revocavit certo quodam consilio commotus. Considerantibus enim nobis eas revocationes in maximis tantum periculis discriminibusque rei publicae — cui Aristidis, Alcibiadis, aliorum non in mentem venit? — factas esse, facile intellegitur publici emolumenti causa eos revocatos esse. Namque cum status et salus rei publicae in summas angustias adducta esse viderentur, praeclarissimos viros, quamvis periculosos rei publicae, revocare populus maluit;¹⁾ confusus igitur illos nihil aliud quam patriae libertatem vindicaturos populus Atheniensium ex duobus malis minus elegit. Sed quod populi voluntas, quam in maximo declaraverat comitiatu, negligitur, itaque τὸ κέρειον violatur et res publica audacter in periculum vocatur, rogatori ἄδεια impetranda est. Quod, etiamsi certis veterum scriptorum testimoniis non affirmatur, tamen pro certo statuendum est. Quamquam Valeton hanc sententiam reicit. Dicit enim rogationem non legitimam eam quidem fuisse, sed ratum factum esse populiscitum, „quia nemo fuisset, qui παρανομίαν persequeretur.“²⁾ Tamen iam ex eo, quod non raro revocationes factas memoriae proditum est³⁾, patere videtur eiusmodi rogationes (venia scilicet concessa) ad populum ferre licuisse. Atque, ut ego opinor, nunquam potuit fieri, quin civitas Atheniensium omni tempore accusatorum copia abundans a rogatoribus rationes rogationum non legitime latarum reposeret. At, inquires, tale quid nunquam factum esse non certo possumus scire, cum scriptores nescio quo casu de hac re nihil tradiderint. Concedo. Verum rei publicae

¹⁾ cf. Plut. Aristid. VIII; Cim. XVII.

²⁾ cf. Mnemos. I. I. p. 11 adn. 3.

³⁾ cf. Mueller-Struebing: »Arist. u. d. hist. Krit.« p. 313.

causa legislator sapiens impedire non poterat, quominus populus
 reclarissimum quemque, qui nullum aliud delictum commisisset,
 nam ut rei publicae libertati periculosus haberetur, in angustiis
 eorum revocaret; et popularis legislator rationis suae ac propositi
 memorem populo potestatem decreta temporaria faciendi servare
 debuit, dummodo praecaveret, ne illam nimis immodice exerceret.
 Quod ἀδελφῶν effectum esse demonstravi, quae, ut ex re sacra
 publicum institutum fieret, haud scio an ipse Clisthenes, qui
 ostracismum instituit, lege sanxerit.¹⁾ Opus autem fuit rogatori
 ἀδελφῶν, quod summae populi potestatis violandae auctor factus est.

2. Atque eadem fuit causa eius, qui populum commoturus
 erat, ut exules revocarentur.

Sunt enim in iure publico Attico duae exilii formae secer-
 nandae, quas Athenienses verbis ὀστρακισμοῦ et ἀειφυγίας s. φυγῆς
 significant.²⁾ Discrimen autem, quod iam supra (p. 10) breviter
 designavimus, triplex est. Nam ostracismus nihil aliud quam ratio
 i publicae tuendae, ea autem, quam Graeci ἀειφυγίαν vocant,
 aetheribus quibusdam poena constituta est; deinde ostracismus
 temporarium decem annorum, φυγή s. ἀειφυγία, ut ipsum nomen de-
 monstrat, sempiternum exilium fuit; denique is, qui testarum
 suffragiis e civitate eiectus est, nullam rei familiaris iacturam
 patitur neque honorum ad tempus tantum in suspenso relictorum,
 sed in interdictione aquae et ignis etiam bonorum publicatio
 coniuncta est. Vidimus, quibus condicionibus exilii tempus
 finem per ostracismum relegatorum potuerit imminui. Sed
 aeternae omnino de eorum quoque revocatione cogitare, qui aquae
 et ignis interdictione sempiterna puniti erant? Notum est exules
 aeternae amnestiae quidem, quae anno 403 decreta est, participes
 fuisse: cum enim post triginta tyrannorum imperium dissolutum
 omnis memoria discordiarum sempiterna oblivione deleta esset,
 iuramentum in iusiurandum senatorum hoc receptum est: καὶ οὐδέξομαι
 ἄλλοῦ οὐδέ ἀπαγωγῆν ἕνεκα τῶν πρότερον γεγενημένων, πλὴν τῶν
 ὀργόντων („neminem, nisi exules, deferri ducive sinam praeteri-

¹⁾ v. supra p. 7.

²⁾ Tertia forma, quam Meier: »de bon. damn.« p. 99 commemorat, non
 huius loci est.

torum causa)¹⁾ Atque similiter in Patroclidis psephismate,²⁾ ex quo capite deminuti et debitores publici restituuntur, ob homicidium commissum capite damnati aut exilio³⁾ puniti homines excepti sunt. Denique huius loci nonnulla verba sunt iurisiurandi heliastarum apud Demosthenem Timocrateae inserti;⁴⁾ lex enim de iure iurando quodam lata — quod iusiurandum sit, ambiguum esse possit — haec est: οὐδὲ τοὺς φεύγοντας κατὰξω, οὐδὲ ὧν δάνατος κατέργωσται („exules non reducam neque capitis damnatos, qui supplicium subterfugerunt“).⁵⁾ Quibus rebus, quam diligenter Athenienses id egerint, ut exulibus omnem spem reditus eriperent, perspicuum est.⁶⁾ Atque Hyperides, cum clade ad Chaeroneam accepta rogasset,⁷⁾ ut liberi fierent servi, civitate donarentur peregrini, capite deminuti restituerentur, exules reducerentur, παρα-

¹⁾ cf. Andoc. de myst. § 91; ad h. l. cf. Gilbert l. l. I 373sq. adn. 2. — Scheibe: »Die oligarch. Umwälz. zu Ath.« p. 197sq.; Dict. des antiqu. I 293; cf. etiam CJA. I 9; IV 27a vs. 7sq.; Hofmann: »de iurandi formulis« p. 40. — De his ἐνδείξιας vel ἀπαγωγῆς actionibus cf. H. Meuss: »de ἀπαγωγῆς act. ap. Ath.« Vratislav. 1884 p. 16sq., imprimis p. 33sq. — Contra Solon cum multos alios peregrinos tum exules (φεύγοντας ἀσιφογία τὴν ἐαυτῶν) civitate donavit, quippe quibus in patriam redeundi nulla spes esset. cf. Plut. Sol. XXIV.

²⁾ apud Andoc. de myst. 78 servatum; cf. ibid. § 80.

³⁾ Supplicium capitis et sempiternum exilium antiquissimis temporibus iuxta aestimantur; cf. e. c. [Aesch.] epist. XII 5; CJA. II 17 vs. 59sq.

⁴⁾ de hoc iureiurando cf. Fraenkel: Hermes XIII 452sq.; de nonnullis litis instrumentis, quae extant in Demosthenis Timocrateae (or. XXIV), cf. R. Schoell in Sitz.-Ber. d. k. Bayr. Acad. d. Wissensch. (philos.-hist. Classe) 1886 p. 83sq. et de hoc ipso iureiurando cf. Hofmann: »de iurandi ap. Ath. formulis« p. 3—28; ad quam commentationem v. C. Schaefer: Berliner Philolog. Wochenschrift 1888 num. 13.

⁵⁾ Extrema enuntiatio lacunosa est et ita fere supplenda: »qui supplicium subterfugerunt.« (Ad loci sententiam v. Poll. VIII 117: μετὰ δὲ τὸν πρότερον λόγον ἐξήγη φησὶν, εἴ τις γονέας εἴη ἀπεκτονώας, ubi Meier coniecit: αἱ μὴ, Hemsterh.: πλὴν εἴ τις). Hic iuris iurandi locus genuinus est, sed dubium esse puto, utrum post triginta tyrannos receptus posteaque abolitus sit, an semper valuerit aut in ipso heliastarum iure iurando aut in alia quadam iuris iurandi formula scriptus. (cf. Fraenkel l. l. s. fin. commentat.). Ceterum cf. Hofmann l. l. p. 13, qui locum ad iudicium iusiurandum pertinere semperque valuisse putat, quae sententia mihi quidem reiicienda videtur.

⁶⁾ cf. [Lys.] VI passim, e. c. § 15. 18; cf. etiam Dem. XXIV 153: ...καὶ περὶ τῶν φευγόντων καθόδου καὶ περὶ τῶν ἄλλων τῶν δεσποτάτων.

⁷⁾ cf. Lyc. adv. Leocr. XI § 41; v. de hac re Schenkl: »Wiener Stud.« II 173.

νόμων ab Aristogitone accusatus,¹⁾ sed Ps.-Plutarcho auctore absolutus est.²⁾ Vetiti igitur erant cives reditum exulum rogare. Nihil tamen minus illos nonnunquam revocatos esse constat.³⁾ Ex quo sequi mihi videtur, ut, qui exulum, sive singulorum⁴⁾ sive (in amnestiis) complurium, revocationes rogare vellet, ei ἀδιστα opus fuerit.⁵⁾ Et Hyperidem quidem ob civitatem peregrinis dandam et exulum revocationem rogatam παρανόμων accusatum esse supra commemoravimus. Alii autem, qui eandem illegitimam rogationem tulerant, non in ius sunt vocati. Ergo nulla alia ex causa fieri potuit, ut Hyperides accusaretur, quam quod rogator legitima quaedam observare oblitus erat, vel, ut aliis verbis dicam, quod orator — causam autem ignoramus — veniam rogationis ferendae sibi dandam non curaverat.⁶⁾ Sed, ut Plutarchus tradit, absolutus est, quoniam populus manifesto rogationem Hyperidis approbavit et liberaliter impunitatem dedit legum laesarum.

¹⁾ cf. [Dem.] XXVI 11. — Fortasse huic rei etiam ἐνδειξις proposita erat; v. de hac re Mnemosyne n. s. XV p. 5.

²⁾ cf. Meier: »de bon. damn.« p. 50 not. 157: »Habemus fragmentum defensionis Hyperidis ap. Rutil. Lup. p. 63 (a Ruhnkenio praeclare emendatum): 'Quid a me saepius his verbis de meo officio requiritis? »Scripsisti, ut servis libertas detur?« Scripsi, ne liberi servitutem experirentur. »Scripsisti, ut exules restituerentur?« Scripsi, ut ne quis exilio afficeretur. »Leges igitur, quae prohibebant haec, nonne legebas?« Non poteram, propterea quod litteris earum arma Macedonum opposita officiebant.'

³⁾ cf. e. c. Lys. XXV 27.

⁴⁾ Cf. Lipsius: »Att. Proc.« p. 993 not. 640. — Ceterum num singulorum revocationes acciderint, pro certo dici non potest. Nam etiam Alcibiadis revocatio, quae commutatione rei publicae facta a populo decreta est, amnestia quaedam videtur fuisse; cf. Thuc. VIII 97.

⁵⁾ De revocatione sollemni populiscito decreta cf. Thuc. VIII 97, 3. 81, 1; Plut. Alcib. XXXIII; Diod. XIII 69; Lipsius: »Att. Proc.« p. 992. — Ceterum exules, qui ipsi veniam a populo petituri Athenas redire volebant, per litteras plerumque populum rogabant, ut fides publica (ἄδιστα) sibi daretur [de hac re v. infra s. B 2a], propterea quod exuli periculosissimum erat vel sub tutela deorum a populo veniam petere. Haec enim tutela non semper securitatem praebuit; cf. e. c. Lyc. adv. Leocr. § 129, qui Pausaniam regem in templo Minervae fame enectum esse tradit his verbis: καὶ πᾶσιν ἐπίσημον ἐπιτηροῦσαν (sc. οἱ Λακεδαιμόνιοι) τὴν τιμωρίαν, ἕτα οὐδ' αἱ παρὰ τῶν θεῶν ἐπικουρίαι τοῖς προδόταις βοηθοῦσιν.

⁶⁾ Valeton l. l. p. 5 (cf. ibid. adn. 1) Hyperidem, cum ἄδειαν nactus esset, tamen παρανόμων accusatum esse contendit. Sed illi ἄδειαν concessam esse prorsus nescimus.

Ceterum verisimile est Hyperidem in defensione exposuisse, qua de causa psephisma illegitime tulisset. Quodsi quis suspicetur Hyperidem ob nullam aliam causam παρανόμων accusatum esse, quam quod rogavisset, ut civitas peregrinis daretur,¹⁾ fragmentum defensionis, quod extat,²⁾ satis demonstrat Hyperidem etiam causam exulum sua opera revocatorum dixisse. Denique dubito an ex verbis Plutarchi, quibus de Alcibiadis revocatione agitur,³⁾ id, quod supra diximus, conici possit. Atque etiam aliae causae, quae rebus ipsis suppeditantur, ei rogatori ἀδεία opus fuisse comprobant. Reditu enim exulum vel potius revocatione violatur iusiurandum, quod senatus iuravit. Contio igitur rogatione probata consulto iusiurandum laedit, quod senatores per tres deos publicos iuraverunt, laedit divinum rei publicae ordinem, laedit sacras leges⁴⁾ et rei publicae instituta, et iusiurandum contemnendo iras caelestes in se ipsa detestatur.⁵⁾ Quam ob causam rogatorem παρανόμων accusare licuit. Sed rogationem exules revocandi ferri omnino lex vetat, quia τὸ κέρριον τῆς πολιτείας violatur, ita quidem, ut populus, postquam pro scelere commisso aquae et ignis interdictionem sempiternam constituit, ut poenam remittat, commoveatur. Nam si quem iudicium heliasticum, penes quod summum harum rerum arbitrium erat, exilio sempiterno multasset, poena remitti non poterat;⁶⁾ si autem remissio rogabatur, τὸ κέρριον violabatur, perinde atque τοῦ κοινοῦ integritas violabatur rogatione facta, ut pecuniam aerario debitam populus remitteret.

Quare exulum restitutio privilegium erat, quod impunitate

¹⁾ In hac re γραφὴν παρανόμων intendere licuit; cf. [Dem.] LIX 90; Schoemann: »de com. Ath.« p. 338; Meier: »de bon. damn.« p. 57. — Ad eam, de qua supra agitur, rem cf. Schenkl l. l. II p. 173.

²⁾ v. supra p. 17 adn. 2.

³⁾ cf. Plut. Alcib. XXXIII.

⁴⁾ de quibus legibus haec dicit [Dem.] XXV 21: ἐπειδὴ τοίνον οἱ νόμοι μετὰ τοὺς θεοὺς ὁμολογοῦνται σώζειν τὴν πόλιν...; cf. Aesch. I 5; Dem. XXI 225. Populus autem legum custos est, ut e. c. Aesch. I 7 dicit.

⁵⁾ cf. Lyc. adv. Leocr. § 76: ὃν (sc. ὄρκον ἐφηβικόν) εἰ μὲν ὁμώμοις κράτης, φανερώς ἐπιώρκηκε, καὶ οὐ μόνον ὁμᾶς ἠδίκηκεν ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἠσέβηκεν' ... ἀνθ' ὧν δικαίως ἀν' αὐτὸν καὶ ὅπερ ὁμῶν καὶ ὅπερ τῶν τιμαρῆσαισθε.

⁶⁾ Cf. Schoemann: »Gr. Altert.« I 399.

n data rogare nemini liceret.¹⁾ Cur autem venia rogandi data, eadem causa est, quam supra, ubi agebamus de virorum ostracismum eiectorum revocatione, attulimus: rei publicae modum, cui omnia cedunt. Si igitur rei publicae salus stulat, sanctissimum iusiurandum sanctissimaeque leges violantur.²⁾ Verum enim vero extra ordinem tantum et potissimum, non de amnestiis agebatur, in summis rei publicae discriminibus graevae revocationes exulum factae sunt: ita bello Persico,³⁾ post bellum Peloponnesiacum confectum,⁴⁾ alias.⁵⁾ Tum civitas libera rerum ante actarum revocat cives expulsos, ut patriam revertantur; deos autem laesos sacris placat, quibus non oblati sacrificia rite perferri non potest; si bene ceciderint sacra, placatos se esse di ostendere creduntur.

Cuius ἀδείας speciem quandam paucis exponam: Caedis voluntariae reis post primam defensionem, si causae diffident, voluntario exilio solum vertere licuisse constat.⁶⁾ Quo facto leundi veniam dare propinquos lex vetuit, et thesmothetarum non potuit videre, ut exules eius generis reduces morte punirentur.⁷⁾ Quodsi quis revocationem illorum rogaturus esset, id nisi venia populi impetrata fieri non potuit. Nam revocatio quidem cum deus violat tum deos, quorum loco populus interfectorem a republica excludit;⁸⁾ redux autem interfector civitatem universam polluit.

¹⁾ Ad sententiam nostram Schoemann in *Antiquitat. iur. publ. Gr.* accessit, ubi (p. 234) haec dicuntur: »Etiam alii exules, qui non ostracismo iudicio damnati simulque infamia (ἀτιμία) et bonorum publicatione puniti sunt, restitui non poterant nisi populi iussu; nec alia ulla poena legitime in a populo in comitiis remitti aut imminui, nec rogari hac de re populus poterat, nisi venia ante impetrata.« Disertim autem Schoemann ἀδεία opus esse ad hanc rogationem ferendam [*Gr. Altert.* I 399] affirmavit argumentis sane non allatis; nec secus Lipsius: *Att. Proc.* ² p. 992.

²⁾ Ex sanctissimis autem legibus una erat haec: τοὺς φεύγοντας μὴ τέρπειν, id quod ex natura et condicione antiquarum rerum publicarum intellegitur: cf. Cic. Verr. V 6.

³⁾ cf. Andoc. de myst. 107. 109; Scheibe l. l. p. 38 adn. 19.

⁴⁾ cf. Andoc. l. l. 80; Meier: *de bon. damn.* p. 229 not. 247; Scheibe l. l. p. 38 adn. 20.

⁵⁾ cf. Xen. H. Gr. II 2, 11. 20. 23; Lipsius: *Att. Proc.* ² p. 992 adn. 638.

⁶⁾ cf. Poll. VIII 117; Meier: *de bon. damn.* p. 18 (adn. 47); Gilbert I 368 adn. 1.

⁷⁾ cf. Poll. VIII 86; [Lys.] VI 15; Dem. XXIII 31; Gilbert I 368 adn. H. Meuss: *de ἀπαγωγῆς ἀctionε* p. 19 sqq.

⁸⁾ cf. Gilbert I 361.

3. Consimili deinde modo ei, qui rogaturus esset, ut quis capite damnatus vita donaretur,¹⁾ ἀδεία opus fuisse puto. Quod nonnunquam factum esse e Demosthenis or. L 48 videtur patere.²⁾

4. Denique quae de iis diximus, qui exules revocandi rogationem laturi erant, eadem ad eos pertinent, qui rogaturi erant, ut capite deminutis sempiterna ἀτιμία abiudicaretur,³⁾ itaque etiam his impunitas rogandi impetranda fuit.⁴⁾ Atque huius ἀδείας certiores notitiam habemus legis in Demosthenis Timocrateam insertae auxilio. Lex haec est [§ 45]: Μηδὲ περι τῶν ἀτίμων, ὅπως χρὴ ἐπιτίμους αὐτοὺς εἶναι, μηδὲ περι τῶν ὀφειλόντων τοῖς θεοῖς ἢ τῷ δημοσίῳ τῷ Ἀθηναίων περι ἀφέσεως τοῦ ὀφλήματος ἢ τάξεως, ἐὰν μὴ ψηφισαμένων Ἀθηναίων τὴν ἀδειαν πρῶτον κτλ. Genuinam autem hanc legem esse verba ipsius Demosthenis ibid. § 46 demonstrant.

Ante omnia duo genera capite deminutorum nobis distinguenda sunt: alterum eorum, qui debita publica tempore legitimo non pependissent ob eamque causam in tempus capitis deminutione maxima multati sunt;⁵⁾ alterum eorum, qui diversis de causis sempiterna ἀτιμία affecti sunt.⁶⁾ Utriusque autem generis capite deminutorum restitutionem nisi impunitate impetrata rogare non licuit. De debitoribus publicis hoc loco non agitur, sed de iis solis, quorum ἀτιμία fuit sempiterna. Atque primum quidem ex psephismate Patroclidis ab Andocide in oratione de mysteriis memorato [§ 77 sqq.] restitutionem illorum venia demum impetrata rogare licuisse colligendum est. Cuius psephismatis initio,

¹⁾ v. supra p. 16 adn. 3.

²⁾ Cuius rei copiosius mentionem facit Hauvette-Besnault: »Les Stratèges Athéniens« Paris 1884 p. 103; Lipsius autem: »Att. Proc.« p. 993 id factum esse negat. Quod si verum esset, Callistratum aut supplicio non affectum esse aut primo quidem effugisse, deinde autem venia non impetrata tamen impune rediisse ponendum esset.

³⁾ v. Schoemann: »Antiqu. iur. publ. Gr.« p. 225; accuratius: »Gr. Alt.« I 399; cf. Lys. XXV 27; And. de myst. 107.

⁴⁾ cf. Pauly »Real-Encycl.« I 1, 168; Gilbert I 293; Busolt § 194 p. 175, 3; Caillemet: »Dict. des antiqu.« I 66; Valetton: Mnemosyne n. s. XV p. 2, qui hanc legis formulam statuit: »ne quis rogaverit, ut ἀτιμος fiat ἐπιτίμος.«

⁵⁾ cf. Busolt § 158 p. 143, 7.

⁶⁾ De capite deminutis cf. Meier: »de bon. damn.« p. 101 sqq.; Schoemann: »Gr. Alt.« I 362; Busolt l. l. § 158 p. 143.

quod, quamquam genuinum esse constat, tamen, ut Droysen ipse concedit¹⁾, satis depravatam et interpolatam est, haec leguntur: Πατροκλείδης εἶπεν, Ἐπειδὴ ἐφηφίσαντο Ἀθηναῖοι τὴν ἄδειαν περὶ τῶν ὀφειλόντων, ὥστε λέγειν ἐξεῖναι καὶ ἐπιφηφίζειν... et inferiore loco [§ 78]: ὅσοι²⁾ ἄτιμοι ἦσαν ἢ ὀφείλοντες. Verba autem „περὶ τῶν ὀφειλόντων“ dubitationes afferre possunt. Habet enim offensionis aliquid sententiarum nexus: ὀφείλοντες, ὥστε λέγειν ἐξεῖναι κτλ., quae verba per ambages dicta sunt. Nam debitor fiscalis (ὁ ὀφείλων τῷ δημοσίῳ) sane contionandi (τοῦ λέγειν) facultatem non habet neque epistata in suffragium mittendi (τοῦ ἐπιφηφίζειν), sed tantummodo quatenus debitor aerarii idem capite deminutus (ἄτιμος) est, „ὅ μὴ ἔξεσιν εἰπεῖν ἐν τῷ δήμῳ.“ Quod levioris esset momenti,³⁾ nisi psephismatis haec verba essent, in quo omnia accurate scripta esse solent. Gravior autem altera est causa. Apud eundem enim Andocidem in oratione de mysteriis habita, postquam [§ 73] orator dixit: ...καὶ ἔδοξεν ὑμῖν τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους ποιῆσαι, καὶ εἶπε τὴν γνώμην Πατροκλείδης, [usque ad § 76] de diversis generibus capite deminutorum agitur iique, a quibus singula iura abiudicata erant, enumerantur. Denique [§ 76] haec verba sequuntur: καὶ μοι ἐνώρηθη τὸ ψήφισμα τὸ Πατροκλείδου, καθ' ὃ ταῦτα ἐγένετο. Πατροκλείδης εἶπεν κτλ.

Hic quaerat quispiam, qua de causa in psephismate de debitoribus agatur, sed ὅτι ἄτιμοι, quamquam supra de omnibus eorum generibus copiose orator dixerat, ne memorentur quidem. Atqui, postquam psephisma recitatum est, addit Andocides: Ἐπειδὴ μὲν τὸ ψήφισμα τοῦτο τοὺς ἀτίμους ἐπιτίμους ἐποίησας. Nihil aliud de debitoribus aerarii; idque optimo iure mea quidem sententia. Debitorum enim fiscales tantum capite deminutorum numero comprehenduntur, sed non omnes capite deminuti numero debitorum.⁴⁾ Itaque Sauppii exemplo post verba τὴν ἄδειαν haec inseri: „περὶ τῶν ἀτίμων“ itaque legi volo: ἐπειδὴ ἐφηφίσαντο Ἀθηναῖοι τὴν

¹⁾ cf. I. Droysen: »de Demophanti Patroclidis Tisameni populiscitis« Berol. 1873. Is enim acta publica apud Andocidem servata utrum a falsario quodam ficta sint necne, quaesivit.

²⁾ ita Blas; Droysen verba »ἢ ὀφείλοντες« deleri iubet.

³⁾ praesertim si conferamus Demosthenis verba XXIV 90: ... πρὸς δὲ τοῖς ἀτίμοις τοὺς ὀφείλοντας... καθίστησιν.

⁴⁾ Velut debitores aerarii disiungit a reliquis capite deminutis [Dem.]

ἄδειαν περι τῶν ἀτίμων καὶ τῶν ὀφειλόντων,¹⁾ id quod Blass quoque in editione infra textum posuit. Quae cum ita sint, iam ex his verbis id comprobatur, quod supra diximus: restitutionem omnium capite deminutorum, non solum debitorum fiscalium, nisi venia data rogare non licuisse. Deinde autem eadem dicuntur in lege ea, quam Demosthenes in Timocratea²⁾ memorat, quae recte ita incipit: μηδὲ περι τῶν ἀτίμων, ὅπως χρῆ ἐπιτίμως αὐτοὺς εἶναι, quibus verbis singillatim adduntur: μηδὲ περι τῶν ὀφειλόντων κτλ.³⁾ Idem denique ex verbis Andocidis ipsius colligitur, qui omnibus capite deminutorum generibus enumeratis [de myst. § 73—76] psephismate Patroclidis omnes capite deminutos venia rogatori concessa in integrum restitutos esse⁴⁾ docet.

Iam exemplis nonnullis ea, quae dixi, illustrabo. Si quis oratorum ter παρανόμων convictus esset, aliqua ex parte eum capite deminutum esse Demosthenes [LI 12] narrat;⁵⁾ si nihilominus in contione rogat, ei ἄδειαν datam esse necesse est. Itaque Demadi oratori, cui, quamquam ἄτιμος factus erat, tamen rogationem ferre licebat, concessa demum venia fuit rogandi impunitas.⁶⁾ Eodem modo, cum Ps.-Demosthenes [XXV 30] liberis eorum, qui morte puniti essent, ius in senatu et in contione dicendi ademptum fuisse referat, ne his quidem ἐπιτίμια nisi venia data restitui potuit.⁷⁾ Denique qui, cum a locis quibusdam per capitibus quandam deminutionem arceantur, ea tamen adierunt, per ἐνδειξιν⁸⁾ ad thesmoethetas⁹⁾ deferuntur aut ab undecimviris (κα-

¹⁾ cf. And. de myst. § 78, ubi οἱ ἄτιμοι et οἱ ὀφειλοντες coniuncti sum ~~ant~~
Lipsius: »Att. Proc.« p. 992 adn. 633.

²⁾ § 45; v. supra p. 20.

³⁾ In altera quidem eiusdem legis parte [Dem. XXIV 50] de solis ~~de~~
bitoribus fiscalibus agitur, sed id nihil habet offensionis, cum oratores ~~ec~~
tantum locos legum recitaverint, qui suis consiliis servirent (v. infra s. III 3 ~~---~~

⁴⁾ cf. Caillemer l. l. — De Solonis lege, quae fundamentum psephismati ~~---~~
a Patroclide perlati fuit, cf. Plut. Sol. XIX.

⁵⁾ v. Meieri emendationem huius loci: »de bon. damn.« p. 130 not. 495
cf. Schoemann: »Gr. Altert.« I 362; Gilbert l. l. I 285 not. 1; Busolt l. l. ~~---~~
§ 158 p. 143.

⁶⁾ cf. Plut. Phoc. XXVI; contra cf. orationes Ps.-Demosthen. XXV et ~~---~~
XXVI, quibus Aristogiton, qui, quamquam ἄτιμος erat, tamen apud populum
verba fecerat, παρανόμων accusatur.

⁷⁾ cf. Meier l. l. p. 136.

⁸⁾ cf. Poll. VIII 50.

⁹⁾ cf. Poll. VIII 86; v. de hoc loco Platner: »Proc. u. Klagen« I 432.

pitalibus) in vinculis tenentur, quoad iudicium heliasticum eos damnaverit,¹⁾ nisi iis prius ἄδεια data est,²⁾ quo facto loca ad-eundi illis facultas sive impunitas fuit. Quae ἄδεια cum fide publica exulibus, qui redituri erant, concessa similitudinem quamdam habet.³⁾ Alia autem eorum ratio fuit, qui, cum illud rogationes ferendi ius iis abrogatum esset, tamen id exercere h. e. in priorem statum restitui voluerunt. Quod, nisi ἄδεια sive impunitas rogandi data esset, quae ab illa ἀδεία sive impunitate ad-eundi differt,⁴⁾ fieri non potuit.

Quae cum ita se habeant, nunc iam indagemus, qua de causa ei, qui restitutionem τῶν ἀτιμῶν rogaturus erat, ἄδεια impetranda fuerit. Cum enim duo fuerint capite deminutorum genera, quorum utrumque in vitae tempus ἀτιμίας poena afficiebatur,⁵⁾ alterum eorum, a quibus omnia iura et honores civium abiudicata erant, alterum eorum, quibus civitatis quadam parte frui non licebat:⁶⁾ in universum dicendum est ei, qui rogaturus esset, ut sempiterna ἀτιμία multati in integrum restituerentur, ἀδεία opus fuisse, quippe qui populum impediret, ne voluntatem, quam in heliastico iudicio declarasset, exequeretur eoque modo τὸ κέρμιον violaret. Nam poena ab heliastis constituta in conditione cum populo de ea re denuo agere non licuit, nisi totus populus, qui summa potestate utitur, ipse veniam dicendi decrevisset.

At in pace quidem eos, qui e. c. ob ἀσπρασίαν vel ob δειλίαν, ut ait Andocides, „ἄτιμοι ἦσαν τὰ σώματα,“ non restitutos esse certum est.⁷⁾ Quod tum demum, cum respublica in summis periculis erat, fieri potuit, factumque est, ut restitutiones, de

¹⁾ cf. Dem. XXIV 105 (in lege).

²⁾ v. Meier: »de bon. damn.« p. 43.

³⁾ De hac re v. infra s. B 2a.

⁴⁾ De ratione huius impunitatis dandae id, quod et de impunitate in Ricandi delicti et de fide publica exponemus, conferendum est; v. infra s. B.

⁵⁾ Athenis capitis deminutione maxima multatis sicut Romae ne libertate quidem uti licuisse pro certo dici non potest, quamquam nonnullae »προσάξιας« aliquam partem libertatis ademerunt [cf. And. de myst. § 76], id est capitis deminutio maxima a foro sacrisque arcebat; cf. Schoemann: »Gr. Alt.« I 362; Busolt l. l. § 158 p. 143. — Ceterum, ut supra dixi, de debitoribus publicis hic non agitur, quippe qui ἄτιμοι essent, dum solverent debita.

⁶⁾ cf. Gilbert I 189, 1; Busolt § 158 p. 143.

⁷⁾ de his capite deminutis cf. e. c. Hauvette-Besnault l. l. p. 141 sq.

quibus agunt scriptores, demonstrant. Ac Solon, qui Plutarcho¹⁾ quidem auctore νομοθέτης αὐτοκράτωρ amnestiae gratiam dedit, τοὺς ἀτίμους in integrum restituit exulesque reduxit. Posterioribus autem temporibus nonnunquam ii restituti sunt, qui in commutationibus rei publicae oppressam factionem consecrati eamque ob rem ἄτιμοι facti erant. Velut oligarcharum factio Athenis restitutione eorum aucta est,²⁾ quorum primum locum illi Quadringenti obtinuerunt; similemque Patroclidis psephismatis causam fuisse Andocides docet.³⁾ Alias etiam propter inopiam civium ἄτιμοι sunt restituti.⁴⁾

Atque hanc quoque ἄδειαν concedere e republica fuit, si quidem restitutione id egit populus, ut factiones gratia inter sese reconciliarentur, concordia inter cives restitueretur, novi defensores patriae compararentur, itaque sicut exulum revocationes plerumque in amnestiis illa restitutio evenit.⁵⁾

Una restat quaestio, num capite deminutis et ipsis restitutionem a populo petere licuerit, quibus ius „ἐν τῷ δήμῳ λέγειν“ abrogatum esset. Et ex his quidem legis, quae extat apud Demosthenem XXIV 50, verbis: . . . ἐὰν . . . αὐτὸς ὁ ὀφλῶν ἐκτεσθῆναι πρὶν ἐκτίσαι κτλ. colligendum est debitoribus ipsis ut in senatu aut in comitiis venia data rogare, ita ἄδειαν petere licuisse;⁶⁾

¹⁾ cf. Plut. Sol. XIX; de iis, qui amnestiae expertes erant, cf. ibid.; v- de hac re Platner l. l. I 14; Curtius: »Gr. Gesch.« I 334.

²⁾ cf. Xen. H. Gr. II 2, 11 (cf. de illis temporibus Lys. XII 43—46) = Schoemann: »Antiquit. iur. p. Gr.« p. 183.

³⁾ cf. And. de myst. 73; Scheibe: »Olig. Umwälz. zu Ath.« p. 36 sq.

⁴⁾ cf. Meier: »de bon. damn.« p. 49. 50; Andoc. de myst. 109, quae restitutio praemium erat bene de republica meritis tributum (cf. § 107; cf. etiam Lyc. adv. Leocr. § 41); tamen in his rebus (i. e. in poenis remittendis) rogatori ἀδεία opus fuit. De privilegiis, quae venia non data praemii causa tributa sunt, s. III agetur.

⁵⁾ Revocatio exulum et restitutio capite deminutorum praecipua gratia est, quam populus in amnestiis dare solet. Aliter sane h. e. missis omnibus ambagibus Athenienses in civitates subiectas consuluerunt. Cum e. c. Alcibiades Selymbriam urbem recepisset (cf. Xen. H. Gr. I 3, 10; Plut. Alcib. XXX), simplici Atheniensium decreto amnestia facta est. Cuius psephismatis fragmentum extat in CJA. IV 1, 61 a, ubi statuitur, ut bona publicata reddantur, capite deminuti in integrum restituantur, exulibus in patriam liceat redire.

⁶⁾ cf. poenam ἐνδείξιας, quam eadem lex eis de decernit, qui venia non data iura abrogata exercent.

ero autem eiusdem legis loco [ibid. or. XXIV 45] in eum debitem aerarii, qui ipse venia non data debiti remissionem rogatus sit, ἐνδειξέως actionem intendi iubetur. Quare debitori ipsam petere licuisse veri non dissimile est. Quod denique e Plutarchi quidem verbis¹⁾ patet, quibus Demaden, qui, cum conuito tempore debitum publicum non solvisset, ob eam causam ἄδικος factus erat, ipsum impunitate a populo impetrata rogatione quandam ad populum tulisse docemur.²⁾ Quamquam Valerius³⁾ putat Plutarchum ipsam ἀπέμωστος restitutionem ἄδειαν dixisse οὐκ ἐπιτιμίας. „Quod si verum est“, pergit ille, „necesse est alius quis civis petiverit pro Demade ἐπιτιμίας; itaque eum civem in primum ἄδειαν, Demadi deinde ἐπιτιμίας comparavisse dicere sinit Plutarchus.“ Sed Plutarchi verba tam dilucida sunt, ut errore aut negligentia vix cogitari possit, quare verba „ἄδειαν ὄμωστος“ nihil aliud significare videntur nisi: „veniam sive immunitatem rogandi consecutus.“ Atque ne uno quidem verbo ἐπιτιμίας Demadi restitutam esse Plutarchus dicit. At ἄδειαν rogandi concessa est, idque, ut opinor, quamvis debitor aerarii ille manserit. Sed si verum esset, haec rogandi sive dicendi venia multum differret ab illa impunitate, quam is petebat, qui restitutionem pro deminutorum vel debitorum rogaturus erat.⁴⁾ Utcunque res se habet, non est, quod dubitemus, num capite deminutionis vel debitoribus ipsis facultas ἀδείας petendae fuerit. Nam, in altero commentationis libro demonstrare conabor, ἄδειαν quam debitor supplex deorum petit, venia autem impetrata debitori remissionem rogare licuit; haec enim ἀδείας natura est, illegitimi aliquid impune faciendi potestas a toto populo concessa.⁵⁾ In hac autem re duas potissimum invenio causas, ob quas ἄδειαν daretur necesse fuerit: alteram, quod rogator summam publici potestatem violat — populus enim ius rogationum ferendarum ab illo abiudicaverat, — alteram, quod ii, qui potestate publica faciendi vel rogationes ferendi abrogata capitis deminutione maxima puniti simulque a foro sacrisque prohibiti sunt, impuri

¹⁾ Plut. Phoc. XXVI.

²⁾ cf. Paulyi »Real-Encycl.« I 1, 168; Caillemer l. l.

³⁾ cf. Mnemos. n. s. XV p. 3 adn. 1; v. infra de eadem re s. II a. 2 s. f.

⁴⁾ cf. ἄδειαν loca quaedam adeundi ei concessam, qui ab iis exclusus est; v. supra p. 22.

⁵⁾ v. supra p. 6sq.

creduntur, quam ob causam rei publicae numen quoddam divinum, si publica negotia exercent, pollunt, quod scelus adesse expiandum est.

Iam absoluta de capite deminutis restituendis disputationem rem ad Ps.-Demosthenis locum [LVIII 27]¹⁾ pertinentem strictim attingere liceat. Cum enim haec verba legantur: οὐ διὰ μὲν τὴν τοῦτε πονηρίαν (sc. τοῦ Θεοκρίνου) ἀδελφὸς αὐτοῦ θεσμοθετῶν καὶ τοῦτε χρώμενος συμβούλῳ τοιοῦτος ἔδοξε παρ' ὑμῖν ἄνθρωπος εἶναι, ὥστ' οὐ μόνον αὐτὸς ἀπεχειροτονήθη τῶν ἐπιχειροτονιῶν οὐσῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρχὴν ἅπασαν (omne illud thesmothetarum collegium) ἐποίησεν· καὶ εἰ μὴ θεομένων αὐτῶν καὶ ἰκετεόντων, καὶ λεγόντων ὡς οὐκέτι πρόσει Θεοκρίνης πρὸς τὴν ἀρχὴν, ἐπέισθητε ὑμεῖς καὶ πάλιν ἀπέδοτε τοῦ στεφάνου αὐτοῖς, πάντων ἂν αἰσχίστα οἱ συνάρχοντες ἐπεπόνθεσαν,²⁾ quaeritur, utrum hoc loco de ἀδείᾳ cogitari possit, ita ut, cui populus in comitiis illos omnes, quos Ps.-Demosthenes commemorat, honore privasset, eorum restitutionem nisi venia concessa rogare non licuerit. Sicut enim ἄτιμος nisi venia rogata data in pristinum statum restituendus non erat, ita ne ἄρχῳ quidem καταχειροτονηθείς, a quo ipsi heliastae munus abiudicaverant. Ceterum id quoque verisimile est, magistratibus a re publica remoti ius „τοῦ λέγειν ἐν τῷ δήμῳ“ abrogatum h. e. eos aliqua ex parte ἀτιμία affectos esse.³⁾ Quod si verum esset, iis magistratibus venia demum data a populo restitutionem petere licuisset. Sed hic, quem supra attuli, locus alio modo explicandus videtur. Sic enim populus in ἐπιχειροτονίᾳ τῶν ἀρχόντων magistratum quendam de quo querelae motae essent, abrogasset, id scitum heliasticis iudiciis aut comprobandum aut antiquandum erat. De ἀδείᾳ igitur cogitari posset, si de magistratum restitutione et a populo et a iudiciis honore privatorum ageretur.⁴⁾ Hoc autem lo-

¹⁾ cf. [Dem.] XXVI 5. — De ἀποχειροτονίᾳ cf. Poll. VIII 95; Harpocrazus v. κυρία ἐκκλησία; Bekk. Anecd. Gr. 268, 27.

²⁾ cf. Schoemann: »de comit. Athen.« p. 231 not. 9.

³⁾ Colligendum id esse puto ex eo, quod »τοῖς ἀποδοκιμασμένοις ἄρχ. λαγοῦσι« (reprobatis ab iudiciis) verba in comitiis facere non licuit; cf. [Dem.] XXV 30; v. Schoemann: »Ant. i. p. Gr.« p. 239; Gilbert l. l. I 210 adn. 5. Eandem poenam arbitri publici (διακτηταί) muneris male administrati et demnati subierunt; cf. Gilbert I 371 adn. 3.

⁴⁾ Id quod nunquam factum puto.

agistratum restitutionem, de qua Ps.-Demosthenes dicit, in 180 heliastico iudicio factam esse opinor.¹⁾

5. Venimus postremo ad speciem quandam ἀδίστας, quam, um in eam commentationis partem, in qua de aerario illegitime iolando agetur, referendam esse putet aliquis, tamen re vera huc pertinere demonstrabo. Agitur autem de impunitate rogandi, ut rierarchus munere explendo liberetur, quae ἕδιστα non omni sed erto tantum tempore, idque posteriore demum aetate, in Atheni- nsium republica valuit. Hac potissimum re ab eis ἀδίστας generibus, quae supra exposui, differt.

Ea liturgia, quae voce trierarchiae significatur, ad id insti- uta est, ut civis aliquis naves longas a re publica traditas con- servaret²⁾ et armamenta aut compararet aut a re publica data veretur³⁾ navesque nautis et remigibus impletet.⁴⁾ Is, qui hoc nunus suscepit, trierarchus appellatur, qui aut ipse navem sequitur aut vicarium mittit.⁵⁾ Quae liturgia cum tantum ad belli usum instituta esset, trierarchi e locupletiorum civium numero⁶⁾ electi sunt a praetoribus, qui iidem lites trierarchicas nstruebant.⁷⁾ Iidem curaverunt, si quis liturgiam iniuste sibi imponi aliique se opulentiori potius imponendam esse contenderet, ut provocatus aut susciperet ipse illam liturgiam aut res familia- res permutarentur.⁸⁾ Sed quamquam fieri potuit, ut muneribus

¹⁾ Eandem sententiam Schoemann protulit (v. p. 26 adn. 2). — De vo- abulis ἀδίστασται καὶ ἑστράσιονα ad actionem iudicalem pertinentibus, quibus Ps.- dem. l. l. utitur, v. infra s. III 1.

²⁾ cf. Schoemann: »Antiquit. i. p. Gr.« p. 326.

³⁾ Armamenta navium publice comparanda erant; nam haec non semper trierarchis praebita esse luculentissime colligitur e Demosthenis or. L 7. 3sq.; v. Schoemann l. l. p. 312. 327; Gilbert I p. 310 adn. 3. p. 355sq.; Thumser »de civ. Ath. muneribus« p. 61; Hauvette-Besnault p. 69; Busolt 223 p. 196.

⁴⁾ Quarto a. Chr. n. saeculo trierarchorum erat gubernatores eosque, i ὀρυζήται vocantur, conducere iisque stipendia tribuere; cf. Hauvette- snault p. 71; Busolt § 223 p. 197 adn. 3.

⁵⁾ cf. Schoemann: »Antiqu.« p. 327.

⁶⁾ cf. Hauvette-Besnault p. 68; Busolt § 223 p. 196.

⁷⁾ cf. Dem. XXXIX 8. XXXV 48; Schoemann: »de com. Ath.« p. 314; lbert I p. 223 adn. 1; Thumser l. l. p. 58.

⁸⁾ cf. Isocr. or. XV; Dem. XXI 78; [Dem.] or. XLII; Schoemann: »antiqu.« l. l.; Platner II 106sq.; Gilbert I 342, 4; Thumser p. 100; usolt § 221 p. 194.

encycliis sive sollemnibus per privilegium immunitatis (ἀτελής civis aliquis liberaretur, tamen sicut omnium liturgiarum trierarchiae nemo immunis fuit nisi novem archontes,¹⁾ filii heredes sive „ἐπίκληροι“, pupilli, dum sub tutela erant,²⁾ paterfamilias terea coloni publice missi, ii, qui „κοινωνικά“ possidebant, diciturque qui officii exequendi facultates non habebant.³⁾ Neque cuiquam e locupletibus quidem, cui praetores⁴⁾ munus maius imponerent, officium detrectare licuit.⁵⁾ Itaque Demosthenes⁶⁾ dicitur . . . τῶν γὰρ εἰς τὸν πόλεμον καὶ τὴν σωτηρίαν τῆς πόλεως εἰσφέρειν καὶ τριηραρχῶν ὀρθῶς καὶ δικαίως οὐδεὶς ἐστὶ ἀτελής ἐκ τῶν παλαιῶν νόμων, οὐδὲ οὗτος ἔγραψε, τοὺς ἀφ' Ἀρμοδίου καὶ Ἀριστογείτου

Nihilo tamen secius, ut ait Schoemann [„de comit. Ath. p. 333], „haud raro factum est, ut trierarchi, qui muneri ex parte impares essent (itaque ex causa aequitatis, ut trierarchia liberarentur, postulare se posse putarent), oneris levationem . . . a populo peterent⁷⁾“, qua in re illi ἰκέται⁸⁾ plerumque ad aram Dianae Munichiae⁹⁾ perfugerunt.¹⁰⁾ Iam oritur quaestio, num vox „ἰκέται“ ad eos supplices referenda sit, qui a populo impunitatem petierint, et propterea de ἀδεία hoc loco cogitandum sit. At Schoemann quidem, qui [l. l.] huius oneris levationem cum remissione coniungit, concedit ei trierarcho ἀδεία opus fuisse. Quamquam causae duorum ἀδείας generum non eadem sunt eius de qua nunc agitur, rogationis impunitatem non impetrasse a populo nisi certo temporis spatio postea demonstratum fuisse.

Nunc autem, qua de causa ἀδεία danda fuerit, exploret. Hic dicat fortasse quispiam illo privilegio aerarium publi-

¹⁾ Dem. XX 18. 27. 28.

²⁾ cf. Dem. XIV 16. Orbi etiam proximo post tutelam anno imminerant; cf. Lys. XXXII 24.

³⁾ cf. Thumser l. l. p. 118; Gilbert: »Staatsalt.« I p. 353, 1; B § 223 p. 196, 13. Quos verba »οἱ ἀδύνατοι« significant, non recte intellegit Hermann: »Gr. Staatsalt.« § 162, 13.

⁴⁾ cf. etiam Hauvette-Besnault p. 68; Busolt § 223 p. 197.

⁵⁾ Posterioribus temporibus inquilini quoque id munus praestabant. cf. CJA. II 414; v. Gilbert I 172 adn. 3; Busolt § 15 p. 15 adn. 2.

⁶⁾ cf. Dem. XX 18; cf. ibid. § 26 sq.

⁷⁾ cf. Dem. XVIII 107 et Ulp. ad h. l.; v. Boeckh: »St. d. Ath.« I

⁸⁾ cf. Dem. l. l.; de notione vocis v. infra s. III 1.

⁹⁾ cf. de hac ara Lys. XIII 24.

¹⁰⁾ cf. Platner: »Proc. u. Klagen« II 98.

¹¹⁾ vel „ἰκετηρίας θέντες“ (v. Dem. l. l.).

violari. At vero liturgia trierarchiae non in reditus ordinarios rei publicae relata est;¹⁾ et tum tantummodo τοῦ κοινῶν integritas læditur, cum ordinarii reditus²⁾ illegitime deminuuntur. Itaque ei soli, qui rogationem laturus est, ut horum redituum deminutio illegitima fiat, ἀδεία opus est.³⁾ Quae cum ita sint, hanc causam falsam esse intellegitur. Ergo in eo esse causam dixerit alius quis, quod trierarchiam maximi ad servandam rempublicam momenti fuisse multis oratorum locis edocemur.⁴⁾ Atque re vera haec res tam gravis esse videbatur, ut praetoribus liceret de iis comitia convocare.⁵⁾ Trierarchiae enim liturgia ad id instituta erat, ut bello usui esset;⁶⁾ expeditiones autem navales in longum tempus extrahi possent, nisi trierarchi munere perfungerentur: talis igitur officii levationem nulli locupleti civi populus concedere potuit. Nam cum in aliis tum in illa institutione salus rei publicae posita fuit, quare trierarcho muneri administrando impari venia demum data rogationem ferre licuisse dicas, ut liturgiae immunis fieret, idque non tam quod τὸ κοινὸν iacturam faceret, quam quod res publica ipsa in periculum adduceretur. Sed id fieri non potuit, propterea quod prioribus quidem temporibus alius quis illius loco trierarchiae munere fungeretur necesse fuit, posterioribus autem, cum symmoriae institutae essent, trecenti locupletissimi cives sumptus in trierarchiae liturgiam fecerunt. Quare ne ea quidem causa sufficere videtur; sed res alio modo tractanda est.

Itaque de ratione, qua trierarchi liturgiam praestabant, pauca disseramus oportet, quo facto, num quando haec ἀδεία statuenda sit, et quae causa ἀδείας dandae fuerit, multo facilius apparebit. **T**ria igitur temporis spatia distinguenda sunt. Atque primo quidem **I**ωτannis e locupletissimis civibus quadringenti trierarchi electi **unt.**⁷⁾ Cumque nemo per duorum insequentium annorum **ursum** cogi posset hoc munus praestare,⁸⁾ c. octingenos cives

¹⁾ cf. Dem. XX 25.

²⁾ in quorum numero etiam multae sunt; v. infra s. II a 2 s. f.

³⁾ ut postea demonstrabitur; v. infra s. II a.

⁴⁾ cf. Dem. XXIV 91. — De trierarchia idem dicendum est quod de εἰσφορᾷ; cf. Isocr. VIII 12.

⁵⁾ cf. Schoemann: »de com. Ath.« p. 314.

⁶⁾ sicut εἰσφορᾷ, quacum trierarchiam coniungit e. c. Isocr. VIII 12. 20.

⁷⁾ cf. Ps.-Xen. de rep. Ath. III 4; Busolt § 223 p. 197, 4.

⁸⁾ cf. Gilbert I p. 351.

fuisse ponendum est, qui huius oneris suscipiendi facultates haberent.¹⁾ Trierarchiae autem munus locupletissimis tantum civium impositum est, quare ei magistratus, quorum erat illud munus impertire, potestate saepius abusos esse vix credibile est. Atque etiam facultates civium quinto quidem saeculo eiusmodi erant, ut satis magnum numerum civium locupletium fuisse statuendum sit.²⁾ Cum autem res familiares civium bello Peloponnesiaco valde imminutae essent, ut bini trierarchi unius navis trierarchiam praestarent, concessum est.³⁾ Denique ei, qui alium potius quam se ipsum munus suscipere posse putaret, antidosin postulare licuit.⁴⁾ Ita, quinto quidem saeculo, quadringenis trierarchis electis quin expeditiones navales in tempore fierent, nulla mora fuit.⁵⁾ Sed postea anno 357/6 ex Periandri cuiusdam lege symmoriae, quae ad tributum extraordinarium (εἰσφορὰν) exigendum institutae erant, in trierarchiae liturgiam praestandam translatae sunt.⁶⁾ Atque in his symmoriis singula milia et ducenti cives erant,⁷⁾ ex quibus trecenti locupletissimi impensas in trierarchiae munus fecerunt. Viginti autem ἐπιμεληταί⁸⁾ singularum symmoriarum sumptus in singulos symmoritas distribuendi liberam potestatem habebant. Tum, ut fieri solet, pauperrimo cuique gravissimum onus imponebatur, itaque Demosthenes

¹⁾ cf. Buechsenschuetz: »Besitz u. Erwerb« p. 591.

²⁾ Temporibus bellorum Persicorum c. duodecim milia, initio belli Peloponnesiaco c. quindecim milia, post pestilentiam illam, quae in divites et in pauperes pariter inceserat, c. undecim milia, post cladem Siciliensem c. novem milia, initio belli Corinthii c. octo milia eorum civium, qui censum militum gravis armaturae h. e. primae et alterius et tertiae classis [v. Schenkl: »Wiener Stud.« II 169] habebant, Athenis fuisse Beloch probavit in praeclaro libro: »Die Bevoelk. d. gr.-roem. Welt« Lips. 1886 p. 71; cf. etiam Schenkl: »Wiener Stud.« II 169. 173. 174, cuius numeri ab iis, quos Beloch affert, paulo discrepant.

³⁾ Quam „syntrierarchiam“ anno 405/4 factam esse scimus; cf. Gilbert I p. 351, 2.

⁴⁾ v. supra p. 27, 8.

⁵⁾ cf. Hauvette-Besnault p. 72.

⁶⁾ cf. Gilbert I 351sq; Hauvette-Besnault p. 70; Busolt § 223 p. 1

⁷⁾ quorum c. quadringeni octogeni munere liberati erant; cf. Gilbert I p. 353 adn. 1.

⁸⁾ vel »ἡγεμόνες«, utique locupletissimi; cf. Gilbert I p. 352; Hauvette-Besnault p. 70.

rebus navalibus praefectus anno 340/39 legem pertulit, ut ex censu cives trierarchiae munus praestarent.¹⁾ Idemque orator in oratione de corona [or. XVIII 107], antequam illam legem pertulisset, permultos trierarchos supplices muneris remissionem petiisse a populo queritur.²⁾ Quo loco de eis *ἰκέταις* cogitandum esse, qui *ἄδειαν* petitori fuerint, patet. Nam ex legibus *ἐπιμαλγῆ* liberum arbitrium egerunt stipes distribuendi et exigendi. Quodsi onera pauperibus plerumque illi imponerent, ditissimo autem cuique, quantum fieri posset, parcerent, inique et inhoneste illi quidem, sed nihil contra leges fecerunt. Ex quibus sequitur, ut, si quis populum adiret eiusque rogationis ferendae, ut liturgia suscipienda liberaretur, *ἄδειαν* peteret, eas leges violaverit, quae symnoriarum institutum tuerentur. Populus autem *ἄδειαν* dando ius gratiae exercet, cuius ipsi soli potestas est. Quamquam enim ex legibus ne populo quidem eos, qui onera distribuebant, in iure interpellare licuit, tamen religione motus *ἰκέτην* illegitimae rogationis ferendae *ἄδειαν* petere passus est. Deinde venia concessa illi civi rogationem ferre licebat, ut munere trierarchiae levaretur. Dat autem veniam populus ex causis misericordiae et aequitatis. Iniustum enim est et iniquum civi, qui non ex locupletissimis sit, hanc sumptuosam liturgiam³⁾ mandari. Neque vero e republica esset, si quis in expeditionibus ad patriam defendendam factis imperium quoddam haberet, cui non satis magnae pecuniae essent.

Hanc, quam modo tractavimus, *ἄδειας* speciem diversissimam esse ab iis, quas supra exposui, facile intellegitur. Nam hae omnes fere iam pridem, fortasse quo tempore *ἄδεια* publice est instituta, ortae sunt; illa autem posterioribus demum temporibus ac ne diu quidem valuit. Itaque impunitatem ad trierarchiam pertinentem legibus non constitutam fuisse pro certo habendum est; sed populus illis temporibus, quibus, ut ait orator quidam: *ἔστην αὐτῷ ποιεῖν ὃ τι ἂν βούληται*⁴⁾ ius *ἄδειας* dandae sibi arrogavit.⁵⁾ Populus enim hac in re gratiam facit vel tale *φῆρισμα*

1) cf. Hauvette-Besnault p. 70; Gilbert I p. 354sq.

2) Habita est illa oratio anno 330.

3) cf. Gilbert: »Staatsalt.« I 356.

4) [Dem.] LIX 88; v. supra p. 1.

5) v. supra p. 8.

ἐπ' ἀνδρῶν civi irrogat, quale legibus interdictum est, idque propter ea quod institutum quoddam publicum simulque iura eorum violantur, quae populus ipse legibus sanxit. Quae cum ita sine summam populi potestatem ea rogatione violatam esse negari non potest.

Eis, quae hucusque exposui, hoc mihi videor effecisse: ἀδειναι ei opus fuit, qui aut remissionem poenae ab ipso populo constitutae aut levationem vel immunitatem liturgiae a populo — vel ab iis, qui eius vice fungebantur, — imposita rogaturus esset.

IIa. Populus ei veniam dat, qui rogatione publicae aerarii integritatem violaturus vel qui aerarium publicum (τὸ κοινόν) illegitime deminutus est.

Hactenus eam rogandi veniam consideravimus, quae rogator summam populi potestatem violaturo appetenda fuit. Iam ad alterum ἀδείας genus nos vertamus, quam ob aerarii publicae integritatem violandam rogatori dari oportuit. Ad statum enim rei publicae maximi momenti esse diximus¹⁾ rei publicae opes vel aerarium publicum (τὸ κοινόν) integrum vel potius ratum esse²⁾ ita ut ratio redituum publicorum et necessitas erogationum inter se congruant.³⁾ Aerarii publicae integritas duplici modo violari potest: aut pecuniis publicis illegitime deminuendis aut augendis, id quod nullo alio modo nisi legitimis quibusdam observatis fieri potuit.⁴⁾ In Atheniensium quidem re publica, si quis pecuniis illegitime deminuendis integritatem aerarii laedi vellet, ut is impunitatem rogandi a populo peteret, lex fuit.

Sed ad quas rogationes ferendas populus ἀδείας dederit, vel ut aliis verbis dicam, quibus rebus opum publicarum non legitimae deminutiones factae sint, singillatim iam sum examinaturus.

¹⁾ V. supra p. 3.

²⁾ ut lingua vernacula utar: »dass das Vermögen des Staates rechnermäßig richtig ist.«

³⁾ Taciti Annal. XIII 50 verba exscripsi.

⁴⁾ Ex iure Romano, in quo omnia subtiliter et constanter excogitata perfectaque sunt, si eadem lex valuisset, etiam ei ἀδείας opus esset, qui aerarium illegitime augendo integritatem violaturus esset; sed in Attico iure publicae hanc ἀδείας causam frustra quaeras.

1. Atque reditu quidem hominum per ostracismum relegatum decreto aerarium publicum non cepit detrimentum, cum ex his civis remoti nullum fructum perceperit res publica, ut supra

10) demonstratum est. Diversissima autem exulum revocationum ratio videtur fuisse. Cum exilio enim sempiterno Athenis bonorum publicationem usque coniunctam fuisse notum est.¹⁾ Existimet quispiam omnibus, qui in patriam rediissent, bona vendita esse. Nam populus Atheniensium, cum rationem intellexisset, revocatis exules restitui oporteret, — restituebantur autem patriae revocationis causa — fortasse imprudenter egisset, si iis rei familiaris restitutionem denegasset.²⁾ Et reapse revocatis bona redditae a Mitylenaeis³⁾ Isocrates, ab Atheniensibus Andocides dilucide adiderunt.⁴⁾ Sed nequaquam id semper et necessario factum esse cum revocatione exulum bonorum restitutionem ipso iure coniunctam esse equidem opinor.⁵⁾ A Plutarcho⁶⁾ enim accepimus post reditum demum Alcibiadis restitutionem bonorum eius decretam esse. Quod intellegi non posset, si cum exulum revocatione semper bonorum restitutio coniuncta esset. An putandum est restitutionem rei familiaris specialiter rogari non oportuisse, nisi bona publicata iam venissent?⁷⁾ Quod si concedendum esset, tamen plerumque restitutio separatim rogaretur necesse fuit, cum semper fere bona statim venire solerent, quo facto non iam recuperari potuerunt.⁸⁾ At id verisimile non est, quare omni modo restitutionem specialiter rogandam

¹⁾ Cf. e. c. Schoemann: »Ant. i. p. Gr.« p. 234.

²⁾ Huc refer, quae opinio in antiquis rebus publicis in omnes permissa erat: imprimis agrorum possessores summis studiis et animis promissis patriam defendere, et Dinarcho auctore praetores quidem eos tantum revocari iussit, qui fundum intra Atticae fines possiderent; cf. Schoemann: »Com. Ath.« p. 313; v. etiam infra s. III 1.

³⁾ Id Mitylenaeis cum Atheniensibus commune fuisse recte Meier: »de bon. damn.« p. 229 coniecit.

⁴⁾ cf. [Isocr.] epist. VIII 3; Andoc. de myst. 53; cf. etiam Plut. Alcib. XXXIII; Meier: »Proc. u. Kl.« I 151; praecipue Meier l. l. p. 229 sq., qui magnam revocationis modum exposuit.

⁵⁾ Aliter Meier l. l. p. 228 sqq. et Lipsius: »Att. Proc.« p. 993 adn. 42, qui bona semper revocatis redditae esse putant, ea tantum conditione, si illa nondum vendita essent.

⁶⁾ cf. Plut. Alcib. XXXIII; Nepos Alcib. IV. VI.

⁷⁾ v. adnot. 5.

⁸⁾ cf. Meier: »de bon. damn.« p. 230 et adn. 253.

fuisse arbitror. Id enim iam ex eo colligendum videtur, quod Isocrates [l. l.] restitutionem bonorum exulum diserte commemorat et alio quoque loco¹⁾ revocationem exulum et restitutionem bonorum ut diversas res coniungit. Atque re vera Athenienses, ut publicandis bonis aerarium augeri cupiebant,²⁾ ita aegerrime publicata bona reddebant. Huc accedit, quod damnum multo maius esse oportebat, quam commodum fuerat. Nam aerarium sacrum fructum ex his publicationibus capiebat, quod suam bonorum partem retinuisse certum est, et portio aliqua „τῶ ἀπογράφαντι“ dari solebat.³⁾ Haec quidem hactenus.

Iam vero quaeritur, num rogationem bona publicata restituendi missis ambagibus ferre licuerit. Res, ut equidem opinor, aequae se habet ac rogatio exules revocandi vel, ut accuratius dicam, ne restitutionis quidem bonorum rogandae, nisi venia data esset, cuiquam civium potestas fuit. Causa autem haec est, quod impensis publicis in gratiam hominis alicuius rogatis aerarium publicum illegitime violatur, sive bona decreta restitutione redduntur sive pretium bonorum venditorum ex aerario persolvitur. Considerantes autem, quomodo populus Atheniensium τὸ κοινόν tueri et servare studuerit, iure existimabimus populum cum ob alias causas tum ideo exulum reditum difficillimum reddidisse, ne bonorum publicatorum iacturam aerarium publicum faceret. Sed exulum reditu decreto si non semper, at tamen plerumque etiam rei familiaris restitutionem factam esse verisimile est venia rogatori concessa. Quam veniam qua de causa populus dederit, facile intellegitur. Etenim revocatorum status restitutione bonorum sublevatur restitutique possessione ad patriam devinciuntur. Quare populus, quamvis invitatus faciat, tamen bona reddit ac remittit, quia his opibus praestat rei publicae salus, qua restitutio flagitatur.⁴⁾

¹⁾ [Isocr.] epist. VII 9: κατάγειν δὲ τοὺς φεύγοντας, ἀποδιδόναι δὲ τοῖς ἐπιπαύσαι τὰς κτήσεις, ἐξ ἧν ἐξέτισσον, τοῖς δὲ πριαμένοις τὰς τιμὰς τὰς ἐκάστοτε γεινομένης . . .

²⁾ Lepidissime hos civium mores perstringit Aristoph. Vesp. vs. 484-507; cf. Lys. XXX 22. XXV 26; Schoemann: »Ant. i. p. Gr.« p. 318.

³⁾ Copiosius rem tractavit Meier l. l. p. 201 sqq.

⁴⁾ Eadem interfectorum, quibus populus reditum concessit, condicio est nam horum quoque bonorum restitutionem, nisi venia data esset, rogare non licuit, si quidem, ut Meier: »de bon. damn.« p. 18sq. adn. 47 coniecit, illorum res familiares, cum exules facti essent, publicatae sunt (cf. etiam Schoemann =

2. Transeamus ad alteram ἀδείας speciem et, quae de remissione debitorum publicorum nobis tradita sunt, exponamus.

Populum Atheniensem, ubi de opibus publicis servandis agebatur, non multum misericordiae aut indulgentiae adhibuisse cum alia docent tum severae illae leges de debitoribus fiscalibus latae,¹⁾ quibus debitores pecuniarum sacrarum adnumerandi sunt.²⁾ Ita pecunia multati homines, nisi statim³⁾ solvissent, et debitores fiscales ἄτιμοι facti sunt⁴⁾ et capitis deminutione usque eo affecti manserunt, quoad pependissent, ex hac lege: Τὸν ὀφειλοντα τῷ δημοσίῳ μὴ πολιτεύεσθαι⁵⁾ vel his verbis significata: Τὸν ὀφειλοντα τῷ δημοσίῳ, μέχρας ἂν ἐπίσει, ἄτιμον εἶναι.⁶⁾ Certo autem tempore interiecto summa debita ipso iure duplicata est⁷⁾, nec iudicium sententia opus erat.⁸⁾ Atque etiam custodia debitorum fiscalium poena saepe aucta est.⁹⁾ Si autem debitor τῶν ἐπιτίμων iura sibi arrogaret, per ἐνδείξιν ad thesmothetas raptus est¹⁰⁾ aut statim ad undecimviros¹¹⁾ per ἀπαγωγὴν.¹²⁾ Et ipso debitore aerarii mortuo pro

¹⁾ Antiqu. iur. publ. Gr. c. p. 292; Boeckh: »St. d. Ath.« I 517). Quod si verum est, restitutio bonorum aerarium illegitime deminuit, quare rogatori impunitate opus fuit. De interfectorum reditu cf. etiam Meier l. l. p. 43.

²⁾ cf. Meier l. l. p. 137 sqq.; Platner l. l. II 111; Boeckh: »Staatsh. d. Ath.« I 506; Gilbert: »Staatsalt.« I p. 337 sq.

³⁾ cf. [Dem.] LVIII 14. — In tabulas hi debitores relati sunt a quaestoribus Minervae et reliquorum deorum et a rege sacrorum; cf. psephisma Patroclidis apud Andoc. de myst. reservatum (§ 77).

⁴⁾ cf. [Dem.] LVIII 21. 49. — Qui ἕβρωος condemnati erant, ut undecim diebus postquam damnati erant, solverent, lex fuit; cf. Boeckh l. l. I 508.

⁵⁾ cf. [Dem.] or. LVIII passim.

⁶⁾ cf. Petit: »Leges Atticae« IV 9, 12 p. 464.

⁷⁾ cf. Petit l. l. n. 14 p. 465; Libanium ad Dem. Androtianam et Timocrateam; [Dem.] or. XXV. XXVI; Dem. or. XXIV; cf. etiam Petit l. l. III 2, 12 p. 312; Schoemann: »Gr. Alt.« I 362. — In hos ἐνδείξιας actio adhibetur; cf. [Dem.] or. LVIII; Dem. XXIV 22; Busolt § 218 p. 192.

⁸⁾ cf. Meier l. l. p. 138 sqq.; And. de myst. 73; [Dem.] LVIII 1. LIX 7; argum. ad [Dem.] or. XXV.

⁹⁾ cf. Heydemann: »de senatu Athen. quaest. epigr. sel.« in: »dissertat. phil. Argent. sel.« vol. IV p. 27 [173].

¹⁰⁾ cf. Dem. XXIV 144.

¹¹⁾ cf. Poll. VIII 50; [Dem.] LVIII passim.

¹²⁾ id quod H. Meuss l. l. p. 19 in suspicionem vocat.

¹³⁾ cf. Petit l. l. p. 465. — De ἐνδείξιας et ἀπαγωγῆς actionibus cf. H. Meuss l. l. p. 17 sq.

patre solvere filiorum est, ad quos, nisi solverint, capitis deminutio transit.¹⁾

Quaerentes autem, quomodo debitor satisfecerit rei publicae et rursus ἐπίτιμος factus sit, quattuor reperiemus species.

a. Ac primum quidem, si debitor aes alienum persolvit nomen eius ex tabulis publicis statim expungitur,²⁾ et ipse rursus ἐπίτιμος fit.

b. Praeterlapso autem eo tempore, post quod ipso iure publicatio instituenda est, uni aut pluribus³⁾ mandatur, „ἀπογράψει τὰ χρήματα,“ ut videlicet indicem bonorum faciant.⁴⁾ Deinde et πωληταί bona vendunt.⁵⁾ Qua in venditione aerarium publicum quasi ius primae actionis ex hypotheca habet. Postquam igitur rei publicae cautum est de pecunia, tum demum etiam privatae bona repetendi facultatem habent; si vero res publica bonorum publicatione constituta totam rem familiarem vindicavit, privatae controversiam de bonis publicatis fisco movere licet.⁶⁾ Venditatis igitur bonis res publica sibi satisfacit. Quodsi bona debitoris publicata et vendita plus efficiunt quam debitum duplicatum, id quod excedit, debitori, aut ipsi aut eo mortuo heredibus, a senatu redditur.⁷⁾ Sin venditis debitoris bonis non, quantum ad solvendum duplicatum debitum satis est, in aerarium rediit, debitori rei publicae ille manet idemque ἄτιμος.⁸⁾ Denique si debitor nihil habet bonorum, quae publicari possint, in carcerem conici

¹⁾ Cf. Dem. XLIII 58; [Dem.] LIX 7; Petit l. l. IV 9, 15; Meier: »de bon. damn.« p. 141; Busolt l. l. § 158 p. 143.

²⁾ In lingua Graeca dicitur: ἐξαλείφειν; cf. Andoc. de myst. 79; [Dem.] LVIII 51, 52; argum. ad [Dem.] or. XXV; vel ἀπαλείφειν; cf. [Dem.] LVIII 50; Boeckh: »Seeurk.« XVI b 180 p. 535.

³⁾ Ζητηταί commemorantur apud Lys. XXI 16; Dem. XXIV 11; cf. Harpocr. s. v. ζητητής; Phot. s. v. ζητηταί.

⁴⁾ cf. Meier l. l. p. 201.

⁵⁾ cf. [Dem.] LIX 7; Meier p. 210; Gilbert I p. 227, 2; Busolt § 214 p. 192. — De portione, quae in aeraria deorum redibat, cf. Dem. XXIV 120 Xen. H. Gr. I 7, 20; Meier p. 215.

⁶⁾ cf. Meier l. l. p. 220; Platner l. l. II 20.

⁷⁾ cf. Dem. XL 20.

⁸⁾ cf. Dem. XL 22. XLIII 58; Meier: »de bon. damn.« p. 142; Weholtz: »de litis instrumentis in Demosthenis quae fertur oratione Macartatum« (Kil. 1878) § 22; Heffter: »Die athen. Gerichtsverf.« p. 392

⁹⁾ cf. Meier l. l. p. 141.

1) Conceditur tamen debitori, ut aut pro eo alius solvat aut, si tantum debiti supersit, ad id solvendum pecuniam conquirat, si non soluto tollitur capitis deminutio.²⁾

c. Nonnunquam deinde populus fictione, qua debitum solutum videbatur, usus est, ea scilicet, ut opus parvum debitori locaretur in forma debita. Quam rem Boeckh praeclare ita illustravit, ut tres eiusmodi locationes commemoraret.³⁾ Fictio autem haec, ut res publica pro opere locato summam pendat, quae deinde summa expleat.⁴⁾ Huc id quoque pertineat, si quis rei publicae non totum debitum persolvat, res publica tamen totum accepisse agens nomen debitoris ex tabellis expungat: quod num unquam contigerit, incertum videtur.

d. Quarta denique species est debitorum remissio.⁵⁾ Velut in Macedonia mos erat, ut rege mortuo a successore debita publica remitterentur,⁶⁾ quamquam novum regem de suo pecunias aerario solvisse verisimile est. Atque Athenis Solonem debitis civitatis ἀσισαχθεία⁷⁾ remissis etiam debitores aerarii, qui solvendo non essent, novarum tabularum beneficio in liberum statum constituisse nemo est qui nesciat.⁸⁾ Quod Solon nomine νομοθέτου ἀποκράτορος⁹⁾ fecit; sed alias debitorum remissio fieri non potuit,

¹⁾ Cf. Nep. Miltiad. VII; Platner l. l. I 44; Meier l. l. p. 152; Wachsmuth l. l.

²⁾ Qua in descriptione Meieri praeclaram rei tractationem secutus sum; l. l. p. 141.

³⁾ cf. »St. d. Ath.« I 514 sq.; Hauvette-Besnault l. l. p. 112, 4; Lipsius l. l. p. 993 not. 641.

⁴⁾ cf. Gilbert l. l. I p. 338, 4.

⁵⁾ In universum cf. de debitorum remissione Buechschuetz: »Bes. u. Verh.« p. 35 sq.

⁶⁾ cf. Herod. VI 59.

⁷⁾ De notione ἀσισαχθείας cf. Schoemann: »Gr. Alt.« I 330; Gilbert I sq.; Busolt § 123 p. 114 sq.; aliter eam explicant Hermann: »Gr. Staats- u. Rechtsgesch.« § 106, 6; Buechschuetz l. l. p. 36. — Σισαχθείαν Solon nondum ἀσισαχθείας, sed ἀρχων Plutarcho quidem auctore [Sol. XVI] iam pertulit.

⁸⁾ cf. Schoemann: »de com. Ath.« p. 362; »Gr. Alt.« I p. 331; Curtius: »Gesch.« I 318.

⁹⁾ Solon illo tempore »τῆς πολιτείας διορθωτῆς καὶ νομοθέτης« Plutarcho auctore [Sol. XVI] fuit. Eadem potestate Clisthenes usus est, qui inquilinos libertinos civitate donavit; cf. Aristot. Pol. III p. 1275 b; Oncken: »Gesch.« II 457; Gilbert I 179, 4; Caillemer: »la naturalisation à Ath.« p. 11; Busolt § 156 p. 141, 8; cf. etiam Schenkl: »Wiener Stud.« II 166.

nisi rogatori venia data erat. Valuit enim de ea re lex in Demosthenis Timocrateam inserta,¹⁾ qua, ut Schoemanni verbis utar, interdicitur, „ne cum populo agatur de iis, qui capite diminuti sint, in integrum restituendis neve de iis, qui aut publico aut sacris deorum aerariis debeant, debito aut toto aut ex parte levandis, nisi ita, si sex milia haud minus civium in contione impunitatem actori concesserint suffragiis occultis; atque tunc ita agi liceat, prout senatus populusque statuerit.“²⁾ „Quodsi quis absque hac venia in senatu aut in comitiis remissionem (multae aut a senatu aut a populo aut a iudiciis impositae) supplicasset, sive debitor ipse: nomen eius deferri (per ἐνδεξιῶν)³⁾ leges iusserunt, quemadmodum eorum, qui, cum populo deberent, iudices facti essent; sive alius quis pro debitore: omnia eius bona publicari; proedrum autem, qui eorum causa populum in suffragium misisset, capite minui atque ἄτιμον fieri.“⁴⁾ Ac rem ita se habere legemque genuinam esse ipsius Demosthenis verba demonstrant⁵⁾, quibus dilucide dicitur ei ἀδεῖα opus fuisse, qui rogationem laturus esset, ut ἄτιμοι in integrum restituerentur, utque debitori fiscali aut totum debitum aut pensiones concessae remitterentur. Postquam autem totus populus⁶⁾ aut — qui totius populi vice fungebantur — sex milia civium veniam dederunt, tum demum cum populo senatus probuleumate perlecto in contione rogatori agere licuit de debiti publici remissione debitorisque in

¹⁾ Cf. Dem. XXIV 45 et alteram eiusdem legis partem § 50; Schoemann: »Gr. Alt.« I 399; Gilbert I 338, 3; Lipsius l. l. p. 991; Busolt § 194 p. 175, 3. § 218 p. 192, 13; Caillemet l. l. — Valetton: Mnemos. n. s. XV p. 2 legis formulam hanc fuisse censet: »ne quis rogaverit, ut ei, qui populo vel sacro pecuniam debeat, concedatur, aut ut nihil solvat aut ut pro debita representatione pecuniam creditam solvat diebus rogatione constitutis«.

²⁾ cf. Schoemann: »de com. Ath.« p. 275 sq.; cf. etiam de hac lege Boeckh: »St. d. Ath.« I 455 adn. c; Lipsius: »Att. Proc.« p. 992.

³⁾ cf. Poll. VIII 50; Dem. XXI 182; [Dem.] LVIII 14; Bekk. An. Gr. 250, 10, ad quem locum conferatur Boeckh: »St. d. Ath.« I 512 sqq.; Gilbert l. l. I 244 adn. 3 et 4.

⁴⁾ cf. Schoemann: »de comit. Athen.« p. 288 sq.; Meier: »de bon. damn.« p. 145.

⁵⁾ cf. Dem. XXIV 46. 52. De his poenis v. Valetton: Mnemos. n. s. XV p. 5.

⁶⁾ cf. Dem. XXIV 48.

priorem statum¹⁾ restitutione. Exemplo utor Timocrate, qui cum ex aliis tum ex hac causa *παράνομων* accusatus est, quod venia non impetrata remissionem rogavit.²⁾ Quamquam Valetō³⁾ ex eo, quod Demosthenes „non verbo arguerit bona Timocratis fuisse publicanda“, demonstrare studet legem Timocrateam non privilegium fuisse; quod si fuisset, *γραφὴ παράνομων* non suffecisset. Atque concedo equidem illam legem non privilegium fuisse et oratorem „nimium probandum suscepisse“. Verum ex eo non sequitur, ut, si Timocrates privilegium vetitum rogasset ἀδεία non impetrata, *γραφὴ παράνομων* non fuerit suffectura. E contrario mihi quidem sequi videtur, ut haec actio etiamtum intendi potuerit, cum aliae ex legibus constitutae sint.⁴⁾ De publicandis sane bonis rei in Timocratea non agit orator, quod argumenta parum firma fuissent.

Utique autem, quamquam debitorum remissionis beneficium non saepe tributum est, tamen non desunt exempla, quibus comprobetur id et pluribus (in amnestiis) et singulis irrogatum esse. Et copiosissime de re agitur in Patroclidis psephismate⁵⁾, quod ita incipit: Ἐπειδὴ ἐψηφίσαντο Ἀθηναῖοι τὴν ἄδειαν κτλ. Atque etiam filii Lycurgi oratoris debitas multas a populo remissas esse memoriae proditum est.⁶⁾ Quam rem tractans Boeckh [„*Staatsh. d. Ath.*“ I 516 adn. a] duobus ex Plutarcho⁷⁾ et ex Ps.-Demosthene⁸⁾

¹⁾ Cf. Petit II. I. IV 9, 22; Platner: „*Proc. u. Kl.*“ I 443—446. II 134—138 [quo loco de iis capite deminutis agitur, qui debitorum fiscalium nomine δάμοι facti sunt].

²⁾ cf. Dem. Timocr. (or. XXIV) passim.

³⁾ cf. Mnemos. n. s. XV p. 5 sq.

⁴⁾ Nam cum orator, qui Timocratem privilegium vetitum rogasse contendit, illum *παράνομων* accuset, quamquam alias quoque actiones [e. c. ἐνδείξιν (cf. Dem. XXIV 50; v. supra p. 24 adn. 6)] intendere licuit, sequitur, ut in his rebus semper *γραφῆς παράνομων* adhibendae accusatori facultas fuerit; v. supra p. 8; p. 17 adn. 1.

⁵⁾ cf. Andoc. de myst. § 77—80.

⁶⁾ cf. [Aesch.] epist. XII 14; Platner l. I. I 445 sq.; Meier: „de vita Lycurgi“ p. LVII sqq.; praefat. Taylori ad Lycurgum ap. Reisk. orat. Gr. vol. IV 118. Aliam restitutionem Hyperides rogavit; cf. Suid. s. v. ἀπεψήφισατο [cf. Hyperidis (ed. Blass) fragm. 33]. De hac re et simili Ephesiorum populiscito cf. Schenkl: „*Wiener Stud.*“ II 181 adn. 38.

⁷⁾ Plut. Demetr. XXIV.

⁸⁾ Ps.-Dem. epist. III 24 p. 1480, 10; cf. Lipsius l. I. p. 998 et adn. 639.

commemoratis exemplis haec recte addit: „Es ist vorauszusetzen, wenn auf Fürbitte von Königen wie in den Fällen bei Ps.-Demosthenes und Plutarch Demetr. eine Schuld erlassen wurde, sei auf Grund dieser Fürbitte die ἀδεία zuerst nachgesucht worden.“ Verum in civitatibus subiectis populum Atheniensium, ut rem publicam componeret, cum alia tum debitorum remissionem simpliciter psephismate decrevisse per se ipsum intellegitur.¹⁾

Iam vero indagemus, utrum remissione debitorum publicorum concessa respublica, cum debitum in tabulis deletum sit, pecuniarum iacturam fecerit, an aliunde id, quod periit, suppleverit.²⁾ Non difficile intellegi potest lacunam aerarii extraordinario videlicet tributo explendam fuisse, nisi habuisset res publica, unde impensas publicas praestaret. Quod non obscure ex Demosthenis or. XXIV 161 patet, ubi haec legimus: . . . δημοτορίαν δ' ἐπὶ τούτοις ποιούμενος, ὡς ἔστι τριῶν αἴρεσις ὑμῖν, ἢ τὰ πομπεία κατακόπτειν ἢ πάλιν εἰσφέρειν ἢ τοὺς ἀφείλοντας εἰσπράττειν... Itaque si debitae pecuniae, sive remittebantur sive non impendebantur, non redirent, extraordinario tributo pecuniae conferri solebant, ut equidem opinor. Sed idne semper et unde factum sit, incertum est; etiam incertius, utrum pecuniae debitae, quas remittendas populus decreverit, in tabulis ab iis, quos πράκτορας Graeci vocant, magistratibus deletae sint, ita quidem, ut lacuna fuerit in tabulis, an earum pecuniarum loco summa, quae redierit εἰσφορᾷ, relata sit. Ex Patroclidis sane psephismatis verbis: ἐξαλειψαὶ τοὺς πράκτορας³⁾ ab illis magistratibus nihil aliud nisi expunctas esse summas debitas videtur colligendum; tamen id abhorreret a gravissima illa lege et formula iuris publici Attici, qua et aerarium et tabulae publicae rata esse iubentur. At ob hanc ipsam causam, quod rogator aerarium publicum illegitime deminuturus erat, ei ἀδεία opus fuit. Verum tamen rem disceptare non audeo.

Sed ad legem de remissione debitorum supra (p. 38) allatam revertamur. Quam non integram esse iam Schoemann perspexit,

¹⁾ Cf. CJA. IV 1, 61 a; v. supra p. 24 adn. 5.

²⁾ Certi enim reditus ad nonnullas impensas ordinarias faciendas a populo erant destinatae: velut multae ad mercedem heliastarum (c. sexaginta talenta per annum; cf. Busolt § 225 p. 198, 7); cf. Gilbert I p. 321, 2; Busolt § 213 p. 188, 3.

³⁾ cf. And. de myst. § 79.

qui, postquam de hac lege disseruit [„de com. Ath.“ p. 275 not. 55], ita pergit: „Quid illud sit: *περι τάξεως*, Ulpianus docet ad h. l., quamquam is locus non satis sanus videtur. Nam, ut nunc legitur, ἄφεσιν explicat, quae nulla explicatione eget, et ita quidem, ut perspicuum sit eam explicationem ad *τάξιν* pertinere. Sed excidisse nonnulla videntur.“ Tamen Schoemanni explicatio non sufficit. Quaeritur enim, quid ad haec verba: ἢ *τάξεως* sup-
plendum sit: „*περί*“ an „*περι ἀφέσεως*“; utrum legendum sit: *μηδὲ* [sc. *δεῖ λέγειν ἢ ἐπιψηφίζειν*¹⁾]. *περι ἀφέσεως τοῦ ὀφλήματος ἢ <περι> τάξεως*, an: ἢ *<περι ἀφέσεως> τάξεως*. Nam si legendum esset: „ἢ *<περι> τάξεως*“, diceret lex in comitiis de pensionibus debitorum agere non licere nisi venia data; sin: „ἢ *<περι ἀφέσεως> τάξεως*“,²⁾ diceret de remittendis pensionibus agere non licere nisi impunitate impetrata, sed non diceret, num omnino ei *ἀδεία* opus sit, qui a populo petiturus est, ut pensiones sibi concedantur. Fortasse igitur interciderint nonnulla, quae hanc rem illustraverint; quamquam, quae vera sententia loci sit, vix dubitari potest. Idem enim, quod de remissione totius debiti dicitur, ad remittendas pensiones debitoribus aerarii concessas pertinet, itaque ne id quidem nisi venia data a populo decretum est.³⁾ Quae

¹⁾ Cf. And. de myst. § 77; CJA. I 32B vs. 16. I 31, 20. II 17, 51. II 203, 26. II 610, 13; Thuc. II 24. VIII 15.

²⁾ cf. Platner: »Proc. u. Kl.« II 134.

³⁾ Aliter Boeckh l. l. I 516 et Gilbert l. l. I p. 338, 3 iudicant, qui e lege supra commemorata ne pensiones quidem rogare licuisse nisi venia data colligunt; cf. Busolt § 194 p. 175. § 218 p. 192, 13; Lipsius l. l. p. 991; Valeton: Mnemos. n. s. XV p. 3. Sed in lege de remittendis tantum pecuniis actum videtur fuisse; num autem ei, qui rogaturus esset, ut pensiones sibi concederentur, *ἀδεία* opus fuerit, non certo constat. In argumento ad [Dem.] or. XXV dicitur: *τάξιν αἰτησάμενος τοῦ ὀφλήματος*, nihil de venia data aut non data. Contra e Thucydidis verbis III 70, 5: . . . *ὀφλόντων δὲ αὐτῶν καὶ πρὸς τὰ ἱερά ἰκετῶν καθεζομένων διὰ πλῆθος τῆς ζημίας, ὅπως ταξάμενοι ἀποδώσιν* . . . sequi videtur, ut his quoque venia rogandi opus fuerit. Nam etiamsi de Corcyraeis hoc loco agitur, tamen idem in Atheniensium res transferre licet. Et Thucydidis sane verbis, quae exscripsi, non dilucide dicitur rogatori *ἔξισιν* impetrandam fuisse, sed hoc tantum, illos supplices pensiones a populo petiisse. At haec supplicatio leges violat, quae debitores fiscales statim pendere iubent. Ceterum tributi remissio cum pensionibus concedendis coniungitur: CJA. I 40. — Utique decretæ sunt nonnunquam pensiones, atque etiam longa spatia debitoribus data sunt: velut debiti solutio e. c. in decem annorum pensiones distributa est; cf. argum. ad

pensiones voce τάξεων¹⁾ significantur, et ii, qui spatia sibi statuunt, appellantur: οἱ ταξάμενοι.²⁾

Itaque ut paucis complectar, quae singillatim exposita sunt: ἄδεια fuit impetranda, si quis rogaturus esset, ut totum debitum debitori aerarii remitteretur aut pensiones a populo concessae, sive debitor ipse rogationem laturus erat sive alius quis pro illo. Namque etiam debitori fiscali ipsi veniam rogandi et hac impetrata remissionem debiti a populo petere licuisse supra (p. 24 sq.) dixi. Cum autem idem ἄτιμος atque negotiorum publicorum expers sit, ob hanc quoque causam ei impunitate rogandi opus fuit.³⁾ Verum si populus venia data debiti remissionem decrevit, cum hac etiam restitutio in priorem statum coniuncta est, id quod in Patroclidis psephismate diserte dicitur [And. de myst. § 78]. Contra debitoribus aerarii, quibus venia data verba facere in comitiis licuit, debitum non remissum esse puto.⁴⁾

[Dem.] orat. XXV. Ceterum debitores ἄτιμοι manent, donec totum debitum pensum est; cf. ibid.

¹⁾ cf. Hesych. s. v. τάξις: ἡ ἐπὶ ὀφειλομένοις χρήμασι καταβολή; Fraenkel = »Die att. Geschworenenger.« p. 17 not. 1.

²⁾ cf. Thuc. I 117, 3. III 70, 5. — Vox τάξεως (sc. τοῦ φόρου) etiam tributorum pensiones significat, et οἱ ταξάμενοι ii socii appellantur, qui ipsi censum deferunt; cf. CJA. I 243 (VI) v. 5: πόλεις αὐταὶ φόρον ταξάμεναι; ibid. I 244 (II) v. 71. I 256, 37. Id nonnullarum urbium privilegium erat; cf. Philol. XLI 659. 668 sq.; Boeckh: »St. d. Ath.« (I 516 b). II 613 sqq.; Heydemann: »de senatu Athen.« p. 32 [178]; Gilbert I p. 396, 2; Busolt § 242 p. 215. Velut Methonaei ab Atheniensibus petunt, ut aut tributum sibi remittant aut pensiones [τάξις] concedant; cf. CJA. I 40, 12. Sed haec significatio vocis huc non pertinet, quamquam hoc loco de ea re aliquid actum esse puto (v. infra s. III 3).

³⁾ Nam si quis ἄτιμος iura τῶν ἐπιτίμων exercere e. c. apud populum contionari vellet, veniam ei impetrandam fuisse demonstratum est; cf. Westermann in Paulyi: »Real-Encycl.« I 1 p. 168.

⁴⁾ Quae cum ita sint, Demadi oratori (v. supra p. 25) pluribus de causis ἄδεια rogandi opus fuit. Plutarchus enim Phoc. XXVI haec dicit: . . . Δημάδης δὲ μηθὲν μέρος ὧν ἄφειλε χρημάτων ἐπὶ ταῖς καταδικαῖς ἐκτίσαι τῇ πόλει δυνάμενος (ἡλώκει γὰρ ἐπὶ τὰ γραφὰς παρανόμων καὶ γεγονός ἄτιμος ἐξείργετο λέγειν), ἄδειαν ἐρόμενος (»veniam consecutus«) τότε γράφει ψήφισμα πέμπειν πρὸς Ἄντιπατρον ὅπως εἰρήνης πρέσβεις ἀποκράτορας. [cf. ad h. l. Platner: »Proc. Kl.« I 444 sq.] Ἄτιμιας igitur causa non solum ea fuit, quod pendere madens non potuit, sed idem ἄτιμια affectus est, quod iterum ac saepius par νόμων est convictus. Quamquam haec res non satis certa est. Nequaquam

Quoniam demonstravimus remissiones debitorum nonnunquam Athenis factas esse, idque venia rogatoribus prius data, nunc ritur quaestio, quam ob rem ἀδεία iis rogatoribus impetranda et qua ratione data sit a populo.

Ac si quis pro altero remissionis rogationem ferebat, leges violabat, quae eam rogari vetabant. Quod interdictum est, quia τοῦ κοινῶς integritati imminebat rogatio. Nam multae Athenis in ordinariorum reddituum numero referuntur, aerarium autem publicum ratum sit oportet.¹⁾ Sin ipse debitor fiscalis remissionem rogabat, altera quoque causa extat, cur ἀδεία ei opus fuerit. Capite deminutos enim apud senatum populumque verba facere leges vetant; itaque si quis ἄτιμος hoc ius sibi arrogat, — is qui civium munera improbe neglexit ideoque impurus factus est — contionem populi polluit et summam populi potestatem violat, qua prohibetur, ne civitatem exerceat. Atque illius nomen per ἐνδεξίν deferri leges iusserunt, si venia non concessa rogavisset. Quodsi remissio debitorum eiusmodi privilegium est, quo τὸ κοινόν illegitime deminuat, ²⁾ de ea rogatione demum agere licuit, postquam totus populus occultis suffragiis

tem est, quod non probemus id, quod Plutarchus tradit. Meier sane [»de n. damn.« (p. 141) not. 459] Plutarchum errasse dicit his verbis: »Narrationem Plutarchi . . . falsam esse duplici potest argumento effici; nam cum pra [not. 435 (non 441)] probaverimus eum, qui ter παρανόμων convictus est, ea infamia notatum fuisse, qua a dicendo in senatu populoque arceretur, Demades non potuit septies παρανόμων convinci, et cum, quamdiu quis multam ei impositam nondum pendisset, ἄτιμος esset, ne ad secundam quidem tulit Demades rogationem admitti, antequam multam ob priorem rogationem ei impositam deposuerat. Sed altera nullius momenti causa est, propterea quod Demadi venia data rogationem ferre licuit; cf. verba: ἀδείαν εἰρόμενος. ia est causa vocis ἐπρά. Lex erat, ut, si quis oratorum ter παρανόμων convictus esset, aliqua ex parte ἄτιμος esset. Quamquam hoc verbum »τρίκις« obus tantum locis (et altero loco emendatione restitutum) invenitur, tamen stius videtur quam ἐπρά. Analogiae loco id commemoro, si quis ter falsum stimonium dixisset, ipso iure capite deminutum eum factum esse; cf. Platner l. I 419 sq. Ad nostrum locum Platner [l. l. I 445] adnotat: cum is, qui r παρανόμων convictus esset, a dicendo in senatu populoque arceretur, in smaden hanc legem non adhibitam esse posse; quae sententia non improbilis videtur.

¹⁾ v. supra p. 32.

²⁾ Nam multas in redditus ordinarios rei publicae relatas esse supra xi; simul restitutio in integrum τὸ κόριν violat; v. supra p. 23.

veniam dedit; nam, ut ait [Dem.] LVIII 20: οὐδὲν δαί τὴν πόλιν ἀπεστερηθῆναι τῶν ἐκ τῶν νόμων ἐπικειμένων ζημιῶν. Dat autem populus veniam eiusmodi rogationis ferendae, ut aerarii dimittendi sint, confisus debitores solvendo non esse; neque enim aliter ille debitum remisisset. Deinde debitorem aerarii, de cuius resitutione agebatur, eo privilegio dignum esse oportebat.¹⁾ Sed hae causae, quae ad ipsam remissionem gravioris momenti erant quam ad veniam dandam, non sufficiebant. Namque notum est viros de republica optime meritos, cum pecuniam debitam pendere non potuissent, in vinculis publicis mortuos esse eorumque ἀτιμίαν ad filios transisse.²⁾ At vero remissio debitorum extra ordinem facta est temporibus periculosissimis, quibus populus omnibus civibus eorumque consiliis et operis utebatur, aut tumultu intestino oppresso, cum factio, quae superior discesserat, satius esse putabat capitis deminutione sublata discordias civiles et novis tabulis multorum civium inopiam sublevare.

Iib. Populus ei veniam dat, qui rogatione aerarium sacrum violaturus vel illegitime deminuturus est.

Aerarium publicum aut illegitime deminuendis aut augendis pecuniis violari posse supra (p. 32) exposui; nam integritas aerarii opibus publicis non solum iacturam facientibus sed etiam extra ordinem amplificandis laeditur. Itaque ad duo genera ἀδείας tractanda nunc iam accessurus sum, ubi pecuniis illegitime auctis, ne integrum sit aerarium, prohibetur, eamque ἀδείας dandae causam esse putet quispiam;³⁾ at rem aliter se habere videbimus. Ac primum quidem de pecuniis sacris ad usum publicum adhibendis, deinde autem de extraordinariis tributis (ἐισφοραῖς) rogandis dicam.

Antequam vero in ipsam rem inquiramus, paucis Atheniensium aerarium publicum attingam necesse est.

Persis devictis cum insulae Ioniae Atheniensibus ducibus primum sociale foedus inissent, civitates foederatae aerarium

¹⁾ Cf. [Dem.] XXV 18. LVIII 24.

²⁾ cf. Herod. VI 136; Nep. Miltiad. VII; [Aesch.] epist. III 2; Meier: »de bon. damn.« p. 178; cf. etiam Hauvette-Besnault: »Les Stratèges Athéniens« p. 107 sq.

³⁾ Qua de causa nonnullas res hoc loco exponere malui, quamquam ad priorem commentationis partem pertinent.

commune colligendum esse intellexerunt, unde bellum contra Persas persequerentur. Ex annuis igitur sociorum tributis aerarium sociale coactum est Delique depositum, cuius quaestores Hellenotamiae erant. Sed notum est ex sociis (συνμάχοις) paulo post subiectos (ὄπηκός) factos esse, itaque cum dignitate et auctoritate Athenarum congruebat, quod c. annum 454 aerarium sociale Delo Athenas translatum et re vera in aerarium publicum Atheniensium mutatum est,²⁾ ex quo non modo in rem communem h. e. militarem pecuniae impensae, sed etiam ad Atheniensium aedificia, dies festos aliasque horum res collatae sunt.³⁾ Et consimili modo populus Atheniensium eis pecuniis libero arbitrio usus est, quae ex tributis redundantes apud quaestores Minervae depositae erant,⁴⁾ quorum sub custodia totum aerarium in arce, in postica Parthenonis⁴⁾ cella, reservatum est. Qua re aerarium non deae factum est,⁵⁾ sed publicum mansit in sacra deae tutela depositum⁶⁾ a civitate in templo Minervae, ut is, qui has pecunias averteret, sacrilegium⁷⁾ committeret. Partem tantummodo tributorum (minam de talento⁸⁾) populus Atheniensium deae quotannis

¹⁾ Cf. Gilbert I p. 318 sqq. p. 391, 3; Busolt § 212 p. 187, 11. § 240 p. 212 sqq. § 242 p. 216.

²⁾ Num omnino aerarium publicum Atheniensium ante id tempus fuerit, dubitari potest; posteriore aetate pecuniae ex redditibus superfluae distribui solebant; cf. Busolt § 213 p. 188.

³⁾ cf. Bekk. An. Gr. 306, 7; Gilbert I p. 234, 3; Hauvette-Besnault l. l. p. 132, 4; Busolt § 213 p. 189, 2. § 242 p. 216. — Num pecuniae ex redditibus annuis redundantes, si quae fuerint (cf. adnot. 2), his aerarii socialis pecuniis additae sint, incertum est; cf. Gilbert I 318; Busolt § 213 p. 188.

⁴⁾ cf. Gilbert I 318; Busolt § 213 p. 189; depositae erant hae pecuniae dextra; cf. CJA. I 32B vs. 23. In eandem Parthenonis cellam (sinistra) anno 435/4 etiam reliquorum deorum pecuniae delatae sunt [cf. Busolt § 213 p. 189], quas οἱ ταμίαι τῶν ἄλλων θεῶν administrabant [Tabulae quaestorum reliquorum deorum, quae extant, leguntur CJA. I 194—225]. Anno 403/2 ex duobus quaestorum collegiis unum est factum: οἱ ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας καὶ τῶν ἄλλων θεῶν; cf. CJA. II 642sqq.; Busolt § 178 p. 159. Inter annos 390/89 et 385/4 duo collegia denuo seiuncta sunt [cf. CJA. II 660. 667. 671. 672], sed c. annum 321/22 rursus coniuncta esse videntur; cf. Koehler ad CJA. II 719; Gilbert I 235; Busolt § 178 p. 160.

⁵⁾ cf. Kirchhoff: Abhdl. d. Berl. Ak. d. Wissensch. 1876 p. 21 sqq.; Busolt § 213 p. 189, 2.

⁶⁾ cf. Büchsenschütz: »Bes. u. Erw.« p. 508.

⁷⁾ De ἱεροσολίᾳ cf. Schoemann: »Gr. Alt.« II 142.

⁸⁾ cf. CJA. I 226.

tamquam ἀπαρχήν consecravit,¹⁾ quo dono nulla foederata civitas liberabatur, ne tum quidem si Athenienses per privilegium tributum ei remiserant.²⁾ Quae ἀπαρχαί ab Hellenotamiis³⁾ quaestoribus aerarii Minervae (ταμίαις τῆς θεοῦ)⁴⁾ pensae sunt logistis custodibus.⁵⁾ De eroganda autem quemcunque in usum ex aerario publico et sociali⁶⁾ pecunia ab ipso tantum populo Atheniensium decerni potuit,⁷⁾ et psephismate de adhibendis pecuniis perlato quaestores Minervae⁸⁾ eam, quam populus decreverat, summam Hellenotamiis⁹⁾ vel iis magistratibus pendere iussi sunt, quos psephisma constituerat.¹⁰⁾ Verum non totius aerarii in templo reservati populo psephismate simplici facultas erat erogandi; discernenda enim sunt θεῖα et ἱερὰ χρήματα.¹¹⁾ Et θεῖα quidem χρήματα¹²⁾ ea sunt, quae ad publicos profanosque usus populo adhibere licet, ἱερὰ autem ea, quae deorum sacra sunt et in divinas tantum res impendi possunt.¹³⁾

Sed nonnunquam aliqua δότων χρημάτων vel ipsius publici aerarii pars (aut ex Holwerdae sententia, qui sacras tantum

¹⁾ Cf. Boeckh: »St. d. Ath.« I 578; Kirchhoff l. l. p. 28 sqq.; Gilbert I p. 319; Busolt § 213 p. 189. § 240 p. 213. § 242 p. 216, 11; Beloch: N. Rh. Mus. XXXIX 55.

²⁾ cf. CJA. I 40.

³⁾ cf. CJA. I 32.

⁴⁾ Οἱ ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας vel ταμίαι τῶν τῆς θεοῦ vel ταμίαι τῆς θεοῦ hi appellantur.

⁵⁾ cf. tabulas tributorum CJA. I 226—272. — De hoc logistarum munere cf. CJA. I 32; cf. etiam CJA. I 226. 228. 273.

⁶⁾ Quod aerarium Gilbert: »Staatschatz«, Busolt rectius: »Reichsschatz« vocat; cf. e. c. Gilbert I p. 318; Busolt § 213 p. 189.

⁷⁾ cf. Schoemann: »de com. Ath.« p. 295.

⁸⁾ Administrabant hi quaestores Minervae Poliadis et Victoriae aeraria separatim: CJA. I 273; cf. Busolt § 178 p. 159.

⁹⁾ cf. Hauvette-Beaumont p. 132.

¹⁰⁾ cf. Kirchhoff l. l. p. 37; Gilbert I 319. — Rationes pecuniarum Minervae Poliadis et Victoriae in CJA. I 177 sqq. leguntur; cf. Busolt § 213 p. 189.

¹¹⁾ cf. e. c. Dem. XXIV 11; Kirchhoff l. l. p. 32 sq.

¹²⁾ Holwerda quidem [»de sacris pecuniis« in Mnemos. n. s. XIV (1886) p. 113 sqq.] coniecit τοῦς ταμίαις τῶν ἱερῶν χρημάτων aerarium publicum non administrasse neque has publicas pecunias in templo Minervae asservat esse; sed pro certo id dici non potest.

¹³⁾ cf. Schoemann l. l. p. 297 adn. 2.

pecunias in arce adservatas esse putat,¹⁾ aliqua *ἱερῶν χρημάτων* (res) imprimis sancta²⁾ et iis rebus, ad quas seposita erat, exemptis integra intactaque ad ultimos casus servata est, quam ob rem quaestores de illa summa pendere vetiti erant. Tamen res publica interdum necessitate coacta ex hac aerarii parte pecunias ad publicum usum legitimis rebus quibusdam confectis depromi iussit. Id enim non prius rogare licuisse, quam populus rogationis veniam vel, ut nostrae aetatis significatione utar: „Indemnitaet“ decrevisset,³⁾ ex Thucydide II 24 patet, qui de sepositis mille talentis haec dicit: *καὶ χίλια τάλαντα ἀπὸ τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει χρημάτων ἔδοξεν αὐτοῖς ἐξαιρέτα ποιησαμένοις χωρὶς θεῶν καὶ μὴ ἱεροῦ, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἄλλων πολεμείν· ἦν δέ τις εἶπε ἢ ἐπιψηφίσῃ μὲν τὰ χρήματα ταῦτα ἐς ἄλλο τι, ἦν μὴ οἱ πολέμοι νηίτη στρατῶν πλέωσα τῇ πόλει καὶ δέη ἀμύνασθαι, θάνατον ζημίαν ἐπέθεντο.* Quod anno 431 decretum est;⁴⁾ reapse autem hae pecuniae Thucydide auctore usque ad annum 412 integrae manserunt,⁵⁾ pro anno Athenienses, cum pecuniae indigerent, ut Thucydidis⁶⁾ verba mea faciam: . . . *τά τε χίλια τάλαντα, ὧν διὰ παντὸς τοῦ πολέμου ἐγγίχοντο μὴ ἀφασθαι, εὐθὺς λύσαντες τὰς ἐπικειμένας ζημίας ἐκπλήξουσιν ἢ εἰπόντι ἢ ἐπιψηφίσαντι ὑπὸ τῆς παρούσης ἐκπλήξεως [καὶ] ἐψηφίσαντο κινεῖν . . .*, i. e. rogatori *ἀδειαν* dederunt.⁷⁾ Ex quibus liquet, ut Athenienses infinitam potestatem earum tantum publicarum pecuniarum habuerint, quae non ad certas res sepositae essent. Ex hac autem, quam supra diximus, parte populo tantum pecunias erogare licuit, cum veniam rogatori decrevisset⁸⁾. Contra veniam non impetrata rogator, propterea quod populi praesentia has pecunias depromi dilucide vetaret, supplicio affectus est.⁹⁾

Atque qua de causa rogatori *ἀδεία* opus fuerit, non dubium letur in Attico quidem iure publico. Nam si ius Atheniensium

¹⁾ V. supra p. 46 adn. 12.

²⁾ vel, ut recenti nomine utar: »als eiserner Bestand, als Notfonds des Staates«.

³⁾ cf. Boeckh: »St. d. Ath.« II 41.

⁴⁾ cf. Busolt § 214 p. 190.

⁵⁾ cf. Thuc. VIII 15 (ed. Stahl); Philoch. fr. 116 (ed. Muell.).

⁶⁾ Thuc. VIII 15.

⁷⁾ Eis Thucydidis verbis Boeckh l. l. II 64 naturam *ἀδείας* recte explicari dicit.

⁸⁾ cf. Boeckh: »St. d. Ath.« I 582; Busolt § 194 p. 175.

⁹⁾ cf. Thuc. II 24; Busolt § 214 p. 190.

— sicut Romanum — accuratissime in artem redactum esse eam ἀδείας dandae causam statuere oporteret, quod pecuniae rei publicae administrationem aut ad bellum gerendum destinatae illegitime augerentur, itaque τοῦ κοινῶν integritas laederetur. Quae impunitatis rogandi causam in iure Attico frustra quaeras; ¹⁾ se altera subest, quae gravioris momenti est. Rogatione enim le violatur et summa populi potestas, qui iustis causis illas pecunia non adhibendas, sed quodammodo sacras intactasque habenda esse decrevit. Absumpta enim illa summa rei publicae ope detrahuntur, quibus in maximis periculis, ad quae sedanda pecunia sepositae essent, eius saluti consulatur; itaque rogator rei publica salutem ad incertum revocat. ²⁾ Contra difficili rei publicae tempore omnibus subsidiis civitas utebatur, cumque sanctorum aerarum pars, ita ut in ultimis periculis rei publicae prodesset, servaretur populus ei, qui in imminente periculo, ut eae pecuniae adhiberentur, rogaturus erat, ἀδείαν denegare non potuit. Rursum, cur ἀδεία rogatori opus esset, impediabatur populus, ne temere perniciis, quae data occasione rem publicam servare possent, uteretur.

Antequam autem rem inceptam persequamur, appendicis loca similia nonnulla hac occasione exponemus. ³⁾

Populus enim Atheniensium leges quasdam et instituta abrogari vetuit. ⁴⁾ Itaque, priusquam de ea re agere liceret, impunitas rogationis ferendae impetranda erat. Ad eam autem de qua nobis agendum est, rem abrogatio legum de pecuniis quibusdam adhibendis pertinet. ⁵⁾

Pericle rem publicam Atheniensium gubernante ad sacra et spectacula concelebranda populo pecuniae (τὸ θεωρικόν) distribu-

¹⁾ V. supra p. 32 adn. 4.

²⁾ Si autem hae pecuniae, sicut Holwerda quidem putat (cf. Mnemos. n. s. XIV p. 114 sqq.), sacrae fuerunt, rogatio illa non legitima fuit, quia ut videbimus, pecunias sacras in usus profanos adhibere, nisi venia rogatorum data est, non licuit. Quod si verum esset, hac in re duae ἀδείας dandae essent causae. — Ceterum id quoque fortasse spectandum est, ut ex pecuniis in templo deposita dea perceperit usuram, quam summa absumpta — nisi pecunia re vera deae fuerit — non iam pensam esse a populo verisimile est.

³⁾ Hae quoque res ad priorem quidem commentationis partem (v. p. 44 adn. 3) pertinent, sed quia de pecuniis adhibendis agitur, huc eas referendas censui.

⁴⁾ cf. Mnemos. n. s. XV p. 5.

⁵⁾ cf. Dem. XXIII 62; Platner: »Proc. u. Kl.« II 43; Petit l. l. IV 10, 9 p. 475 sqq.

solebant,¹⁾ quae largitiones postea per Agyrrhium quendam auctae sunt. Cum autem Eubulus reditus publicos administraret, omnes ex reditibus superfluae pecuniae populo datae sunt.²⁾ Quare Apollodorus Ps.-Demosthene [LIX 4. 5] auctore cum anno trecentesimo quinquagesimo a. Chr. n. rogationem tulisset, ut eae pecuniae, quae de reditibus publicis superessent, in sumptus rei militaris adhiberentur,³⁾ populus quidem, ut id fieret, scivit, Apollodorus autem *παρανόμων* a Stephano quodam accusatus quindecim talentis multatus est;⁴⁾ idque merito, si quidem et lex valuit⁵⁾, quae eam rogationem ferri vetabat, neque Apollodorus impunitatem rogandi sibi dandam curavit. Impunitate autem rogatori opus fuit, perinde ac si quis rogaret, ut pecuniis illis sepositis, de quibus paulo ante diximus, uteretur populus. Summa enim populi potestas rogatione violabatur, quam ferri populus vetuerat. Si nihilominus populus, ut rogatio ferretur, concessit et in gratiam alicuius hominis lex sublata est, id, nisi *ἄδεια* data esset rogatori, fieri non potuit. Re vera autem illa lex — si quidem valuit — nec rem publicam nec τὸ κοινόν tuebatur, sed civium commoda quaedam cum damno rei publicae, quare *ἀδείας* institutum, si rogator eam petiisset, in hac re perverse adhibitum esset. Omnino autem dubitari non potest, quin populus in Apollodori damnatione *γραφῆς παρανόμων* institutione tam insolenter usus sit, ut ex democratia iam pridem ochlocratia videatur facta esse. Nam lex, etiamsi Apollodori rogationem ferri vetabat, ab altera dissentiebat, quae pecunias ex reditibus superfluas in bellum gerendum insumi iussit.⁶⁾ At, num re vera ea fuerit lex, non satis liquet. A grammaticis⁷⁾ quidem traditur non multo post causam Apollodori diiudicatam Eubuli opera legem perlatam esse,

¹⁾ Cf. Busolt § 138 p. 124.

²⁾ cf. Schoemann: »Ant. i. p. Gr.« p. 307 sq.; Gilbert I p. 229. 318. 320; Busolt § 178 p. 160. § 213 p. 188. § 224 p. 198; cf. Hauvette-Besnault P. 133 sqq. Imprimis conferatur de hac re Fickelscherer: »de theoricis Athen. Pecuniis« (Lipsiae 1877).

³⁾ cf. Schaefer: »Demosth. u. seine Zeit« II² (Lips. 1886) 82; Gilbert I p. 229. 320 et adnot. 3; Fickelscherer l. l. p. 24 sqq.

⁴⁾ cf. Hauvette-Besnault p. 134; Sauppe ad Dem. orat. Olynth. I 19; Fickelscherer l. l. p. 25.

⁵⁾ Si non valuerit, Apollodorus illegitime damnatus est.

⁶⁾ cf. [Dem.] LIX 4; Gilbert l. l. I p. 320.

⁷⁾ De hac lege cf. Schaefer l. l. I² (Lips. 1885) p. 208 sq.; Sauppe ad orat. Olynth. I § 19; Fickelscherer l. l. p. 23.

quae theoricās illas pecunias in rebus militaribus consumi vetaret, sed, si quis, ut id fieret, rogasset, ut morte multaretur, sanciret.¹⁾ Illo igitur tempore, quo Apollodorus rogationem tulit, nequaquam lex illa rata fuisse videtur, at vero paulo post eam valuisse verisimile est. Quare Demosthenes non rogationem fert, ut theoricā pecuniae ad bellum impendantur,²⁾ sed consilium dat („ὄ γράφει, ἀλλὰ συμβουλεύει“).³⁾ Si vero rogator illegitimam illam rogationem impune ferre voluisset, a populo venia ei petenda fuisset. Nam illis temporibus etiamsi lex exceptionem petitaē impunitatis non addidisset,⁴⁾ tamen, quin populus potestatem ἀδείας dandae sibi arrogaturus fuerit, non dubitandum est. Quaeritur igitur, qua de causa Demosthenes hanc viam non ingressus sit. Atque primum quidem eventus incertus erat, deinde autem oratoris minus intererat ipsum impunitatem habere⁵⁾ et semel exceptionem fieri quam legem in perpetuum abrogari.⁶⁾ Quod per nomothetas tantum fieri potuit, quare Demosthenes [III 10] haec dicit: νομοθέτας καθίστατε· ἐν δὲ τούτοις τοῖς νομοθέταις μὴ θῆσθε νόμον μηδένα (εἰσὶ γὰρ ἱκανοὶ ὑμῖν), ἀλλὰ τὸν εἰς τὸ παρὸν βλάπτοντας ὑμᾶς λύσατε· λέγω δὲ τοὺς περὶ τῶν θεωρικῶν. . . . Qua lege abrogata τὰ θεωρικά facere στρατιωτικά licuit.⁷⁾

Sed haec hactenus; nunc eo, unde digressi sumus, revertamur. Demonstravimus igitur supra (p. 47) a populo veniam ei petendam

¹⁾ Cf. argum. ad Dem. I 1; Fickelscherer quidem l. l. p. 25 legem illam valuisse putat, sed »aliis quibusdam legibus esse oblitteratam«.

²⁾ cf. Fickelscherer p. 29 sqq.

³⁾ cf. argum. ad Dem. or. I s. exit.; Dem. I 19.

⁴⁾ v. supra p. 7.

⁵⁾ cf. Dem. I 16.

⁶⁾ Aliam viam legis cuiusdam abrogandae Plutarcho auctore Solon ir gressus est. Bellum contra Megara cum malo eventu gessissent, Athenienses decreverunt, ne quis rogaret, ut bellum renovaretur, qui rogaret, morte puniretur. Tum Solon, homo privatus, restituere animum civium et reconcilia audet. In contione in lapide sedens, ex quo praecones munere fungebantur quasi mente captus esset, carmen illud recitavit, quod »Salamis« vocatur. Protinus lege abrogata bellum paratur. Plutarchus quidem [Sol. VIII] dicit . . . λύσαντες τὸν νόμον αὐθις ἤπιοντο τοῦ πολέμου κτλ. Cum autem de ratione legis rogandae et abrogandae, qualis illis temporibus fuerit, nihil fere tradascripserint, et ne res quidem ipsa satis certa sit [cf. Havette-Besnault p. 1 mentionem rei fecisse sufficiat; cf. Curtius: »Gr. Gesch.« I 309.

⁷⁾ Id Demosthenes rogante anno 339/8 factum est; cf. Philoch. fr. 13 Havette-Besnault p. 134; Busolt § 178 p. 160.

fuisse, qui rogationem ferre vellet, ut pecuniae velut sanctiore quodam aerario reconditae ad rei publicae usum depromerentur. Atque aestate anni 412¹⁾ primum ex seposita illa aerarii parte pecunias erogatas esse Thucydides auctor est [VIII 15].²⁾ Verum iam anno 418/7 pecunias venia data a quaestoribus Minervae solutas esse tituli nonnulli docent.³⁾ Populum autem alteram sanctiorem aerarii partem non reservasse pro certo dici potest; ergo etiam aliae pecuniae fuerunt, quae, nisi venia rogatori data esset, ad usum publicum a populo adhiberi non potuerunt. Atque hae pecuniae sacrae fuerunt.

Praeter publicum enim aerarium in arce etiam sacrum aerarium (ἐν τῷ ἁγίῳ) fuit⁴⁾, quod, cum initio in divinas tantum res impensum esset,⁵⁾ imprimis bello Peloponnesiaco populus reconditum rei publicae aerarium duxit, unde legitimis quibusdam observatis, venia scilicet rogatori data, ad usum rei publicae pecuniam mutuam depromere posset.⁶⁾ Cuius pecuniae usuram res publica pendebat, dum aes alienum solveretur. Hac igitur condicione et venia rogatori concessa populus etiam erogandae ex aerario sacro pecuniae potestatem habuit. Quibus confectis quaestores Minervae iis pendunt, quos populus in decreto nominaverat.⁷⁾ Rationes autem harum pecuniarum tanquam syngraphae in arce positae sunt, ex quibus logistae usurarum rationem inierunt.⁸⁾

¹⁾ Cf. Busolt § 214 p. 190.

²⁾ v. p. 47 adn. 5.

³⁾ cf. CJA. I 180—183. Illo anno primum post pacem, quae Niciae vocatur, populus, id quod antea saepissime factum est, denuo pecunias ab aerario sacro mutuatus est; cf. Busolt l. l. et adn. 10.

⁴⁾ Rationes annuorum reddituum (ἐπίσταξ) leguntur apud Kirchhoffium: Abhdl. d. Berl. Akad. 1876 p. 49 sqq. et inventariorum tabulae in CJA. I 117—175. 194—225; cf. Busolt § 213 p. 189, 7; Beloch: N. Rh. Mus. XXXIX 55 aerarium publicum fuisse negat, aerarium Minervae et rei publicae unum idemque fuisse contendit. De Holwerdae sententia cf. p. 46 adn. 11.

⁵⁾ cf. Busolt § 213 p. 189.

⁶⁾ cf. CJA. I 32 B; Boeckh: »St. d. Ath.« II 41. 64; Hauvette-Besnault p. 132; Gilbert I p. 319; Busolt § 213 p. 139; Kirchhoff l. l. p. 34 sqq.; Valeton: Mnemos. n. s. XV p. 3 hanc legis formulam fuisse putat: »ne quis rogaverit, ut populus pecunias sumat ex thesauro aliquo sacro«.

⁷⁾ cf. Kirchhoff l. l. p. 37. 41.

⁸⁾ cf. CJA. I 273; Busolt § 214 p. 190, 8.

Atque nunc quidem ex rationibus pecuniarum Minerva^{ae} Poliadis et Victoriae eos locos, qui huc pertinent, afferre liceat¹ Leguntur in CJA. I 180—183.

In CJA. I 180 vs. 10—14 certis Kirchhoffi supplementi leguntur haec: [Ἐπὶ τῆς --- (δος προταμείας δευτέρας [πρωτανουούση, Ἑλληνοταμίαις¹), Ἐργολκλεῖ Ἀριστίδου Βησαεῖ. | [. Ἱεροκλεῖ Ἀρχε]στράτου Ἀθμονεῖ καὶ συν[ά]ρ[χ]ουσα, τριακοστῇ ἡμέρᾳ] τῆς προταμείας π[α]ρέδομεν--- χροσί]ου Κυζικηνοῦ στατη[μ]α]ς XXXX. | -- ἀργύριον τούτων--- ||. τοῦτο τὸ χροσίον παρέδομ[ε]ν τοῖς ἐπὶ τὰ ὀπλαταγ]ωγῶς τοῖς μετὰ Δημ[ο]σθένους, ψηφισαμένου τοῦ δήμου τῆς ἄδειαν---. Extrema verba exemplo aliarum inscriptionum certo suppleta sunt.²) In CJA. I 181 vs. 3 sqq.³) legimus haec: π[α]ρέδοσαν--- στρατηγῶ ἕς] τὰ ἐπὶ Θράκης ψηφισαμέν[ου] τοῦ δήμου τῆς

¹) Hauvette-Besnault p. 132 sq. adnotat ad hunc titulum: . . »qui (= cette inscription) semble prouver que les stratèges ne devaient recevoir leu argent que par l'entremise des ἑλληνοταμίαις, id quod non recte coniectum esse puto, atque id Hauvette-Besnault infra p. 133 ipse concedit.

²) Dubium est, ad quam rem verba: »ψηφισαμένου τοῦ δήμου τῆς ἄδειαν« referenda sint. Meier in CJG. I p. 903 censet ἄδειαν »esse veniam mutui dandi concessam quaestoribus aerarii«. Boeckh: »St. d. Ath.« II 4: dicit: »In gewissen Zeiten . . . wurden gewisse Teile des Schatzes al: besonders geweiht oder als eiserner Bestand schlechthin oder mit Ausnahme der Fälle, wofür sie bestimmt waren, für unangreifbar erklärt; sonach durfte die Schatzmeister daraus nicht zahlen. Doch wies der Staat darauf in der Not an; dies konnte jedoch nicht eher beantragt werden, als das Volk für den Antrag eine voraufgehende Indemnity-Bill beschlossen hatte«. Sane vi doctissimus hoc loco non de sacro deae aerario cogitare videtur, sed id huius loci non est. Leguntur igitur in his titulis haec: ταμίαι ἱερῶν χρημάτων παρέδοσαν . . . ψηφισαμένου τοῦ δήμου τῆς ἄδειαν, quae verba eam vim habere videntur, quaestoribus, nisi venia iis sit data, solvere non licere. Itaque Gilbert I p. 319, 4 dicit: »Die Anszahlung durch die Schatzmeister erfolgte ψηφ. τ. δ. τ. ἄδ.« In alio autem titulo [CJA. I 32 B] legimus rogatori ἄδειαν opus fuisse. Potestne igitur existimari populum, cum venia data rogationem probasset, tum demum quaestoribus quoque veniam pensionis dedisse? An haec formula ψηφ. τ. δ. τ. ἄδ. ad veniam rogandi referenda est? Si ita res haberet, verba significarent haec: cum populus sacris pecuniis uti iussisset - venia prius rogatori data —, tum quaestoribus pecunias solvere licuisset. I autem fortasse cum verbis ipsis et cum Atheniensium diffidentia rerum pecuniarum dissentit. Caillemer: »Dict. des antiquités« I 67 de iis rebus haec dicit: »Il est probable que, lorsque le besoin se faisait sentir de recourir à des procédés de payement ou à des affectations de sommes contraires aux règles de la comptabilité d'Athènes, une décision du peuple intervenait pour mettre à couvert la responsabilité des agents du trésor.«

³) cf. Suppl. I (CJA. IV 1) p. 32.

ἄδειαν---] et vs. 6 sq.: [παρέδομαν στρατηγοῖς ἐς Μῆλον Τεισί]α Τεισιμάχου Κεφαλῆθεν,] Κλοσμήδει Λυκο[μήδους---, ἡμέρα--- τῆς πρωτανείας, φηρισσάμεν]ου τοῦ δήμου τὴν ἄδειαν Δ. Denique in CJA. I 183 vs. 1 sqq. haec leguntur: ταμίαι ἱερῶν χρημάτων] [τῆς Ἀθηναίας... παρέδοσαν στρα[α]τηγοῖς Τ----- καὶ] παρέδρω Φερεκλείδη Πειραιεῖ, φηρισσάμεν]ου τοῦ δήμ[ου] τὴν ἄδειαν...

Cum publici quidem aerarii populum simplici psephismate infinitam facultatem habuisse, ex seposita autem aerarii parte eas, de quibus agitur, pecunias depromptas esse non posse supra demonstratum sit, restat, ut pecuniae sacrae fuerint. Quamquam Boeckh [„Staatsh. d. Ath.“ I 578] censuit Athenienses totum fere aerarium publicum Minervae consecrasse, ita ut inter aerarium publicum et sacrum deae aerarium nullum discrimen esset; itaque illas pecunias ex consecrato aerario publico depromptas esse¹⁾ vir doctissimus contendit. At pecunias reapse sacras fuisse equidem opinor, quam ob causam ei, qui ex illis a populo erogari vellet, ἀδεία opus fuisse. Aliter Beloch [N. Rh. Mus. XXXIX 55 sq.] nuperrime rem tractavit. Exponit enim ex ipsis quidem tributis pecunias pendere quaestoribus Minervae nisi venia concessa non licuisse, pecunias autem ex tributis superfluas cum aerario Minervae coniunctas eoque modo consecratas esse, a quo sacro aerario quomodo pecunias mutuati sint Athenienses, nobis non notum esse. Quod probare non possum, cum etiamnunc Kirchhoffi sententiae²⁾ assentiar.³⁾ Ac primum quidem miretur quispiam optimo iure populum sociorum tributis non simplici psephismate uti potuisse. Deinde autem etiamsi populum facultatem illam non habuisse concedendum esset, frustra quaeras, qua de causa pecuniae nonnunquam sepositae sint, quibus venia rogatori data eodem modo atque illis uti populo licuerit. Quae cum ita se habeant, pecunias, de quibus agitur, sacras fuisse constare mihi videtur.

Quibus rebus Atheniensium ratio ab aerario sacro mutuandi illustratur.⁴⁾ Sacras enim pecunias (ἱερὰ χρήματα) ad profanos

¹⁾ Cf. Boeckh l. l. I 580.

²⁾ cf. l. l.

³⁾ Recte distinguit χρήματα ἱερὰ et δημόσια Holwerda: Mnemos. nov. ser. XIV p. 115.

⁴⁾ Etiam aliae civitates, vel potius plurimae, a pecuniis sacris mutuari solebant; cf. Büchschütz: »Bes. u. Erw.« p. 507; de civitatum Graecarum mutationibus cf. in universum Szántó: »Wiener Stud.« VII p. 232–252.

usus adhiberi nefas est, nihilo tamen secius civitas in angustis rerum aerario sacro ad eam, quae populo Atheniensium gravi videtur, rem utitur, ad rei publicae videlicet salutem. Atheniense insigniter divitiis ornant, non eo sane consilio, ut etiam in sumptibus et angustiis ab iis manus abstineant, sed ut his integris intactisque opibus rem publicam servare possint. rationem secuti Athenienses pecunias ex aerario sacro in publicum depromere ausi sunt.

Cum Athenis temporibus belli Peloponnesiaci tria tempora aeraria fuisse constet, Minervae Poliadis, Victoriae, reliquorum,¹⁾ quaeritur, a quo aerario populus pecunias mutaret. Quod de solius Minervae pecuniis factum esse existimatur. Et re vera huius deae aerario populus praeter cetera mutaretur.²⁾ Nam cum in Minervae tutela et urbs et *ἄμφοτερον* Atheniensium fuerit, sicut maxime deorum donis ornata est Minerva, eius imprimis fuit urbi in discrimine rerum patrocinari et tutari.³⁾ Reliquorum quidem deorum redditus vectigalia⁴⁾ et dona, Minerva autem etiam tributorum, bonorum publicae multarum aliqua parte ab Atheniensibus donabatur.⁵⁾ Maximaque, quae in huius deae aerario coacervatae sunt, pecuniae dum Athenae in periculis versantur, in rei publicae usum adhiberi solent. E. c. inter annos 433/2 et 427/6 ad mutandum ex aerario Poliadis plus quattuor milia talentorum prompta et annis insequentibus etiam redditus annui abest.⁶⁾ Sed populus Minervae opibus non contentus etiam rerum deorum aerario utebatur. Velut iam anno 435 populus ducenta talenta reliquorum deorum aerario redderentur, sed et paulo post e. c. a parvo Victoriae aerario, quod seorsum a pecuniis Minervae administrabatur,⁷⁾ duo et viginti talen-

¹⁾ Cf. Beloch: N. Rh. Mus. XXXIX 56.

²⁾ cf. CJA. I 32 B.

³⁾ cf. Busolt § 213 p. 189.

⁴⁾ Tempora non modo *ἑρμῆν*, sed etiam alios agros possidebat Büchschütz l. l. p. 64 sqq.

⁵⁾ cf. Dem. XXIV 120; CJA. IV 1 fasc. alt. p. 16 n. 34; Busolt p. 189; Büchschütz l. l. p. 506 sq.

⁶⁾ cf. Holwerda: Mnemos. n. s. XIV p. 109.

⁷⁾ cf. CJA. I 32. 273; Busolt § 213 p. 189.

⁸⁾ cf. CJA. I 273.

⁹⁾ cf. Beloch l. l. XXXIX 244.

atque a reliquorum deorum aerario plus septingenta talenta populum mutuatum esse tituli aliquot docent.¹⁾ Namque etiam horum deorum erat urbem tueri, et suapte sponte deos id praestare populus putabat, cum deorum et urbis salus firmissime inter se coniunctorum una eademque esse videretur. Quare non solum reditus annui aliaeque omnes deorum pecuniae bello Peloponnesiaco consumptae sunt²⁾, sed etiam rebus pretiosis, quae templa possidebant, populus usus est, qui e. c. anno 406/5 pretiosas deorum res in Pronao reservatas conflari³⁾ et priore anno [407] ex Victoriae simulacro nummos aureos cudi⁴⁾ iussit. Videmus igitur, quo pacto ex omnibus aerariis sacris populo pecunias erogandi potestas fuerit, ea scilicet condicione, ut, si quis aerarium sacrum violare vellet, ei ἀδείη opus esset, proinde ac si quis, ut aerarium publicum illegitime deminueretur, rogaret. Impunitate igitur rogatori concessa quaestores Minervae summam aliquam pendere populus iussit. Cuius pecuniae usura persoluta est⁵⁾ caerimoniae causa, ut religio eximeretur, verum id ipsum ἀδείη rogatori danda magis effectum est.⁶⁾

Quoniam impunitatem rogandi impetrandam fuisse demonstratum est, nunc anquiremus, qua de causa ἀδείη rogatori opus fuerit. Cum autem eam ἀδείη causam esse, quod integritas τοῦ κοινῶν pecuniis iis violetur, quibus aerarium publicum auctum sit, in Attico quidem iure publico statuendum non sit, alteram subesse oportet. Cum deorum enim damno aerarium publicum illegitime auctum vel aerarium sacrum deminutum est, quamquam populi est curare et efficere, ut sacrae deorum pecuniae intactae maneant. Nam sicut publicum ita sacrum aerarium integrum ratumque sit oportet, et populo pecuniae cum ipsi tum dis debitae sunt exigendae. Utrum id quidem tutor an curator an dominus faciat populus, non huius loci est quaerere; sed est utique officium. Itaque si quis rogationem laturus esset, ut pecuniarum sacrarum deminutio fieret illegitima vel ut pecuniis sacris populus in usum publicum uteretur, id nisi venia concessa fieri non potuit. Nam si populus venia rogatori data pecunias

¹⁾ De his mutationibus cf. Beloch l. l. p. 57 sq.; Busolt § 214 p. 190.

²⁾ cf. CJA. I 188.

³⁾ cf. CJA. I 140; Busolt § 214 p. 191.

⁴⁾ cf. Büchschütz p. 600.

⁵⁾ cf. Boeckh l. l. I 580; v. supra p. 51.

⁶⁾ De hac re in libro alt. cap. I s. f. agetur.

deorum adhibendas esse decreverat, dei bonis privabantur, quorum possessionem omni modo tueri religio erat.¹⁾ Sed in discrimine tantum rerum populum illis pecuniis usum esse pro certo statuendum est, ac ne tum quidem nisi ea condicione, ut primo quoque tempore restituerentur pecuniae. Minerva autem, tutrix Athenarum, urbi magis propitia erat, quam ut pecuniam sibi consecratam temporibus periculosissimis ei non mutuo daret. Et sicut populus rogatori impunitatem concedit, propterea quod in re publica conservanda nihil fere perhorrescit, ita ipsa Dea populo, qui publicae salutis causa omnia experitur, veniam dat,²⁾ si initio contionis hostia litatur.

Postremo tituli Attici locum, quo ei rogatori, qui aerarium sacrum illegitime deminui volebat, ἀδεία opus esse dilucide dicitur, afferre liceat. Ingeniosis enim Kirchhoffi supplementis in CJA. I 32 B leguntur haec [vs. 16 sqq.]: ἐὰν δέ τις [εἴπη ᾧ] ἐπιψηφί[ε]σθῃ μὴ ἐψηφισμένης π[ρὸς] τῆς ἀδείας χρῆσθαι τοῖς χρήμασιν τοῖς τῆς Ἀθην[αίας, ἐνεχέσθ]ω τοῖς αὐτοῖς ὁμοίως ἐάν τις ἑσφέρεται εἰς τὴν ἢ ἐπιψηφίσθῃ. . .⁴⁾ Atque etiam alter huius tituli locus, quem integrum referam, dignus est; vs. 11 sqq. haec leguntur :

¹⁾ Cf. Holwerda: Mnem. n. s. XIV p. 115.

²⁾ In Graecorum lingua sacra dicitur: λήθην δίδωσιν; v. supra p. 5 adn. 3.

³⁾ Hoc loco legendum est: τις; litteram ς lapidica per errorem omisit.

⁴⁾ In CJA. I 188 vs. 2 sqq. haec leguntur: ταμίαι ἐρωγχορημάτων τῆς Ἀθηναίας. . . παρέδοσαν ἐκ τῶν ἐπιτίμων ὑψηφισμένου τοῦ δήμου. Gilbert I p. 319 not. 4 adnotat ad haec verba: quaestores Deae pendisse ὑψηφισμένου τοῦ δήμου τὴν ἀδειαν aut, ut ipsius verbis utar: »auch wohl mit Weglassung von τὴν ἀδειαν (CJA. I 188), aber in demselben Sinne; cf. Kirchhoff: Abhd. d. Berl. Akad. 1876 p. 40, qui etiam CJA. I 179, cui titulo tota deest formula, huc pertinere dicit. Id autem non rectum est mea quidem sententia. Lapidica enim verba: τὴν ἀδειαν aut omisit, aut formula ὑψηφισμένου τοῦ δήμου aliter atque haec: ὑψηφισμένου τοῦ δήμου τὴν ἀδειαν explicanda est, ita quidem, ut hoc loco non de pecuniis sacris cogitandum sit aut, si pecuniae sacrae fuerint, ut ex iis populo simplici psephismate erogare licuerit. Voce ἐπίτιμος significantur anni vertentis reditus apud Deam depositi, ut Boeckh [l. l. II 5] exposuit, ex quibus populo psephismate missis ambagibus erogare licuit [cf. Boeckh I 579 sq.], utique pecuniae publicae [cf. N. Rh. Mus. XXXIX 58 sqq.], quas quaestores venia non data solvunt; ex his igitur pecuniis quaestores »εἰς τὴν δωδεκάτην« et ad similes res pependerit, ut CJA. I 188 sq. docet. Si autem hae pecuniae (ἐπίτιμα) annui pecuniarum sacrarum reditus essent [cf. Kirchhoff l. l. p. 49], ad eas saltem, de quibus dixi, res venia non data quaestores solvisse esset statuendum [contra cf. quae Kirchhoff l. l. p. 40 sq. exposuit]. Nam verba ψηφ. τ. δ. τ. ἄδ. non supervacanea esse, qui anxiam Atheniensium curam et diligentiam rerum pecuniariarum noverit, nemo non intellegit.

[... τοῖς δὲ] ἄλλοις χρήμασ[ιν τοῖς τῆς Ἀθηναίας. τοῖς τε νῦν οὖσαν ἐμπόλει κα]ἰ ἄττ' ἂν τ[ὸ] λο[ιπὸν ἀν]αφέρεται, μὴ χρῆσ[θαι μὴδὲ ἀπανα]λλίσκειν ἅπ' αὐτῶν ἐς ἄλλο [τι. μὴδὲ] ἐς ταῦτα ὑπὲρ μω[ρίας δραχμῆς δ]οῦσαι κελ[ύσειν, ἐάν τι δέ]η. ἐς ἄλλο δὲ μὴδὲν χρῆσθαι τοῖς χρήμασι]ν, ἐάν μὴ τ[ὴν] ἄδειαν ψηφ[ίστηται ὁ] δῆμ[ος], κα[θ]᾽ ἄπ[ε]ρ ἐ[άν] ἡ σκέψις ἤ] [περὶ ἐσφ]ορᾶς. Cuius tituli psephisma alterum, quod in parte legitur postica, ad pecunias Minervae pertinet. Quo psephismate scivit populus, ut deductis pecuniis quibusdam, quae ad certas res divinas destinatae erant, reliquae pecuniae Minervae, quae tum in arce servarentur aut postea in aerarium Deae deferendae essent, integrae manerent neve in eam, de qua ante dictum esset, rem amplius impendi liceret decem milibus drachmarum, si quid opus esset. In alias res tum demum consumendas esse illas pecunias, si populus rogatori ἄδειαν decrevisset.¹⁾ Ex initio autem detruncato iam Augustus Boeckh²⁾ collegit de rebus quibusdam sacris reficiendis et de sumptibus in aedificationem quandam faciendis sermonem fieri.³⁾ Et ad sacras quidem res populus pecunias deorum psephismate decernit.⁴⁾ Tamen ne in his quidem certum modum ille transit. Denique ex eodem titulo eum, qui pecunias sacras ad profanos usus depromi velit, populi interdictum violare intellegitur.⁵⁾

Verum tamen rebus adversis populum ad aeraria deorum, imprimis Minervae, refugisse supra (p. 54 sq.) exposui. Quam ob rem Pericles, cum instante bello Peloponnesiaco publicas Atheniensium opes et subsidia enumeraret, etiam ἱερῶν χρημάτων mentionem fecit⁶⁾ confisus populum rebus angustis sine ulla dubitatione iis usurum esse.⁷⁾ Quoties autem res publica Atheniensium, quamquam rogatori

¹⁾ Cf. Boeckh: »Staatsh. d. Ath.« I 582 sq. II 64; Busolt § 213 p. 189 sq.

²⁾ l. l. II 64.

³⁾ cf. Kirchhoff: Abhdl. d. Berl. Akad. 1864 p. 9; cf. Busolt l. l.

⁴⁾ cf. Bull. de corr. hell. IV 225. Hoc psephismate populus scivit, ut de pecuniis sacris in sacro templi Eleusinii agro exstrueretur, ubi ἀπαρχαὶ reconderentur. Ceterum idem titulus invenitur in CJA. IV 1 fasc. alt. p. 12 post n. 27 vs. 10 sqq.; cf. etiam CJA. IV 1 fasc. alt. n. 35b; Beloch N. Rh. Mus. XXXIX p. 53; Busolt § 213 p. 189, 6. — Pecuniarum sacrarum in eas aedificationes consumptarum usurae non pendebantur; cf. Kirchhoff: Abhdl. 1876 p. 37; Mnem. n. s. XIV p. 115 sq.

⁵⁾ Eadem, quae de Minervae pecuniis traduntur, de reliquorum deorum aerario colligenda sunt.

⁶⁾ cf. Thuc. II 13. VI 8.

⁷⁾ Velut Demoethenes XXIV 9 τὰ ἱερά et τὰ ὄσια χρήματα nomine »τὰ κινά« comprehendit.

ἀδεία danda fuit, divitias deorum suas fecerit, nemo fere est qui noverit. Et initio quidem pecuniae debitae reddebantur,¹⁾ Peloponnesiaco autem bello confecto omnia, non modo pecuniae sacra sed etiam aurea et argentea in Parthenone²⁾ vasa consumpta fuerunt, et in hoc naufragio neque caput neque usurae pecuniarum sacrarum in aeraria deorum redierunt.³⁾

IIc. Populus ei veniam dat, qui (quinto quidem a. Ch. n. saeculo) εἰσφορὰν rogaturus vel qui civium res familiares illegitime h. e. tributis extraordinariis deminutus esset. Venimus ad aliam ἀδείας speciem.

Iam pluribus locis demonstravimus, quam anxio animo populus Atheniensium id egerit, ut τὸ κοινόν integrum ratumque esset. Omnino enim Athenis nihil fere subtilius et diligentius legibus temperatum fuit quam res ad pecunias publicas pertinentes, quae non modo cura, verum etiam suspicione et diffidentia custodiebantur. Itaque populus omni modo curavit, ne τὸ κοινόν illegitime deminueretur neve illegitime, scilicet pecuniis deorum augetur, ad quas rogationes ferendas ἀδείας opus fuisse diximus. Idem autem valuit, si quis τὸ κοινόν illegitime de civium pecuniis h. e. εἰσφορᾷ, augeti voluit.

Constat a populo in summis belli calamitatibus psephismata extraordinaria et ex censu conferendum tributum (εἰσφορὰν) imperatum esse. Quod tributum extra ordinem in bello aut belli causa praestandum, cum non in capita,⁴⁾ sed in res familiares⁵⁾ civium imponeretur, ipsi inquilini, quin etiam heredes filiae et pupilli in civium numerum nondum adscripti pensitabant,⁶⁾ neque cuiquam immunitas eius dabatur,⁷⁾ neque eis, quibus eodem tempore munitio

¹⁾ Cf. CJA. I 32 A: ἐπειδὴ τῆς Ἀθηναίων τὰ τρισχίλια τάλαντα ἀνεήμετα πόλιν... quae pecuniae Deae redditae sunt; cf. Kirchhoff l. l. p. 44; Busolt § 214 p. 190 adn. 10.

²⁾ cf. Hauvette-Besnault p. 133.

³⁾ De aërio sociali cf. in universum Busolt § 214 p. 190. — De conditione rei publicae Atheniensium post bellum Peloponnesiacum confectum cf. Büchschütz p. 598 sqq.

⁴⁾ cf. Dem. XXII 54. XXIV 166.

⁵⁾ cf. Meier: »de bon. damn.« p. 145.

⁶⁾ cf. Dem. XX 26. 28; Lys. XII 20; Gilbert I 345. 5; Thumser: »Ath. mun.« p. 118, 1. — De tributo extraordinario inquilinis imposito cf. »Wien. Stud.« II p. 191; ibid. VII 55 sq.

⁷⁾ cf. Dem. XX 18.

trierarchiae mandatum erat,¹⁾ neque eis, qui omnium liturgiarum immunes (ἀτελεῖς) erant,²⁾ sed oportebat „πάντας (praeter thetes scilicet vel capite censos) εἰσφέρειν“, ut ait Demosthenes.³⁾ Quodsi quis haec tributa non contulerat, eius bona publicata venibant,⁴⁾ sed id, quod venditis bonis deductoque εἰσφορᾶς pretio reliquum erat, domino eiusve heredibus reddebatur;⁵⁾ nec tamen eo usque poena patebat, ut in vincula publica coniceretur.⁶⁾ Per cetera ii, qui debita tributa extraordinaria non persolverunt, pares sunt ac debitores aerarii; itaque iis, qui remissionem εἰσφορᾶς sibi irrogari vellent, ἀδεία rogandi opus fuisse opinor.⁷⁾ Denique εἰσφορά initio quidem de fundis (φανερὰ οὐσία) tantum pensa est,⁸⁾ deinde⁹⁾ autem de mobilibus quoque rebus (ἀφανῆ οὐσία);¹⁰⁾ ipsi capiti in servis occupato tributum est impositum.¹¹⁾ Sola metalla immunia erant.¹²⁾

¹⁾ Intra unius anni spatium non plus una liturgia praestanda erat civi Attico; εἰσφορά autem in numero λειτουργιῶν non erat [cf. Thumser l. l. p. 22. 25], quamquam eam scriptores saepe liturgiam nominant [cf. e. c. Isocr. VIII 20; Thumser p. 26]; cf. etiam Busolt § 222 p. 194 sqq.

²⁾ velut Harmodii et Aristogitonis stirps; cf. Dem. XX 18; Thumser l. l. p. 117, 2.

³⁾ cf. Dem. I 20. II 31. XX 26; CJA. IV 1 p. 11 n. 25 vs. 6. — Semel Demosthene adolescentulo civibus Sidoniis, qui Athenis habitabant, εἰσφορᾶς immunitas data est; cf. CJA. II 86; Boeckh l. l. I 694; sed de hac re v. infra p. 61 sq. adn. 3 s. f.

⁴⁾ cf. Suidas s. v. πωλητήεις; Phot. s. v. πωληται; Busolt § 222 p. 196. 3.

⁵⁾ cf. Meier: »de bon. damn.« p. 145; de publicatione bonorum cf. Lys. XXIX 9; Boeckh I 507.

⁶⁾ cf. Demosthenis Androtianam, in qua oratione Demosthenes de εἰσφοραῖς exigendis copiose agit. Platner quidem [»Proc. u. Kl.« I 41] oratorem illorum debitorum custodiam commemorare affirmat, Boeckh autem negat [l. l. I 507]; cf. Dem. XXII 48 sqq. Quoquo autem modo res se habet, certe nonnunquam id accidisse puto; cf. Dem. XXIV 160 sqq. Nam omnino »τοὺς εἰσπράττοντας« iniuste se gessisse in exigendis tributis retro debitis Dem. XXIV 198 docet.

⁷⁾ cf. Dem. XXII 42. — Num autem id unquam factum sit, pro certo dici non potest. Nequaquam tota pecunia imperata redibat [cf. Dem. XXII 44; Busolt § 222 p. 196, 4]. De hac re cf. id, quod supra p. 31 de remissione trierarchiae exposui.

⁸⁾ Simulac negotiatio Athenis increvit floruitque, tum non solum praediorum possessores, sed etiam negotiatores tributum pendere oportebat Thumseri sententia [l. l. p. 31].

⁹⁾ certe iam bello Peloponnesiaco; cf. Gilbert I 346, 1.

¹⁰⁾ cf. Hesych. s. v. ναύκληροι; Busolt § 222 p. 195, 3.

¹¹⁾ cf. Isocr. XVII 49.

¹²⁾ propterea quod possessores quotannis aliquam reddituum partem aerario publico pendere debebant; cf. Boeckh l. l. I 639; Hermann: »Gr. Altert.« I^b § 162, 20; Gilbert I 346, 1; Thumser p. 40. 28 sqq. 118, 2.

Certum huius tributi impositi exemplum primum apud Thucydidem [III 19] invenitur. Quo auctore anno 428 a. Chr. n. Athenienses Mytilenas oppugnaturi, ut ducentorum talentum tributum exigeretur, decreverunt.¹⁾ Mox idem saepius imperatum esse videtur.²⁾ Verum id illis temporibus non simplici psephismate a populo decretum esse audimus. Uno enim titulo [CJ A I 32 B] non licuisse — quinto quidem saeculo — nisi potestas publice concessa ad populum ferre, ut tributum civibus imponeretur, docemur.³⁾ Quo loco a Kirchhoffio optime restituto leguntur haec: [-ἐς ἄλλ]ο δὲ μηδὲν χρῆσθαι τοῖς χρήμασι[[ν, ἐὰν μετα]τήν ἄδειαν ψηφίσῃται ὁ δῆμος, κα[θ]άπερ ἐ[ὰν ἡ σκέψις ἢ] [περὶ] εἰσορᾶς. ἐὰν δὲ τις [εἴπη ἢ] ἐπιψηφίσῃ μὴ ἐψηφισμένης π[ρ]ο τῆ ἀδείας χρῆσθαι τοῖς χρήμα]σιν το[ῖς] τῆς Ἀθην[αίας, ἐνεχέσθ]ω τοῖς αὐτοῖς οἷοις ἐ[ὰν τις] εἰσφέρειν εἴ[πη] ἢ ἐπι[ψηφίσῃ] . . .⁴⁾ Populus decrevit: In alias res pecuniae Minervae ne adhiberentur, nisi populus eius rei ἄδειαν scivisset, proinde ac si εἰσορᾶ in disceptatione versaretur. Quodsi quis rogationem tulisset aut (proedrus) populum in suffragium misisset venia non data, ut ex aerari sacro Minervae depromerentur pecuniae, easdem poenas luere ac si quis rogationem tulisset aut (proedrus) in suffragium misisset de εἰσορᾶ exigenda (sc. venia non data).

Quoniam ἄδειαν impetrandam fuisse εἰσορᾶς rogatori constat, qua de causa veniam dari necesse fuerit, demonstrare conabor.

Εἰσορᾶν tributum extraordinarium ad bellum gerendum fuisse e multis scriptorum locis patet;⁵⁾ quam ob causam praetoribus⁶⁾

¹⁾ Cf. Thumser p. 50, 5; Hauvette-Besnault p. 134, 3; Busolt § 214 p. 190.

²⁾ cf. Arist. Equit. v. 924 (ed. Kock; cf. adn. ad h. l.); Boeckh l. l. I 620a. De hac re cf. in universum Hermann: »Gr. Altert.« I § 162; Boeckh l. l. passim, imprimis I 618 sqq.; Gilbert I p. 345; Beloch: N. Rh. Mus. XXXIX 245 sqq.

³⁾ cf. CJA. IV 1 n. 25, 8; Gilbert I 345, 6; Thumser l. l. p. 19; Busolt § 194 p. 175, 2. § 222 p. 194, 10; Valetton: Mnem. n. s. XV p. 3, qui legem in hanc formam redigit: »ne quis de tributo ex censu civibus imponendo, περὶ εἰσορᾶς, rogationem tulerit nisi impunitate impetrata«.

⁴⁾ cf. Thumser l. l.

⁵⁾ E locorum huc spectantium multitudine hos tantum selegi: Xen. Oec. II 6; Plat. Legg. XII p. 949c; Lys. XXV 12; Isocr. VIII 20; Dem. II 4. XX 26. 18. XXII 63; cf. Busolt § 222 p. 194, 9; v. etiam supra p. 58.

⁶⁾ cf. Schoemann: »Ant. i. p. Gr.« p. 323; Hauvette-Besnault p. 134, 4. In tribus temporibus cura illa commissa erat naucraris, qui postea demarcati⁷⁾ lati sunt; cf. et Harpocr. et Suid. s. v. δῆμαρχος; Hesych. s. v. ναυκλαρ

cura rerum ad εἰσφορὰν pertinentium commissa erat.¹⁾ Tamen fieri potuit, ut id tributum ad alias res adhiberetur, sive pecuniae ad rem publicam administrandam sepositae in bello gerendo consumptae erant et εἰσφορᾶ restituebantur, sive pecuniae mutuae solvebantur, sive magna opera ad usum militarem destinata conficiebantur.²⁾ Sane etiam tum εἰσφορὰν semper fere rebus militaribus praesto fuisse Boeckh docuit. Nam in pace quoque rebus bellicis prospiciendum esse per se ipsum intellegitur. Itaque hoc extraordinario tributo pecunias publicas, ex quibus impensae in rem publicam administrandam fiebant, angeri³⁾ non recte dicas, sed εἰσφορὰ aut ipsis rebus ad

¹⁾ Cf. Boeckh l. l. I 620 adn. d sq.; Schoemann: »de com. Ath.« p. 314; »Gr. Alt.« I 461; Hauvette-Besnault p. 140. 142; Busolt § 179 p. 162. — De praetorum ministris cf. Platner II 103; Boeckh I 212.

²⁾ cf. Boeckh l. l. I 620; Schoemann: »Antiqu.« p. 311 sq.; Gilbert I 330.

³⁾ Hoc loco in verba quaedam, quae in titulis nonnullis inveniuntur, breviter inquiramus necesse est. Legimus quaestores Minervae sumptus »εἰς τὴν ἀναγραφὴν τῆς στήλης« faciendos »ἐκ τῶν δέκα τάλαντων« pendere iuberi [cf. Hartel: »Stud. üb. att. Staatsrecht und Urkundenwesen« (Vindob. 1878) p. 131 sqq.; Boeckh: »St. d. Ath.« I 234 (CJA. II 17. 44. 84. 86. 270)]. Haec decem talenta Koehler: »Urk. u. Untersuchungen üb. d. del.-att. Seebund« p. 12 putat esse, ut ipsius verbis utar: »ein Dispositionsfonds für die laufenden Ausgaben (εἰς τὰ θέοντα)«, Hartel [cf. CJA. II 270 vs. 8 sqq.] l. l. p. 1:2: »ein Einnahmeposten, der durch die εἰσφοραὶ der Metöken Jahr für Jahr zusammengebracht wurde«, ut ego opinor: tributum [aut quotannis aut constitutis tantum temporibus (cf. »Wien. Stud.« VII 56)] inquilinis impositum, quo impensae fierent in armamentarium atque navalia restituenda, ex quibus tamen »εἰς τὰ θέοντα« quoque pecuniae a populo erogatae sunt [cf. Thumser p. 17 adn. 3; Schubert: »de proxenia Att.« (Lips. 1881) p. 51; cf. de hac re etiam Schenkl: »Wiener Stud.« II 188]. Quae pecuniae in arce a quaestoribus Minervae administratae sunt, cum autem populus simplici psephismate (venia rogatori non data) his pecuniis usus sit, redditus deae, id quod Hartel vult [l. l.], esse non possunt [cf. Gilbert I p. 321/2, 4]. Hic autem dixerit quispiam pecunias εἰσφορᾶ collatas saepius »εἰς τὴν διαίτησιν« adhibitas esse. Sed illam inquilinorum εἰσφορὰν — quorum εἰσφορὰς omnino a civium tributis Athenienses accurate distinxisse tituli, quibus isotelia peregrinis datur, docent (cf. e. c. CJA. II 121, 27. 176, 31; cf. etiam »Wien. Stud.« II p. 191; ibid. VII 65). — ab ea secernendam esse puto, quae ad bellum gerendum collata est; cf. »Wien. Stud.« VII 56. Hoc modo explicandum videtur, quod semel peregrini Sidonii Athenis habitantes huius tributii immunes facti sunt; cf. CJA. II 86. Accedit, quod hi Sidonii non metoecorum ordini adscripti Athenis habitabant, sed negotiandi causa Athenas profecti per breve temporis spatium ibi commorabantur, id quod Schenkl l. l. II p. 189 probavit. — Ceterum Schenkl contendit Sidonios illos non εἰσφορᾶ liberatos esse per privilegium, sed populi decreto interdictum esse, »ne eorum

bellum pertinentibus praesto fuit aut pecuniis „διοικήσεως“ in bello consumptis lacunam pecuniarum publicarum explevit.¹⁾ Utcunque autem res se habet, quod augendis pecuniis integritas aerarii publici violatur, nequaquam Athenis causa ἀδείας danda e fuit. At illegitime id factum est in damnum civium, quamquam legum est res civium integras tueri. Sed videturne ex hominibus sibi diffidentibus constare is populus, qui, ne ea rogatio feratur, impedire studet, quae rei publicae in summo periculo partem quandam ex civium pecuniis comparet? Sane quidem. Atque re vera concedendum est ad veniam dandam magni momenti fuisse, quod populus, ne munus ad omnes locupletiores aequae pertinens a quovis cive temere imponi posset, prohibere volebat. Εισφορά enim nimis grave onus putabatur, quam plerique inviti suscipiebant.²⁾ Ut id, quod dixi, illustrem, simile quid afferre liceat. Eum, qui legem aut psephisma rogarat, lege aut psephismate iam a populo probato per γραφήν παρανόμων in ius vocare licuit. Qua in actione, si rogatio, quam totus acceperat populus, contra leges lata erat, nemo nisi rogator poenas luebat, propterea quod populum in errorem induxisset.³⁾ Rogator igitur solus periculum plebisciti perlati subibat. Sicut autem γραφή παρανόμων ad id instituta erat, ut rem publicam a temerariis vel perniciosis rogationibus tuerentur iudices heliastici, ita εισφοράς rogatori ἀδεία impetranda fuit, ne temerariis rogationibus primi cuiusque iacturam facerent res civium.⁴⁾ Hic for-

nomina in symmoriarum ad tributa extraordinaria exigenda institutarum laterculos inferrentur contra leges. De horum privilegio cf. etiam Westermann: »de publ. Athen. honor. ac praemiis« (Lips. 1830) p. 7 adn. 6; Thumser l. l. p. 117 sq. et adn. 2. Itaque Schoemann, qui [in »Antiquit. iur. publ. Gr.« p. 321] hoc contendit: »immunitas (εισφοράς) inquilinis raro dabatur«, nimium dixisse mihi videtur. — Nequaquam igitur διοικήσεως pecunias εισφοράς auctas esse dici potest.

¹⁾ Ut lingua vernacula utar: »sie deckte ein Deficit«. Nonnunquam, posterioribus saltem temporibus, εισφοράι imponebantur, cum pecuniae debitae remissione concessa non redierant; v. supra p. 40.

²⁾ cf. Lys. XXVIII 4. 3; Dem. II 24. Velut εισφορά cum civium πνεύ confertur apud Isocr. VII 51; Dem. XXII 65; cf. etiam Xen. Oec. II 6; denique [Xen.] de rep. Ath. I 13, quae sane verba in paucorum potentium rationem scripta sunt; cf. Thumser l. l. p. 50 sqq.

³⁾ id quod Aristoph. Equ. 1355—1357 lepidissime perstringit.

⁴⁾ Hartel cum [»Stud.« p. 255] dicit: »Es ist eine staatsrechtliche Ungeheuerlichkeit zu glauben, dass ein vom Volk sanctionierter Beschluss gegen seinen Willen durch die Einsprache des Ersten Besten ohne Weiter-

tasse dicat aliquis hanc causam ἀδείας dandae maxime ad tempora democratiae dissolutae et effrenatae quadrare videri, non temperatae et moderatae; illis autem temporibus ἀδείαν rogatori concedi non iam oportuisse, sed simplici psephismate εἰσφορὰς imperatas esse verisimile est. E contrario id ipsum moderatae democratiae est omnium civium, divitum pauperum, res familiares aequae tueri. Cum autem εἰσφορὰ rei publicae in damnum civium privilegium sit, leges eam rogari vetant, perinde ac si quis pecuniis sacris populum uti velit. Atque re vera εἰσφορὰ in titulo Attico [CJA. I 32B] cum pecuniarum sacrarum deminutione¹⁾ confertur, quam venia non data rogare non licuit. Immo, quinto quidem a. Chr. n. saeculo, cum deorum aeraria magnis pecuniis erant referta, rem publicam magis a civium rebus familiaribus quam ab aerariis deorum manus abstinuisse ex eo patet, quod permultis iam mutationibus factis, cum pecuniae sacrae magis magisque consumptae essent, tum demum, ut primo extraordinario tributo pecuniae ad bellum gerendum conferrentur, populus decrevit.²⁾ Atque quamvis saepe inde ab illo tempore εἰσφορὰ³⁾ civibus imponeretur, tamen extremis quoque temporibus, ut ait Hauvette-Besnault [„Les Stratèges Athéniens“ p. 134]: „εἰσφορὰ fut toujours une mesure extraordinaire, que le peuple ne se décidait à voter qu’ en présence d’un danger imminent.“⁴⁾

Ἀδεία igitur res publica impedit, quominus civium res familiares immodicis tributis extraordinariis nimis deminuerentur, et rogatori ἀδεία opus fuit, quod, quinto quidem a. Chr. n. sae-

bätte inhibiert werden können«, obliviscitur Athenis leges plus valuisse quam populi psephismata [cf. Busolt § 193 p. 174]. Quin etiam γραφή παρανόμων civitatis datio a sex milibus civium decreta, si quidem contra leges rogata erat, irrita est facta [cf. Plut. vit. X orat. p. 835 sq.; Gilbert I 176, 1; Hofmann: »de iurandi formulis« p. 11]. Si igitur psephisma quoddam leges violaret, illa actione decretum illegitimum antiquari potuit. Idem vero institutum male ac perverse adhiberi potuisse per se ipsum intellegitur.

¹⁾ Num templa quoque in tributum extraordinarium pecunias contulerint, incertum est; προσεφορὰς quidem munus postera aetate etiam pagorum sacra praestabant (cf. Busolt § 222 p. 196).

²⁾ Haec quidem Busolti sententia est (l. l. § 214 p. 190); item Belochi (N. Rh. Mus. XXXIX 245; de hac re v. paulo infra). Quoquo autem modo res se habet, utique mutationes a pecuniis sacris prius quam εἰσφορὰς a populo decretas esse opinor.

³⁾ cf. Beloch l. l.

⁴⁾ cf. e. c. Dem. XXIV 161.

culo, tributum extraordinarium¹⁾ civium bonis imponi lex vetabat.²⁾ Nam in Atheniensium re publica vectigalium tantum exigendorum mos fuit;³⁾ itaque si quis rogaturus erat, ut civibus tributum imponeretur, ei ἀδεία opus erat, quippe qui civium res familiares illegitime deminuturus esset.

Sed hanc ἄδειαν cum quinto saeculo valuisse traditum sit, oritur quaestio, num posteriore aetate ea rogatori non iam opus fuerit, vel quando lex illa ita abrogata sit, ut tributa missis ambagibus rogare liceret. Titulo sane allato [CJA. I 32 B] cum dilucide doceamur legem vel decretum quoddam de εἰσφορᾷ rogandae ratione factum valuisse,⁴⁾

1) Ut nostrae aetatis significatione utar: »eine directe Steuer«.

2) Nam legem quandam de hac re valuisse ex eo videtur patere, quod in CJA. I 32 B illius ratio habetur.

3) Schoemann: »Griech. Altert.« I 451 recte dicit: »Freistaaten haben gegen directe Besteuerung eine sehr erklärliche Abneigung und greifen nur in Notfällen dazu«.

4) Quo tempore lex lata sit, pro certo dici non potest. Titulus ille anno 435/4 Kirchhoffi quidem sententia scriptus est, quare legem ante illud tempus perlatam esse verisimile est. Itaque inde, quod Thucydides, quo loco de prima εἰσφορᾷ agit [III 19], legem silentio praeterit, sequi mihi videtur, ut illud tributum a Thucyde commemoratum primum eorum tantum fuerit, quae bello Peloponnesiaco imperata sunt. Qua enim ratione in titulo CJA. I 32 B, qui anno 435/4 scriptus est, de εἰσφορᾷ roganda decerni potuit, nisi iam antea εἰσφοραὶ imperatae essent? [Cf. etiam Abhdl. d. Berl. Ak. 1876 p. 27] Aliter sentit Beloch: N. Rh. Mus. XXXIX 245; cf. Busolt § 214 p. 190. Legem autem de ea re valuisse etiam ex alio titulo fortasse colligendum est. In CJA. IV 1 p. 11 n. 25 (cf. CJA. I 25) vs. 8 leguntur haec: [περὶ] δὲ γρημμάτων εἰσφορᾶς μὴ εἶναι ἐπιτήρησις (»de εἰσφορᾷ ne liceat in suffragium mittere« — dicitur autem de epistata — sc. venia rogato non data). Etiam alii huius tituli loci digni sunt, qui afferantur: vs. 6 inter dicitur, ne εἰσφορᾶς immunitas detur; tum (vs. 7) haec leguntur: [- α]ὐτῆ κορί ἐκ κλησίου μὴ ἔλλαττο--; de privilegio igitur quodam (fortasse ei irrogando qui a populo ἄδειαν petiturus erat) agitur, quod non minus sex milia civium decernere possunt (cf. CJA. IV 1 fasc. alt. p. 11 n. 25, quod fragmentum huc pertinet, vs. 6: χιλ-); vs. 9 ita supplendum censeo: εἰν μὴ λησῶν ποιῶσι χυλλήψεις; cf. [Dem.] LVIII 56, qui dicit Athenienses Meliis extraordinariam pecuniam imperavisse multae nomine propter receptos piratas: »ὅτι τοὺς λησῶτας ὀπεδέξαντο«; cf. Schoemann: »de com. Ath.« p. 290. — Ceterum si Kirchhoff vs. 4 recte supplevit, quo tempore hoc psephisma factum sit, ex eo sequitur, quod Thuc. I 114, 3 de deditione Hestiaeae in insula Euboea sitae tradidit [cf. etiam Thuc. VII 57, 2. VIII 95; Diod. XII 7. 22; Kirchhoff: Abhdl. d. Berl. Akad. 1873 p. 4]. Cum enim Athenienses Euboeam in dicionem redegressent, Hestiaeae quidem colonis Atticis tradita est, sed Chalcis ipsa sua sponte in potestatem Atheniensium rediit [cf. CJA. IV 1, 27 a; Gilbert I 392, 1]. Subacti autem

nullo verbo illam legem abrogatam esse memoriae traditur. Nihil tamen secius legem, si quidem quarto non iam rata fuit saeculo, abrogatam esse verisimillimum est. Quamquam Busolt quidem abrogationis, ubi de ἀδεία rogatori εἰσφορᾶς concedenda agit [l. l. § 194 p. 175 et § 222 p. 194, 10], mentionem nullam facit; verum Gilbert [I 345 adn. 6] illam ἄδειαν posterioribus temporibus non iam valuisse videtur existimare. Atque re vera hoc factum esse et Demosthenis quidem aetate rogatori ea non iam opus fuisse nonnulli apud Demosthenem loci demonstrare videntur, ex quibus hos affero: Dem. II 27, ubi dicit orator: φημι δὴ δεῖν εἰσφέρειν χρήματα [cf. VIII 76], neque quidquam de ἀδεία danda addit; deinde apud eundem oratorem I 20 legimus: ἔστι δὴ λοιπόν, οἶμαι, πάντας εἰσφέρειν. Quodsi Demosthenes hac occasione non rogationem fert, id non factum est propterea, quod ἄδεια ei data non erat, sed quod aliae res praesto erant ad aerarii lacunas explendas. Legem igitur de illa ἀδεία danda tum abrogatam fuisse opinor; sed inde a quo tempore ἀδεία rogatori non iam opus fuerit, accuratius definire nequeo. Fortasse lex iam abrogata est, cum εἰσφοραὶ saepissime imperarentur;¹⁾ sed si quis posterioribus demum temporibus, veluti Nausinico archonte, anno 378/7, id factum esse contenderit, ab eo non dissentiam. Nam illo anno symmoriae ad tributum extraordinarium cogendum institutae sunt, qua occasione nescio an decretum sit, ut tributa venia non data rogare liceret. Quod si rectum est, qua de causa rogatori ἀδεία non iam opus fuerit, facile intellegitur. Cum enim ex democratia ochlocratia facta esset, id tributum sine populi venia licuit rogare, quod plebs locupletiorum civium, qui εἰσφορᾶς onere maxime promebantur, rationem habere noluit. Accedit, quod eo tempore εἰσφορᾶ, quamquam etiamtum res extraordinaria putabatur, inter ordinaria instituta

sunt Hestiaei eodem anno, quo Chalcis a Pericle expugnata est, id quod anno 445 factum est. Scriptus igitur est titulus eodem anno vel paulo post. — Ad eandem, de qua supra agebamus, rem duo alii quinti saeculi tituli, in quibus εἰσφορᾶς mentio fit, pertinent: CJA. I 55 frg. c; Kirchhoff ad vs. 5 laudat Thuc. VI 8, ubi memoriae traditur Athenienses scivisse, ut sexaginta naves in Siciliam mitterentur; itaque pecunias, quas εἰσφορᾶ collatas esse titulus docet, ad res militares adhibitas esse manifestum est. Amplius quidquam neque ex hoc titulo discimus neque ex eo, qui CJA. IV 1, 116a legitur; cf. vs. 14 et 15.

¹⁾ cf. Arist. Equ. v. 924.

publica fuit,¹⁾ ita quidem, ut leges eam sive ad bellum gerendum sive ad lacunam aerarii explendam imponi iuberent.

Una restat quaestio, qua de causa populus quinto ante Chr. n. saeculo civibus εἰσφορὰς rogaturis veniam dederit. Hoc enim populus eam rationem secutus fecit, quod salus rei publicae pluris esset quam singulorum civium divitiae, praesertim cum, si res publica victa interisset, simul res familiares civium in praedam victoris cessurae essent.

Εἰσφορὰι, ut demonstratum est, extraordinaria tributa fuerunt, quibus belli temporibus, cum ordinarii reditus non sufficerent ad rei publicae necessitates, populus aerarium supplebat. Atque etiam alias quasdam extraordinarias rationes supplendae deficiente aerario pecuniae nobis tradunt auctores, quas appendicis loco nunc paucis attingere liceat.

Et primum quidem Pythoclem Atheniensem populo suasisse legimus apud Aristotelem [Oec. II p. 1353], ut plumbum publice eo, quo vulgo venditari solebat, pretio coëmi ac deinde triplo maiore pretio venire ille iuberet, ut huius negotii lucro aerarium augetur.²⁾ Quam rogationem laturo veniam dari necesse fuisse non traditur. Neque enim aerarium publicum, de cuius amplificatione in hac re agitur, illegitime auctum esse videbatur, si populus sicut aliis rebus ita plumbo vectigal imponeret. Veluti Athenis vectigal quoddam fuit, quod in omnibus emptionibus is, qui emebat aliquid, fisco pensabat.³⁾ Num autem ei, qui rogaturus erat, ut novum eiusmodi vectigal institueretur, ἀδεία opus fuerit, pro certo dici non potest, sed dubium est, praesertim cum εἰσφορὰς rogatori temporibus democratiae non iam temperatae ἀδεία opus non fuerit. Ceterum illo Pythoclis consilio Athenienses videntur non usi esse.⁴⁾

Aliud deinde extraordinarium vectigal Polyaeus [III 9, 30 ed. Melber (Lips. 1887)] commemorat. Iphicratis enim consilio, ut

¹⁾ Cf. Beloch: N. Rh. Mus. XXXIX p. 245, qui haec dicit: »Die εἰσφορὰ... , die seitdem (sc. seit 428/7) bis zum Frieden (des Nicias) einen beständigen Posten des attischen Budgets gebildet hat...«

²⁾ cf. Schoemann: »de com. Ath.« p. 289; »Gr. Alt.« I 457. — De monopolis in antiquis rebus publicis cf. in universum Büchschütz: »Bes. u. Erw.« p. 547 sqq.

³⁾ Hoc vectigal ab Atheniensibus τὸ ἐπώκιον vocatur; cf. Gilbert: »Staat- u. Altertümer« I p. 333.

⁴⁾ cf. de hac re Büchschütz l. l. p. 548; Schoemann: »Gr. Alt.« I 457.

Schoemanni¹⁾ verbis utar, „populus vectigal quoddam pro cenaculis in viam prominentibus foribusque, quae in publicum aperirentur, aedium possessoribus pendendum imposuit.“ Sed eadem fere, quae paulo ante exposui, de hoc genere dicenda sunt, etsi id quidem ex alia ratione explicari potest.

Gravissimum denique est, quod nobis de pecuniis publicis vilitate nummum auctis traditur. De qua re Schoemann [l. l.²⁾] haec dicit: „Nonnunquam etiam, ut aerario subvenirent, nummos viliores cudi iusserunt (Athenienses) eisque pretium maius, quam quo re vera erant, publica auctoritate tribuerunt, quibus cives atque inquilini intra urbem finesque imperii, aliquantisper certe, inter se uti cogebantur; veluti Callia archonte factum videtur, ut aënei cuderentur, qui pro argenteis valerent.“³⁾ Qua in re num rogatori ἀδεία opus fuerit, quaeritur. Accepimus praeter ceteras civitates Graecas Athenienses maximam vim tribuisse bonis nummis.⁴⁾ Quod cum tantae urbis auctoritate et dignitate tum magna et quaestuosa mercatura flagitatum est. Nempe rei nummariae bonitas multum ad commercium et valere debuit et Athenis valuit. Quin etiam forma monetarum cum in aliis rebus publicis Graecis tum Athenis ad altum artificii et perfectionis gradum elata est. Quare in plerisque civitatibus Graeciae haec lex valuit: ἐάν τις τὸ νόμισμα διαφείρη, θάνατον τὴν ζημίαν εἶναι.⁵⁾ Quam legem etiam Athenis ratam fuisse Demosthenes [XXIV 212] docet.⁶⁾ Cum autem lex ad eos privatos proprie pertineret, qui nummos adulterinos percuterent, tamen ea quoque rogatio, ut populus nummos viliores cudi iuberet, leges violavit. Qua de causa, etiamsi inter se tantum cives et inquilini illis vilioribus nummis uti intra Atticam

¹⁾ Cf. Schoemann: »de com. Athen.« p. 289; eundem: »Gr. Alt.« I 457; Boeckh: l. l. I 92, qui Athenienses id non executos esse dicit. Simile podiorum vectigal iam Hippiam, Pisistrati filium, statuisse Aristoteles Oec. II p. 1347 a refert; cf. Thumser l. l. p. 4 adn. 4 (qui per errorem Hippiam Periclis filium vocat).

²⁾ cf. etiam eundem: »Gr. Alt.« I 402.

³⁾ Laudat Schoemann ad h. l. Aristoph. Eccles. vs. 810 sqq. — Id factum est anno 407 a. Chr. n.; cf. Arist. Ran. 720 et schol. ad h. vs.; Büchschütz l. l. p. 600.

⁴⁾ cf. Xen. de vect. III 2; Schoemann: »Gr. Altert.« I 435; Büchschütz p. 537 sq.; Gilbert I p. 313, 1; Busolt § 210 p. 186.

⁵⁾ cf. Dem. XXIV 212; Büchschütz p. 538.

⁶⁾ cf. Dem. XX 167. Id tantum incertum est, utrum lex iam Solonis aetate an posterioribus demum temporibus valuerit.

finesque imperii cogentur, rogatori ἀδεία opus fuisse censeo. Denique accedit, quod haec aerarii supplendi ratio tam iniqua et invidiosa fuit, ut sine venia vix quemquam ausum esse putem rogationem suadere. Quodsi populus veniam dedit rogationis ferendae democratia indignae, ex nulla alia causa nisi propter angustias rerum id fieri potuit.

III. Privilegia quaedam praemii causa data.

Quoniam demonstravimus, ad quas rogationes ferendas ἀδεία a populo impetranda fuerit, nunc in nonnullas species inquiremus, ubi ἀδεία rogatori modo opus fuisse, modo non fuisse arbitror. In universum enim dicendum est unum quodque privilegium (vel potius populiscitum privum) venia non concessa rogare licuisse, si populus hominibus de re publica bene meritis praemium impertire voluerit. Et erant privilegia, quae ob nullam aliam causam nisi ob beneficia in rem publicam collata¹⁾ dabantur, velut quotidianus in prytaneo victus, statua ponenda, imprimis civitas peregrino cuidam tribuenda.²⁾ Alia autem privilegia modo

¹⁾ Cf. [Dem.] LIX 89: δι' ἀνδραγαθίαν; Szántó: »Untersuch. üb. d. alt. Bürgerrecht« in: »Untersuch. aus d. alt. Gesch.« (Vindob. 1881) p. 29 sq.

²⁾ Secundum Solonis legem eos solos cives facere populo licuit, qui ex patria expulsi erant aut qui Athenas venerant, ubi artem aliquam exercerent; cf. Plut. Sol. XXIV; v. de hac re Schenkl: »Wiener Studien« II 165 sq. [De civitate peregrinis et servis a Clisthene data cf. Aristot. Polit. III p. 1275 b; »Wien. Stud.« V 70]. De posteriore aetate cf. Busolt § 16 p. 16. § 154 p. 139; Caillemet: »La naturalisation à Athènes« p. 5; Szántó l. l. p. 26 sq. Ante pugnam apud Arginussas factam etiam servis militiae sacramento obligatis, si fortiter se gessissent, i. e. praemii causa, non modo libertatem, sed etiam civitatem datum iri populus promisit; cf. Schoemann: »Gr. Alt.« I 352 - 356; Büchschütz: »Bes. u. Erw.« p. 172, 4. p. 180, 4; »Wien. Stud.« V 64 Busolt § 151 p. 136; cf. etiam ibid. § 13 p. 12 [De civitate Plataeensibus data cf. Caillemet l. l. p. 11 adn. 2; Szántó p. 7 sq. 30]. — Hoc loco simile quid paucis tractare liceat. Plutarchus Pericl. XXXVII memoriae tradidit in gratiam Periclis, praeclarissimi illius viri, populum Atheniensium concessisse, ut filius eius et Aspasiae Milesiae in civium numero referretur, quamquam ipse, ut ait Plutarchus: νόμον ἔγραψε μόνους Ἀθηναίους εἶναι τοὺς ἐκ δούλων Ἀθηναίων γεγονότας (»ne quis civis esset Athenis, nisi qui ex utroque parente cive esset procreatus«; cf. Schenkl l. l. II p. 169 sqq.; ibid. V 60 sq.). Periclem illo tempore veterem legem restituisse cum alii putant tum Oncken: »Staatslehre d. Arist.« II 124 [cf. etiam Blassi in Plut. vit. sel. ed. Siefert et Blass (vol. III Lips. 1883) adn. ad Plutarchi locum]; Buermann autem: Jahrb. f. klass. Philol. Suppl. IX 624 sqq. Periclem ex Solonis lege ἀειδίαν

cum populi venia modo sine venia rogare licuisse puto: opus erat venia eis, qui illa a populo meri beneficii causa petitura erant, non opus erat ad ea privilegia roganda, quae a populo praemii causa tribuebantur. Nam populiscita quaedam priva rogare non licuit ex iure Attico, nisi quis rogavit, ut praemii causa darentur. Itaque si quis tale quid sibi aut alii rogabat de re publica non bene merito, leges violabat, quae omnium civium ἰσονομίαν tuendam curabant. Quae cum ita se habeant, illi rogatori ἀδεία opus fuit; non opus fuit, si de homine bene de republica merito agebatur.

1. Iam vero ad singula pertractanda nos vertamus. Ac primum quidem de privilegio ἐγκτήσεως γῆς καὶ οἰκίας¹⁾ pluribus disserere mihi in animo est.

Inquilinis fundos domosque in Attica neque acquirere neque possidere licuit.²⁾ Agrorum enim possessio ut in tota Graecia ita in

civium rogasse censet [cf. Gilbert I p. 179, 1]; aliter sentiunt Schenkl: »Wien. Stud.« V 60 (qui Periclem Solonis legem ad tempus mutasse contendit) et Beloch: »Bevölkerung d. gr.-roem. Welt« p. 80. — Ceterum, si quidem et Periclem non psephisma, sed legem pertulisse et διαψήφισιν non psephismate, sed lege fuisse rogandam constat [cf. »Wien. Stud.« V 60. 82], fieri potest, nisi aliae Buermannii sententiam refutent causae, ut Periclem διαψήφισιν lege rogasse statuamus. — Utique autem legem a Plutarcho commemoratam Athenis valuisse constat; itaque si quidem Periclis filio illud privilegium irrogatum est, num id ἀδεία non data fieri potuerit, quaerat quispiam. Legem illam tum non abrogatam esse in nomothetarum collegio ex eo patet, quod Euclide archonte Aristophon quidam eam renovasse dicitur [cf. Schaefer: »Dem. u. seine Zeit« I² 138 sq.; Oncken: »Staatsl.« II 124, 1; Gilbert: »Staatsalt.« I p. 178—181; Busolt § 157; cf. etiam Schenkl: »Wien. Stud.« V 58. 63 sq. (qui Aristophontem Periclis legi aliquid adiecissee itaque legem Soloneam supplevissee dicit)]; si igitur lex, quae rata erat, in gratiam alicuius hominis in tempus sublata esset [cf. Suid. s. v. δημοποίητος: λύσας τὸν ἑαυτοῦ νόμον; cf. etiam Plut. Per. XXXVII; Ael. var. hist. VI 10. XIII 24], id quod summam populi potestatem violasset, rogatori ἀδεία opus fuisse statuendum esset. Accedit, quod ille homo in civitatem receptus et civitatem et civitatis deos polluit. At vero agitur in hac re de civitate danda, i. e. de ψηφίσματα ἐπ' ἀνδρὶ, quod venia non data rogari potuit; cf. Suid. s. v. δημοποίητος. Civitas sane hac occasione non ἀνδραγαθίαν data est, sed in honorem patris, qui de re publica optime meruerat; cf. Busolt § 157 p. 141; Mnem. n. s. XV p. 9 adn. 1.

¹⁾ cf. Westermann: »de publ. Ath. hon.« p. 13. Sane etiam hoc privilegium semper fere praemii causa datum est, sed una exceptio nobis nota est; v. paulo infra.

²⁾ cf. Dem. XXXVI 6; Hermann: »Gr. Alt.« I^b § 115, 5; Boeckh: »St.

Attica erat res maximi momenti, quae per Solonem condici non illa quidem civitatis, tamen omnis in civitate auctoritatis et potentiae¹⁾ facta est et posterioribus quoque temporibus civitati fundamentum putabatur.²⁾ Itaque lex valuit, ut praetores, qui praeter ceteros ad patriam tuendam praesto essent, et oratore qui populo optima dare studerent consilia, agros possiderent. Atque similem rationem secutus Phormisius quidam, postquam imperio triginta virorum dissoluto populares in patriam redierunt rogavit, ut ii soli civitate cum suffragio et iure honorum fruerentur, qui agros possiderent, quae sane rogatio non perla est.⁴⁾ Utique et inquilini et peregrini in Attica agros possidere vetiti erant; si quis autem privilegium ἐγκτήσεως γῆς καὶ οἰκίας (i. e. ius agros atque domos in civitate peregrina et acquirere et possidendi) a populo petiturus erat, id certe nisi venia prius concessa fieri non potuit.⁵⁾ Nam populi voluntas legesque peregrinos consanguinitatis ac gentilitatis vinculo cum civibus non coniunctos⁶⁾ a fundi domuumque possessione prohibuerunt, ne qui ipsi cives detrimenti caperent.⁷⁾ Agros enim colere ac possidere sic optimum putabatur fundamentum cuiusque civitatis,⁸⁾ ita civit

d. Ath. I 196; cf. etiam CJA. II 17; Xen. de vect. II 6; Büchschütz l. p. 41; Schubert: »de prox. Att.« p. 41; Busolt § 15 p. 14, 4; »Wie Studien« II 174. 178; ibid. VII 49 sq.

¹⁾ cf. Curtius: »Gr. Gesch.« I 320; Oncken: »Ath. u. Hell.« I 155

²⁾ cf. Ad. Philippi: »Beitr. zu einer Gesch. d. att. Bürgerrechtes« (Beitr. 1870) p. 18; cf. etiam Büchschütz l. l. p. 56.

³⁾ cf. Dinarch. I 71; Platner: »Proc. u. Kl.« I 321 sq.; Schoemann: »I. i. p. Gr.« p. 238; Hauvette-Besnault l. l. p. 43. Erat enim antiqua civitatum opinio eorum, qui fundos possiderent, patriam defendi ab externis hostibus magis interesse quam aliorum civium; cf. e. c. Büchschütz: »u. Erw.« p. 27 sq.; v. etiam supra p. 33 adn. 2.

⁴⁾ cf. de hac re Büchschütz l. l. p. 57, 2; Busolt § 143 p. 121

⁵⁾ cf. Schoemann: »Gr. Alt.« I 98; Busolt § 152 p. 137, qui haec dicit: »Die Metöken besaßen nicht die bürgerlichen Rechte und konnten daher nicht ohne Weiteres Grundbesitz erwerben«; cf. titulum Atticum, qui ante Atheniensium societatis maritimae temporibus (anno 378/7) ortus Atheniensium urbibus sociorum et praedia et domos acquirere et possidere vetat: CJA. II 17; Büchschütz p. 68; Schubert: »de prox. Att.« p. 47; Busolt § 246 p. 219

⁶⁾ cf. Schenk: »Wiener Studien« II 162.

⁷⁾ Velut domos conducere multis civibus quaestui fuit; cf. Büchschütz p. 95, 4; Boeckh: »Staatsh.« I p. 198.

⁸⁾ cf. Büchschütz p. 27; Schoemann: »Gr. Alt.« I 98; Philippi p. 18 adn. 30.

praecipuum ius putabatur, quod unum peregrinos inferioris ordinis cives faceret. Itaque sacri soli tum demum participi esse licet peregrino, cum populus privilegium rogaturo *ἄδειαν* concessisset et ipsam rogationem probasset. Quod rarissime vel nunquam fere accidisse verisimile est, cum *ἄδεια*, ubi agebatur de inquilinis bene de re publica meritis, qui soli illud privilegium sibi irrogatum iri sperare poterant,¹⁾ *ἔγκτησιον* rogaturis opus non fuerit; — quamquam nescio an etiam ii, quorum nulla in rem publicam merita extabant, simulatione quadam publicae beneficii tribuendi causa bene meriti esse ferebantur. — Illuc pertinet titulus Atticus [CJA. II 168],²⁾ qui, ut uberius hoc loco tractetur, dignus est. Extat enim et psephisma senatus et populi decretum de hac re: Mercatores Citiei primum a senatu *ἔγκτησιον γῆς* petunt ad aedem Veneris exstruendam. Senatus autem probuleumate non perscripto rem ad populum defert. Tum in comitiis Lycurgus orator, cum mercatores „*ἔνομα ἱερεσιῶν*“ dicat, ut privilegium iis irrogetur, efficit. Quod num impunitate rogandi concessa factum sit, quaeritur. Quamquam autem petitio voce *ἱερεσιῶν* significatur, id quod cum usu loquendi congruit, tamen *ἄδειαν* datam esse nullo verbo affirmatur. Sane quidem hic titulus non tabula publica Attica est, sed Citieos ipsos columnam statuendam curavisse Koehler probavit.³⁾ At id non explicat, quare Citiei *ἄδειαν* decretam silentio praeterissent, si ea opus fuisset. Quam rem homines docti, qui de hoc titulo disputaverunt, non verbo attigerunt. Et Foucart quidem [l. l. p. 129] haec dicit: „L'autorisation accordée par un double vote du conseil et du peuple porte sur deux points: le premier est le droit d'acquérir et de posséder un terrain, droit qui n'appartenait à un étranger que par un décret public; le second est l'usage à faire du terrain et la fondation d'un temple consacré à une divinité étrangère. . . .“⁴⁾ Sed hoc, mea quidem sententia, sine populi venia

¹⁾ Cf. Dem. XX 151. XXIII 123; Thumser: »de civ. Ath. mun.« p. 137 adn. 1; Büchschütz p. 41.

²⁾ De hoc titulo plures iam homines docti disseruerunt: Hartel: »Stud.« pluribus locis: p. 37. 79—83. 148. 213 sq. 243; Koehler: Hermes V 352; Foucart: »des associations religieuses chez les Grecs« (Paris 1873) p. 128 sqq.

³⁾ cf. l. l. p. 352; Hartel l. l. p. 37; »Wien. Stud.« I 276 sq.

⁴⁾ cf. Schenkl: »Wiener Studien« II 212, qui haec dicit: »metoecis neque templa condere neque statuas ponere licebat, nisi venia a senatu populoque impetrata«, ad quam rem CJA. II 168 et 475 [continet autem hic titulus (475) senatus consultum de statua metoeco ponenda] laudat.

rogari non potuisset, nisi id accessisset, quod Citiei exteram religionem advehendo idem facturi erant, quod antea Aegyptii fecerant. Deinde si quidem ad fundi acquirendi rogationem ferendam ἄδειαν dari necesse non fuit, eam causam esse puto, quod in honorem deae rogatio lata est aut quod, cum antea Aegyptiis quoque ad templum Isidis deae erigendum locus concessus esset, ea Citieorum supplicatio (ἱκετεία) videri potuit „ἔννομος“.¹) Nihil tamen secius Citiei quoque id privilegium non petunt, sed supplices orant;²) cuius rei duas potissimum invenio causas: alteram, quod inquilinis rogationes ferre ad senatum populumque omnino non licuit Athenis; alteram, quod inquilinos fundum acquirere et possidere lex vetuit. Verum ἀδεία iis quidem opus non erat, quod agrum quendam ad rem sacram adhibendum acquirere volebant. Cuius rei analogia in promptu est: Apud Athenienses enim mulieres tantum usque ad modii pretium potestatem rei familiaris habuerunt; quin etiam mulieri ne donare quidem licuit sine tutoris auctoritate nec inter vivos nec mortis causa. Attamen dis immortalibus et temporibus et locis omnibus suo iure consecrationes feminae fecisse videntur.³) Eodem modo hac occasione Athenienses templi extruendi potestatem dederunt in honorem deae. Sed quaerat quispiam, nonne vox ἱκετεύειν, quam in titulo, de quo agitur, legimus, ad ἄδειαν datam referenda sit. Quod ut illustrem, de verbi significatione pauca iam exponam, quoad ἱκετείας caerimonia ad ius publicum pertinet. Duae autem notiones hic distinguendae sunt: altera in usu est, si quis supplex (ἱκέτης) a populo petit, quod leges vetant (quod ubi fit, de ἀδεία danda cogitandum est); altera, si quis petit, quod usu sancitur. Et illa quidem, quae propria est, notione adhibetur vox, si quis a populo gratiam petit, id est si quis in comitiis „ἱκετηρίαν θέμενος“⁴) impune verba facit, ut ἄδειαν rogationis ferendae impetret a populo, quae

¹) Cf. Foucart p. 130. — De religionibus exteris apud Athenienses cf. Schoemann: »Gr. Alt.« I 402. II 147 sqq.; Lüders: »Die Dionys. Künstler« (Berol. 1873) p. 30. — Omnino hoc decretum a reliquis, quibus privilegium ἐγκράσιως singulis hominibus defertur, discernendum est; cf. Schubert l. l. p. 42.

²) cf. Foucart l. l.

³) cf. accuratissimam huius rei tractationem apud Henricum Lewy: »de civili condicione mulierum Graecarum« (Vratisl. 1885) p. 15. 21 sqq., cuius verba exscripsi.

⁴) cf. Poll. VIII 96.

rogatio a lege quadam dissentit.¹⁾ Hac autem notione verbum *ἔκτεσεν* adhibetur, si quis a iudicibus aut a populo petit, quod quidem legibus non interdictum, immo vero usu sanctum fuit, cum concedere penes populum esset aut denegare.²⁾ *ἔκτεσις* autem nihil aliud nisi precibus pondus affert.³⁾ Sed haec hactenus.

Aliter res se habuit, h. e. *ἀδεία* rogatori nequaquam opus fuit, si praemii causa *ἔγκτησεν* populus Atheniensium decrevit. Nec raro Athenienses, sicuti aliae civitates, peregrinis,⁴⁾ praesertim inquilinis, privilegium agros domosque in Attica possidendi psephismatis irrogaverunt.⁵⁾ Formula autem psephismatum, quae in multis titulis extat, haec est: *εἶναι δὲ ἀντὶ (-οῖς) γῆς ἔγκτησεν καὶ οὐκίας.*⁶⁾

¹⁾ Cf. Dem. XXIV 50 (in lege). *ibid.* 12; argum. II ad Dem. or. XXIV p. 695; argum. ad Dem. or. XXIV p. 694.

²⁾ Quod ad alteram huius usus speciem attinet, verbum *ἔκτεσεν* plerumque cum vocabulo *δεῖσθαι* coniunctum et idem fere significans ab oratoribus Atticis saepissime usurpatur; cf. e. c. [Dem.] LVIII 3. 27; Dem. XXVII 68. XXI 7. XXIV 52. XLIII 84; Isocr. XV 321; Is. II 2. 44. VI 57. VIII 45; cf. etiam [Dem.] LIX 85. Quod ad alteram speciem attinet [cf. Foucart l. l. p. 130], in titulis quibusdam Atticis de hac re verba: *ἔννομα ἔκτεσεν* leguntur. Velut ius honorum quorundam posteris confirmandorum penes populum fuit [cf. Schubert p. 19], si igitur posteris eorum, qui honoribus affecti sunt, a populo petunt, ut privilegia tributa sibi confirmentur, *ἔννομα ἔκτεσεν* videntur, i. e. petitionem legitimam esse populus censet [cf. CJA. II 230 fr. b v. 16; de hoc titulo cf. Buermann: *Jahrb. f. klass. Phil. Suppl. X* p. 353 sqq.]. Ab his verbis non multum differt, si dicitur: *αἰτεῖσθαι κατὰ τὸν νόμον*, id quod saepe in honorum decretis legitur. His enim verbis eorum hominum petitio significatur, qui bene de re publica meriti a populo privilegium petunt aut privilegium quoddam iam assecuti etiam aliud sibi tribui volunt.

³⁾ cf. e. c. Aesch. II 15.

⁴⁾ De hoc privilegio totis urbibus dato cf. Büchschütz p. 42; Schubert p. 47.

⁵⁾ cf. Hermann: *Gr. Alt.* I* § 116, 4; Westermann: *de publ. Ath. hon.** p. 13; Schubert l. l. p. 41. Apud Pollucem VII 15 loco *ἔγκτήσεως* verbum *ἔννομα* legitur.

⁶⁾ Titulos Atticos, qui huc pertinent, ex CJA. vol. II collatos affero: (CJA. II) 41. 44. 68. 91. 131. 139. 142. 145. 165. (163). 170. 171. 176. 186. 208. 209. 222. 282. 367. 369. 370. 380. 414. 423; cf. *Ἀθήν.* VI p. 136; *Mitteil. d. deutschen archaeol. Inst. VIII* p. 218 [CJA. II 550 extat decretum Delphorum, qui cum alia privilegia tum *ἔγκτησεν* tribuunt]; cf. Schubert l. l. p. 40. Cf. denique *Bulletin de corresp. hell.* 1883 num. III vs. 17 sqq. — *Etiam δωμασία* commemorari videtur; cf. Hartel: *Stud.** p. 270 sq.; Szántó l. l. p. 5; Schubert l. l. p. 45 sq. — Sola *ἔγκτησεως οὐκίας* tribuitur e. c. CJA. II 42. 70. 121. 413.

De privilegio ἐγκτήσεως peregrinis, praecipue proxenis, in gato¹⁾ praeclare egerunt Boeckh [„Staatsh. d. Ath.“ I 196 sq. deinde Schubert [„de proxenia Att.“], nuperrime Monceaux [„I Proxénies Grecques“ (Paris 1885)]. Et Boeckh iam in quaestem vocavit, utrum privilegium ἐγκτήσεως cum προξενία aut ἰσοτελ coniunctum fuerit necne. Mihi quidem haec duo privilegia coniuncta videntur fuisse²⁾ propterea, quod in decretis προξενίας plerumque ἐγκτησις disertis verbis enumeratur. Quamquam ei publici hospitii (προξενίας) privilegio irrogato non fuit, cur ἐγκτησις non daretur, tamen, ut ἐγκτησις separatim rogaretur, lex erat.³⁾ Ita in nonnullis decretis προξενίας additamentis diserte ἐγκτησις cernitur;⁴⁾ contra in decreto, quo ἐγκτησις irrogatur, haec legitur εἶναι δ' αὐτὸν πρόξενον κτλ.⁵⁾ Quae cum ita sint, facile haec decretorum quorundam verba intellegi possunt: εἶναι δὲ αὐτῷ καὶ πρόσθεν πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον, ἐάν του δέηται (si quid opus sit si quis aliud privilegium sibi irrogari velit).⁶⁾ Difficilior res est, in decretis προξενίας haec leguntur: εἶναι δὲ αὐτῷ καὶ γῆς καὶ οἰκῆς ἐγκτησιν „κατὰ τὸν νόμον“; sed secundum ea verba, quae in titulo [CJA. II 423 vs. 5 sqq.] inveniuntur: δεδῶ[σθαι] [δὲ αὐτῷ καὶ [πρ]όξεν[ι]α[ν] καὶ γῆς καὶ οἰκῆς ἐγκτησιν] αἰτησα[μέν]ω κατὰ τὸν νόμον. . . . ad verba: κατὰ τὸν νόμον supplendum esse: „ἀσφαμένω“ equidem censeo.⁷⁾

¹⁾ Cf. Westermann l. l.; Tissot: »Des Proxénies Grecques« (Dijon 1834) p. 73 sq.; Szántó l. l. p. 44.

²⁾ cf. Gilbert l. l. I p. 173, 2. II 336 sq.; Schubert p. 12. 14. 25; Koehne Mittel. d. dtsch. archaeol. Inst. VIII p. 220, 1; Foucart: Bull. de corr. hell. 1 num. III p. 168; cf. etiam Dem. XX 133. — Monceaux l. l. p. 98, 6 aliter sensum.

³⁾ De προξενία et πολιτεία cf. Tissot l. l. p. 81 sqq.; Monceaux l. l. p. 59 sq.

⁴⁾ cf. e. c. CJA. II 41. 131; cf. etiam CJA. II 186. »Ἐγκτησις sine προξενία, ut tituli docent, iam ante Euclidem bis donata est; cf. CJA. I 44 quidem ex litteris tituli valde mutilati vs. 21 servatis: τησιν, iure verbum ἐγκτησιν restituitur, et certo in CJA. I 59. Post Euclidem ἐγκτησις saepius tributa est; v. supra p. 73 adn. 6.

⁵⁾ cf. e. c. CJA. II 44.

⁶⁾ cf. CJA. II 41; cf. de hoc privilegio Schubert p. 33. 38; Monceaux p. 98. — In duobus titulis: πρόσθετος πρὸς τὸν πολέμαρχον καθάπερ τοῖς αἰετῶν προξένους tribuitur [CJA. II 42. 131]; cf. Schubert p. 13, qui id non in explicat, sed rectius fortasse de hac re agitur: »Wien. Stud.« VII 51, 29 52 sq.; cf. etiam Monceaux l. l. p. 30. 91 sq. 95.

⁷⁾ cf. CJA. II 438. 455; Schubert p. 47; aliter de hac re agit Monceaux p. 98, 6; cf. etiam Caillemer: »la naturalisation à Athènes« p. 17; Koehne Mittel. l. l.

Ut igitur paucis id, quod exposui, complectar: si quis peregrinus hospes publicus (πρόξενος) factus est, quamquam non iam hostis rei publicae putabatur, tamen, ut ἔγκτησιν a populo peteret, necesse erat, nisi ea statim in decreto προξενίας ei irrogata esset.¹⁾

Atque idem dicendum est de ἰσοτελεία, quacum ἔγκτησιν non coniunctam esse Schubert [l. l. p. 52 sqq.] demonstravit.²⁾

In titulis allatis nullum ἀδείας rogatori datae vestigium videmus propterea, quod privilegium ἐγκτήσεως praemii causa iis tributum est, qui bene de re publica meriti erant.

Item agrorum donatio, cuius pauca exempla extant,³⁾ Athenis nisi ob merita publica non evenit.

2. Transeo ad aliud huius generis privilegium, quod verbis: πρόσδοδος πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον significatur.

Privilegium enim opus erat Athenis, ut civibus exterarum urbium in senatu et in comitiis adesse liceret, id quod populus Atheniensium populiscitis non raro decrevit.

Antequam autem hanc ipsam rem exponam, ut de aliis quibusdam privilegiis breviter disputem necesse est: si cum populo aut de rebus civis alicuius ante negotia a prytanibus proposita aut de rebus programmata omnino non promulgatis agebatur.

Iulio Polluce quidem auctore [VIII 95 sq.] programma quatuor ordinarium contionum certum et praefinitum fuit.⁴⁾ Sed dubium non est, quin illis negotiis expeditis etiam de aliis rebus agi liceret suo tempore programmata promulgatis⁵⁾ aut ad senatum saltem latis.⁶⁾ Atque etiam extraordinarium contionum

¹⁾ Προξενίας privilegium praemium quidem, sed nihil aliud nisi titulus honorarius est [cf. Schubert p. 4], quocum neque ἔγκτησις [cf. CJA. II 41] neque ἀτέλεια [cf. CJA. II 91; Dem. XX 133] neque ἰσοτέλεια [cf. CJA. II 48] ipso iure coniunctae sunt; cf. Gilbert: »Staatsalt.« I 173; Schubert l. l. p. 12.

²⁾ cf. CJA. II 413; »Wien. Stud.« VII 66; Monceaux l. l. p. 103.

³⁾ cf. Büchschütz l. l. p. 63; Monceaux l. l. p. 37 et adn. 3. p. 98 sq.

⁴⁾ cf. Ad. Reusch: »de dieb. cont. ord. ap. Athen.« in: »dissert. phil. Argent. sel.« vol. III (Argent. 1880) p. 73 sqq., qui id falsum esse putat; sed Polluci hoc loco fides tribuenda est, dummodo ne ordinem contionum ab illo commemoratum rectum esse credat quispiam; cf. Gilbert I 282, 3; cf. etiam Schoemann: »Antiqu.« p. 226.

⁵⁾ De programmata cf. Gilbert I 270. 282 sq. et adn. 3; Busolt § 189 p. 170. De hac re cf. Reusch l. l. III p. 71 sqq.; v. infra in libro alt. cap. II s. f.

⁶⁾ cf. Perrot: »le droit public d'Athènes« p. 39.

negotia plerumque antea programmate promulgabantur. Tum secundum programma de rebus propositis actum est, ita quidem, ut rogationibus a praetoribus ad populum delatis nulla alia causa antecederet.¹⁾ Itaque si quis civium in comitiis ante negotia publica legitime constituta aut de rebus programmate senatus non promulgatis²⁾ verba facere vellet de rebus privatis, id privilegio demum irrogato fieri potuit.³⁾ Quo privilegio τὸ πρόγραμμα senatus, quod Ps.-Demosthenes [XXV 9] inter gravissima comitorum fundamenta enumerat, non τὸ κύριον τῆς πολιτείας violatur, quam ob rem de ἀδείᾳ rogatori danda non cogitandum est. Huc pertinet id, quod Schoemann [„de com. Ath.“ p. 333] commemorat, quo loco haec dicit: „Apud Aeschinem [de f. leg. 15] legimus: expugnata a Philippo Olynthiorum urbe, cum simul cives quidam Attici Olynthi tunc forte degentes a Macedonibus capti essent, horum propinquos supplices in contionem prodiisse populumque orasse, ut illorum, qui capti essent, salutem curae sibi haberet.“ His autem, ait Schoemann [ibid. p. 334], beneficium aliquod a populo petentibus ἄδειαν dari necesse fuit, ut liceret iis verba in comitiis facere de rebus non propositis a prytanibus. Sed in hac re ἄδειαν rogandi non petitam esse iam ex eo apparet, quod ratio veniae dandae difficillima erat, res autem, de qua agebatur, differri non poterat. Accedit, quod hac occasione rogationes non latae sunt, sed cives quidam nihil aliud nisi omnibus precibus oraverunt populum, ut captivorum illorum salutis curam haberet, id quod supplicibus impune facere licuit. Supplicium

¹⁾ Cf. Busolt § 179 p. 163, 7.

²⁾ quas Poll. VI 144 »ἀπρόγραμμα« nominat; cf. Schoemann: »Gr. Alt.« I 382,6; Perrot l. l. p. 39, 2.

³⁾ In multis titulis haec leguntur: καὶ εἶναι αὐτοῖς πρόσδοτον πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δήμον πρώτοις μετὰ τὰ ἱερά [Titulos huc pertinentes affert Hartel: »Stud.« p. 175 sq.; cf. Heyse: »de legationibus Att.« (Gotting. 188 p. 59). Eis, quibus hoc privilegium tributum erat, quotienscunque cum senatu et populo iis agendum erat, ad senatum populumque aditum sibi pateface (πρόσδοτον ποιῆσθαι) licuit, ut de rebus suis referrent. Tum ex his decretis verbis: πρώτοις μετὰ τὰ ἱερά eorum res statim post sacra agendaerant [cf. Schubert l. l. p. 34]. Quae verba explicat Monceaux l. l. p. 31 sic: »après les cérémonies religieuses préliminaires«. Τὰ ἱερά autem non esse caerimonias sacras, quae uniuscuiusque contionis initio haberentur, probaverunt cum Hartel [»Stud.« p. 174] tum Schubert [l. l. p. 36, 37]; sed haec verba significaverunt »post actiones de rebus sacris« [p. 37]. Nam περὶ ἁγίων actiones in programmate uniuscuiusque contionis positae fuisse statuendum est [cf. Schubert p. 36; »Wien. Stud.« I 289; aliter sentit de hac re Heyse p. 59].

autem ritu illos auxilium petere oportebat propterea, quod ratione non legitima petitio facta est¹⁾ vel, ut aliis verbis dicam, quod privilegio non dato de rebus non promulgatis verba illi fecerunt. Privilegii autem, de quo supra dixi, rationem hanc fuisse equidem censeo. Si quis civium, antequam in comitiis verba faceret, senatum adierat, ita ut a prytanibus introductus de rebus privatis ante negotia legitima²⁾ et programme promulgata agendi facultatem haberet, id privilegium probuleumate senatus rogatum *προγερουσία*, ut opinor, concessum est;³⁾ sin statim in comitiis aderat, ut aliquid a populo peteret, id supplicii impune facere licuit. De ipsa re populus postea senatus probuleumate perscripto egit.

Quibus expositis nunc iam quaeritur, qualis eorum civium causa fuerit, qui senatus auctoritate omnino ommissa, h. e. sine senatus probuleumate, rogationes tulerunt.

Inter omnes constat nihil licuisse Athenis ad populum deferre nisi quod antea a senatu pertractatum ac probuleumate instructum esset.⁴⁾ Nam populus quidem summam potestatem tenuit, sed, ut Schoemanni verba usurpem [„de com. Ath.“ p. 158], „ne. . . nimis libera esset et effrenata potestas demagogorum seditiosorumque hominum eloquentia in contionibus dominantium duo erant remedia a Solone sapientissime excogitata: alterum, ut, qui legem inutilem aut perniciosam [vel potius alii legi repugnantem⁵⁾] tulisset, male rogatae legis, *παρανόμων*,⁶⁾ accusari posset a quolibet cive. . . ; alterum autem, ne quod psephisma a quocumque ad populum ferretur nisi comprobatum antea a proedris“ (vel potius a senatu). . .⁷⁾ Quare senatus convocavit contionem, convocatae, de quibus erat agendum, res proposuit si non semper, tamen plerumque⁸⁾ probuleumate instructas easque arbitrio et

¹⁾ V. supra p. 72 sq. 73, 2.

²⁾ Singulis hominibus de rebus privatis statim *μετὰ τὰ ἱερά* cum populo agendi privilegium populiscito delatum est; cf. Hartel: *Stud.* p. 176.

³⁾ Idem de legatorum introductione coniecit Gilbert: *Jahrb. f. klass. Phil.* 1879 p. 237; *Staatsalt.* I p. 277, 1; cf. Heyse: *de legat. Att.* p. 59; aliter sentit Hartel: *Wien. Stud.* I 287.

⁴⁾ cf. O. Miller: *de decretis Atticis quaest. epigr.* (Vratisl. 1885) p. 7.

⁵⁾ cf. Gilbert I p. 284, 1.

⁶⁾ Eadem *γραφὴ παρανόμων* constitutioni democraticae propugnaculo fuit; cf. Thuc. VIII 67. 68; Dem. XXIV 154.

⁷⁾ Ordinem verborum exscriptorum consulto inverti. — De hac re in libro alt. cap. III copiosius agetur.

⁸⁾ cf. Miller l. l. p. 7.

suffragio populi permisit. Saepe enim senatus satis habuit ante contionem programmata rogationes ad populum ferendas promulgasse et in ipsis comitiis, ut de iis rebus disceptaretur, curasse. Itaque si quis civium rogationem ad populum laturus erat, antea „πρόσοδον γράψασθαι πρὸς τὴν βουλὴν“¹⁾ necesse erat.²⁾ Tum demum civi a senatu in contionem producto³⁾ rogationem programmata promulgatam et probuleumate plerumque instructam in comitiis defendere licuit. Sin quis rogationem a senatu non promulgatam neque probuleumate comprobata ad populum tulerat, παρανόμων eum accusandi unusquisque ἐπίτιμος potestatem habuit.⁴⁾ Ad omnes sane rogationes in comitiis ex senatus consulto latas non solum addita-menta rogare,⁵⁾ sed etiam probuleumata reicere et aliter decernere populo licuit.⁶⁾ Atque id quoque fieri potuit, ut novae rogationes in ipsis comitiis ad populum ferrentur, dummodo ad eas, de quibus agebatur, res pertinerent.⁷⁾ Rogationes autem ad res in programmata promulgatas non spectantes neque probuleumate instructas in comitiis ferre licuisse nego; nec de venia danda hoc loco cogitari posse per se ipsum intellegitur. Nam is civis solus illegitima illa ratione rogationem fert, qui senatus auctoritate ommissa illegitimam quandam rogationem facilius se perlatum sperat, isque veniam — etiamsi de ea posset cogitari —

¹⁾ Cf. Dem. XXIV 48.

²⁾ cf. »Wien. Stud.« VII 51; populus ipse πρόσοδον decernit homini privato e. c. CJA. I 31.

³⁾ cf. And. de myst. 111; schol. ad Aristoph. pac. 905.

⁴⁾ Velut Thrasybulum ab Archino παρανόμων accusatum esse legimus, quod absque senatus auctoritate rogationem ad populum tulisset; cf. Plut. vit. X orat. p. 835 sq.; Meier: »de bon. damn.« p. 121. Cf. etiam Dem. adv. Androt. orat.; Androtio enim rogationem senatus auctoritate neglecta apud populum pertulerat, sed paulo post in ius vocatus est.

⁵⁾ cf. Thumser: »de civ. Ath. mun.« p. 142; Miller l. l. p. 43.

⁶⁾ cf. Mitteil. d. dtsh. archaeol. Inst. VIII 218. 216; Busolt § 190 p. 172.

⁷⁾ Quod si fiebat, saepe (non semper, ut Hartel vult; cf. e. c. »Wie Stud.« I 290) rem populus ad senatum reiciebat, ut probuleumate ille rogationem instrueret [cf. Gilbert l. l. I p. 278, 3; Busolt § 190 p. 172, 2]. Itaq' id, quod L. Schmidt: »de auctorit. προβουλευμάτων in republ. Athen.« (Ind. Le< Marb. 1876/7) p. VI dicit: licuisse Athenis cuivis civi rogationes neglecto s natu ad populum ferre, dummodo populus, priusquam de re decerneret, ea ad senatum reiceret, ut is eam deliberaret iterumque populo proponeret [quod Miller: »de decretis« p. 54 non probat], hoc modo commutandum puto, ut statuamus homini privato rogationis ad populum ferendae causa senatus probuleumate opus non fuisse in ea re, de qua forte ageretur in comitiis.

a populo petere ausus non esset, quoniam vera consilia protinus pateferi necesse fuit.

Sed ad rem propositam revertamur et de privilegio *προσόδου* disseramus, ac primum quidem de hoc privilegio legatis concesso.

Imprimis enim legatis exterarum civitatum, quarum res ab iis agerentur, permissum est, ut aditum ad senatum populumque haberent,¹⁾ ita quidem, ut iis statim post actiones de rebus sacris verba facere liceret.²⁾ Ii autem legati, quorum civitatibus illud privilegium non irrogatum est, a prytanibus non sine ambagibus in senatum populumque introducti sunt.³⁾ Quorum duo genera distinguenda sunt. Atque foederatarum quidem vel amicarum civitatum legati, aut si qui suorum negotiorum causa ex alia civitate Atheniensibus non infesta populum Atheniensium adire volunt,⁴⁾ ubi Athenas venerunt, petunt a senatu, ut sibi aditum ad senatum populumque det. Quod si senatus populusque probavit⁵⁾ eamque sententiam prytanes cum legatis communicarunt, statim legati senatum adeunt.⁶⁾ Deinde introductis a senatu⁷⁾ legatis facultas est in comitiis ad id destinatis⁸⁾ cum populo agendi. In aliis autem comitiis id tum demum fieri potuit, cum populus iis psephismate privilegium irrogasset.⁹⁾ Hostilium vero civitatum legati in senatu aut in comitiis adesse vel potius urbem intrare vetiti erant, nisi iis, ut opinor, fides publica¹⁰⁾ data erat. Nam legati per se praecone non praemisso sacrosancti non fuerunt.¹¹⁾ Itaque cum civitas, quacum Atheniensibus

¹⁾ Cf. Heyse: »de legat. Att.« p. 71 b sq.

²⁾ cf. id, quod de verbis: »πρώτοις μετὰ τὰ ἱερά« exposuimus p. 76 adn. 3.

³⁾ cf. Heyse p. 59 sq.

⁴⁾ Inter hos nihil discriminis factum esse de hac re Heyse p. 63 pavit; sed pro certo id dici non potest. — Ceterum plerumque proxenorum rat legatos introducere; cf. Monceaux p. 109 sq.

⁵⁾ Ex Gilberti sententia [I p. 277, 1] legatorum introductio probuleumate natus rogata statim *προχρηστονία* concessa est.

⁶⁾ cf. Heyse p. 60 sq. 71 a.

⁷⁾ cf. Aesch. de f. leg. 58; CJA. II 49. 51. 54; Thuc. V 45; Plut. ic. X; Arist. Equ. 665 sqq.; Heyse p. 71; Busolt § 183 p. 166, 2.

⁸⁾ cf. Poll. VIII 96; Heyse p. 64.

⁹⁾ cf. CJA. II 164. 233.

¹⁰⁾ De hac *ἀδεια*; notione infra sub B 2b agetur; cf. Thuc. I 53; Dem. IX 163; Busolt § 59 p. 55.

¹¹⁾ cf. Heyse p. 8; Busolt l. 1.

pax non erat, Athenas legatos misit, praeco sacrosanctus praestitit, qui cum Atheniensibus, certe cum senatu, „σπένδεται“, i. e. libatione efficit, ut legatis libere urbem intrare liceat¹⁾, aut veniam legatorum mittendorum antea per caduceatores illa quidem petere solet.²⁾ Senatui autem et comitiis interesse nisi ἱκετεῶν³⁾ nomine vel sub tutela deorum iis non licet.

Aliam ob causam legatis Naucraticis ἀδεία opus fuisse puto, qui ab Atheniensibus petierunt, ut pecuniae redderentur, quibus mercatores Naucraticis essent privati. Quod in argumento II ad Demosthenis orationem XXIV (initio) his verbis traditur: Πόλεμον τυγχάνοντος Ἀθηναίοις πρὸς βασιλέα, κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἐγράφη ψήφισμα σὺλα πλοίων πολεμίων εἶναι καὶ γίνεσθαι τὰ τιμήματα τῶν κλοπῶν δημόσια. καὶ λόγων γενομένων τοῖς Αἰγυπτίοις πρὸς τὸν δῆμον καὶ ἱκεταῶν,⁴⁾ οὐδὲν ἦττον ἐκρίθη τὰ χρήματα εἶναι δημόσια ὡς πολεμίων ὄντων τῶν Αἰγυπτίων. Quibus legatis pro contione dicentibus venia debitoribus fiscalibus remissionem petituris danda opus fuisse censeo, quoniam populus has pecunias iudicaverat publicas.⁵⁾ Quod enim apud Dem. [XXIV 12] legimus: . . . ὡς ἔδεσαν τὴν ἱκετηρίαν⁶⁾ ὧν ἦν τὰ χρήματα ἄνθρωποι, ὡς ἀπεχειροτονήσασθ' ὑμεῖς μὴ φίλια εἶναι. . . , et simili modo in argum. I ad Dem. or. XXIV [p. 694]: εἶθ' οἱ Ναυκρατίται μὲν ἐλθόντες Ἀθήναζε τὸν δῆμον ἱκετεῦον,⁷⁾ ὁ δὲ δῆμος ἔγνω πολέμια εἶναι τὰ χρήματα, καὶ μὴ δεῖν ἀποδοθῆναι τοῖς ἐμπόροις, ex his verbis sequi non potest, ut illae pecuniae tum demum publicae iudicatae sint, cum legati in comitiis eas repetituri essent. Quod iam antea psephismate factum esse in argum. II ad Dem. or. XXIV initio [p. 695] legimus, quare eas repetere non licuit. Venia igitur demum data legatis cum populo iterum de hac re agendi facultas fuit. Verba autem Demosthenis et scholiastae, quae supra dixi, ad eam contionem pertinent, quae de navibus iure belli captis iudicavit,⁸⁾

¹⁾ Cf. Dem. XIX 163; Heyse p. 58; cf. etiam Schoemann: »Gr. Alt.« II 7.

²⁾ cf. Schoemann: »Antiq.« p. 368, 2; Heyse l. l. p. 8.

³⁾ De notione verbi v. supra p. 72 sq.

⁴⁾ De verbis »λόγοι καὶ ἱκεταί« cf. id, quod de coniunctione verborum »ἱκετεῦον καὶ δεῖσθαι« exposui (p. 73 adn. 2); sed hoc loco, ut demonstrabo, de ἀδεία data agitur.

⁵⁾ quae reddendae non erant; cf. Dem. XXIV 50 (in lege).

⁶⁾ v. supra p. 73 adn. 1.

⁷⁾ cf. ibid.

⁸⁾ quae fungebatur, ut lingua vernacula utar: »als Prisengericht«; de hac re cf. Schoemann: »Gr. Alt.« I 401.

t venia mercatoribus concessa de pecuniis publicis reddendis el, ut aliis verbis dicam, de illegitima aerarii publici deminutione liseptavit. Haec quidem hactenus.

Alia ac legatorum causa inquilinorum¹⁾ videtur fuisse, quibus senatui et comitiis interesse non licuit.²⁾ Quare, ne illud praecipuum civium ius nisi cum populi venia exercerent, iis interdictum erat.³⁾ Saepe autem inquilinis et peregrinis bene de re publica meritis privilegium προσόδου πρὸς τὴν βουλήν καὶ τὸν δῆμον delatum est,⁴⁾ ut sine populi venia de rebus suis in senatu et in comitiis agendi facultatem haberent. Quod privilegium cum peregrinis cuiusque generis tum maxime proxenis irrogatum est.⁵⁾ Ac plerumque id factum est, ut inquilini et peregrini, quibus privilegium aliquod iam tributum erat, potestatem haberent etiam alia privilegia impetrandi, si iis digni essent.⁶⁾

Quaerentibus nunc, quam ob causam rogatori utriusque privilegiorum, quae supra dixi, generis impunitate opus fuisset, nisi praemii causa illa tributa essent, id occurrit, quod rogatione τὸ νόμον violatum est.

Atque etiam eiusmodi rogationes, quibus τοῦ κοινού illegitima deminutio fieret, impunitate actori non data ferre non licuisset, nisi praemii causa privilegium quoddam irrogatum esset, ad quod nunc iam nos vertamus.

3. Lex, quae Timocrateae [Dem. XXIV 45] inserta extat, , qui debitorum remissionem rogaturus esset, ἀδεία opus fuisse docet. Quam legem non integram, sed nonnulla supplenda esse supra (p. 40 sq.) dixi — sive in eadem lege actum est⁷⁾ sive preparata lex fuit de remissione et pensionibus tributorum.

¹⁾ omnino peregrinorum, ut opinor; cf. p. 79 adn. 4.

²⁾ quamquam delictorum indicia deferre et inquilinis et servis licuit, tamen rem infra sub B 1 uberius exponemus.

³⁾ cf. »Wien. Stud.« VII 51.

⁴⁾ cf. CJA. II 41. 91. 115. 164. 209. 289; cf. etiam CJA. I 36. De isto (CJA. II 42) πρόσδοσις πρὸς τὸν πολέμαρχον hospiti publico conceditur, quod et inquilinis quibusdam et omnibus proxenis privilegio irrogatur; cf. Schubert l. l. p. 13; »Wien. Stud.« VII 52 sq.; v. supra p. 74 adn. 6.

⁵⁾ cf. Schubert p. 32—40. p. 76; Monceaux l. l. p. 98.

⁶⁾ Simile quid haec verba: εἶναι δὲ αὐτοῖς καὶ ἄλλο εἶρόσθαι παρὰ τοῦ ἡμοῦ ἀγαθὸν ἵτοι ἂν δοκῶσιν ἄξιοι εἶναι [cf. CJA. II 164. 207] significare sibi videntur; cf. Hartel: »Stud.« p. 241; Schubert p. 38.

⁷⁾ Hae lacunae non demonstrant leges a falsario fictas esse, sed constat

Tributorum enim sociorum eandem causam fuisse quam debitorum publicorum censeo vel, ut accuratius sententiam explicem: sicut debitorum publicorum ita tributorum remissionem, nisi venia rogatori data esset, rogare non licuit.¹⁾ Namque remissionem tributi aut pensiones (τάξεις)²⁾ per privilegium tantum sociis Atheniensium concessas esse constat, id quod duplici modo, ut opinor, fieri potuit, ita quidem, ut populus sollemni psephismate illud privilegium tribueret, aut in contione extraordinaria actori impunitate concessa tum demum in comitiis de remissione vel de pensionibus agere liceret. Et alteram, quam diximus, viam ingressos esse Athenienses remunerationis vel praemii tribuendi causa e. g. Methonaeis psephisma, quod extat [CIA. I 40], docet; alteram autem viam, si qua urbs solvendo non esset eiusque legati „ἐκέτι“ aut alius quis pro illa beneficium remissionis tributi aut pensionum peterent.³⁾ Atque his quidem ἀδεῖα opus fuisse pro certo habendum est. Nam sicut multae, ita sociorum tributa in reditus ordinarios rei publicae relata sunt et socii, qui tributa non pependerit, pro debitoribus publicis habiti.⁴⁾ Remissione igitur tributorum non secus ac pecuniarum rei publicae debitarum τὸ κοινόν illegitime deminutum est, id quod sine populi venia rogari non potuit. Etenim quamquam sociis Atheniensium de tributo, quod senatus populusque Atheniensium decreverat,⁵⁾ etiam in heliastico iudicio agendi

oratores saepe recitavisse eos tantum locos, quos suis consiliis accommodare possent; cf. Wachholtz: »de litis instrumentis« § 18 p. 33; Koehler: Hermes II 31. De simili re cf. Hofmann: »de iurandi formulis« p. 8.

¹⁾ cf. Busolt § 242 p. 215 adn. 9, qui ad hanc rem § 218 confert, ubi de remissione debitorum publicorum agitur, itaque is quoque non obscure probare videtur tributorum remissionem nisi cum populi venia rogare non licuisse.

²⁾ De pensionibus concedendis cf. ea, quae supra s. II a (p. 41 adn. 3) exposui.

³⁾ cf. [Dem.] LVIII 35, ubi de decreto, quod Automedon quidam in gratiam Tenediorum rogaverat, agitur; CJA. II 117 fr. b. vs. 13 sqq., ad quem titulum cf. Hauvette-Besnault: »Les Strat. Ath.« p. 135; cf. etiam [Dem.] I. l. § 37 sq.

⁴⁾ Velut Harpocratio dicit: ἐκλογεῖς οἱ ἐκλέγοντες καὶ εἰσπράττοντες τὰ ὀφειλόμενα τῷ δημοσίῳ. Ἐκλογεῖς autem ei magistratus sunt, qui tributa debita exacturi in urbes sociorum mittebantur; cf. de his Gilbert I p. 398, 4; Busolt I. l. § 242 p. 216, 2.

⁵⁾ cf. Gilbert I p. 395 sqq.; Fränkel: »Die att. Geschworenenger.« p. 44; Busolt § 242 p. 215. Koehler quidem [»Urk. u. Unters.« (Berol. 1870)

facultatem fuisse verisimile est,¹⁾ tamen a senatu populoque et heliastis re iudicata, cum amplius provocationem (ἐφεσιν) fieri lex vetaret,²⁾ vel deminutionem vel pensionem vel remissionem tributi, nisi venia rogandi data erat, sociis petere non licuit.³⁾ Atque secundi foederis Atheniensium maritimi aetate eadem tributorum remittendorum ratio fuit. Illis enim temporibus cum φόροι vel potius συντάξεις⁴⁾ psephismatis Atheniensium decretae essent, ut γραφή παρανόμων populiscita antiquarentur, fieri potuisse constat;⁵⁾ at remissiones collationum ne tum quidem nisi cum populi venia rogare non licuisse arbitror. De harum igitur remissionibus aut pensionibus idem valuisse existimo quod de prioribus, quamquam hae sociorum pecuniae non in aerarium publicum Atheniensium, sed in aerarium sociale delatae sunt.⁶⁾

4. Alia ac privilegiorum, quae supra dixi, ἀτελείας omnium vectigalium ac munerum et ἰσοτελείας peregrinis aut inquilinis datae⁷⁾ condicio est, quae privilegia, quamquam huc non pertinent, tamen paucis attingere liceat.

p. 66 sqq.] tributum a senatu populoque et nomothetis (i. e. ab heliastis) decretum esse putat; sed primum tributum solum lege constitutum esse [cf. de hoc tributo Thuc. I 96] Busolt adnotat § 239 p. 212, 6; cf. etiam Koehler: »Urk. u. Unters.« p. 68; Schoell: Sitz.-Ber. d. K. Bayr. Acad. d. Wiss. 1886 p. 127 sq.

¹⁾ cf. Gilbert I 397; Busolt § 242.

²⁾ cf. Dem. XXIV 50. 55. XX 147; cf. etiam CJA. I 37, 42; Gilbert I p. 387; Busolt l. l. adn. 11.

³⁾ Fränkel cum l. l. p. 44 dicit: »Über einen Erlass des Tributes hat ... die Volksversammlung das Recht zu befinden, ohne dass eine Mitwirkung der Gerichte erforderlich ist; dies wäre aber unmöglich, wenn sie bei der Festsetzung concurriert hätten, denn niemals kann die Volksversammlung einen richterlichen Beschluss aufheben«, errare mihi videtur; nam populi contio sententias heliastarum, venia scilicet rogatori data, antiquandi potestatem habuit. Iudicium sane heliasticum remittendis tributis nequaquam interfuit; cf. Schoell l. l. p. 128 sq.

⁴⁾ cf. Schoemann: »Antiqu.« p. 320; Hauvette-Besnault p. 126, 3. Maiores civitates has collationes non pensabant; cf. Busolt § 248 p. 222, 11.

⁵⁾ cf. [Dem.] LVIII 37 sq.; Busolt § 248 p. 222, 5. Tributa, si a sociis soluta non erant, per vim coacta sunt; cf. Mitteil. d. dtsh. arch. Instit II 142 vs. 13 sq.; CJA. II 62; Gilbert I p. 417; Busolt l. l. adn. 8.

⁶⁾ cf. Gilbert I p. 417, 4. Eodem etiam multae delatae sunt; cf. Busolt l. l. adn. 9. 10.

⁷⁾ cf. Dem. XX 60; CJA. II 144. De ἀτελεία cf. Westermann: »de publ. Ath. hon.« p. 6—12; Tissot l. l. p. 75; »Wien. Stud.« VII 64. — Immunitas

Ac primum quidem incertum est, num his privilegiis, quibus inquilini tributo illo anniversario, quod vocatur *μετοίκιον*, solvendo levantur, aerarii publici reditus ordinarii illegitime deminuantur. Nam *μετοίκιον* sicut omnia vectigalia non per magistratus rei publicae iussu atque nomine exactum esse, sed per publicanos, ad quos elocatum esset, Schenkl [„Wiener Stud.“ II 183 sq.] demonstravit; quam ob rem publicanos potius quam aerarium publicum iacturam fecisse verisimile est. Deinde autem nunquam fere inquilinis nisi praemii causa illa privilegia irrogata esse videntur,¹⁾ itaque re vera de ἀδελφῶν rogatori danda cogitari non posse opinor.

Idem dicendum est de civibus, qui sollemnium liturgiaram immunes facti sunt,²⁾ cum horum quidem privilegio ordinarii rei publicae reditus nequaquam deminuti sint, et sicut inquilinis ita civibus tale quid ob nullam fere aliam rem nisi ob beneficia in civitatem collata³⁾ datum sit.⁴⁾

Nec *προξενίας*⁵⁾ privilegium huius loci est, quae titulus tantum honorarius videtur fuisse.⁶⁾

sacrorum (ἀπέλεια ἱερῶν) Athenis non fuit; ne Harmodio quidem et Aristogitoni, tyranni interfectores, illam concessam esse Dem. XX 128 testatur; cf. Thumser: »de civ. Ath. mun.« p. 123 sq. — Utrum portorii aliorumque huiusce generis vectigalium immunitas Athenis honoris causa data sit necne, non satis liquet [cf. Westermann: »de publ. Ath. hon.« p. 7; imprimis Thumser p. 130 sq.].

¹⁾ cf. Schubert: »de prox. Att.« p. 59. 71. 74 sqq.; Westermann p. 8; Schenkl l. l. II 219; cf. exempla nonnulla decretorum, quibus ἀπέλεια concessa est: CJA. II 27. 121. IV 1, 27a; ἀπέλεια e. c. CJA. II 48. 413; cf. »Wien. Stud.« II 186 sqq.; VII 67 sq.; Foucart: Bull. de corr. hell. 1888 num. III p. 168; Gilbert I 173. — De immunitate proxenis concessa cf. Monceaux l. l. p. 99; »Wien. Stud.« VII 64 adn. 77.

²⁾ cf. Dem. XX 25.

³⁾ cf. Thumser p. 141.

⁴⁾ Non secus e. c. Lacedaemonii optime tantum de civitate meritis homines hoc praemio donaverunt; cf. Thumser p. 111, 3.

⁵⁾ Id privilegium e. c. immunitate minoris dignitatis fuit; cf. Thumser p. 136. Contra Monceaux l. l. p. 31 dicit de hac re: »les scoliasies placent toujours les proxènes, pour la condition légale, au-dessus des métèques et des isotèles.

⁶⁾ Huc etiam »ἐπιγγέτω« titulus pertinet; de his cf. Westermann l. l. p. 29. 43; Gilbert I p. 173; Schubert p. 4. 8; aliter sentit Monceaux p. 14; cf. imprimis p. 56. 91. 97. 106. Hospites publicos τὸ μετοίκιον non solvisse ille quidem dicit (p. 95. 102), sed id tum demum fieri potuisse puto, cum iis ἀπέλεια data esset; ceterum cf. ibid. p. 99. Cum *προξενία* alia privilegia non coniuncta sunt ipso iure; v. supra p. 75 adn. 1.

Postremo qua de causa in privilegiis, quae hominibus optime de civitate meritis praemii causa data sunt, de venia rogatoribus impetranda cogitari non posse existimem, paucis explicare conabor. Atque primum populus, quotiens ἄδειαν decrevit, semper rem publicam in aleam magni periculi aut detrimenti dat. Sane quidem, si impunitatem rogationis cuiusdam ferendae ille dedit, id commodi sui causa fecit, sed praemia et honores tribuens non solum periculum non subit, verum etiam emolumentis quibusdam iam fructa est civitas, itaque nihil aliud nisi gratiam refert hominibus optime de civitate meritis. Sin autem is, cui praemium populus tribuit, eo indignus videbatur, γραφή παρανόμων privilegium ab illo abiudicare licebat.¹⁾ Deinde mos quidem fuisse videtur,²⁾ ut iis, qui bene de re publica meriti honoribus ac praemiis digni viderentur, ea a senatu populoque peterent, quae petitis verbis: αἰτεῖσθαι κατὰ τὸν νόμον³⁾ significari solebat; sed omnino a praemii vi abhorreret, si hominibus bene meritis, ut praemia impetrandi haberent facultatem, supplicum ritu ἄδεια petenda esset, qua re beneficiorum auctoribus (τοῖς εὐεργέταις) urbs esset privata. Liberalitatis denique famam Athenienses plurimi aestimasse Demosthenis in Leptinem oratio quodque orator ea effecit, demonstrare potest.⁴⁾ Quodsi quis dicat dubitandum esse, num legibus de illis privilegiis tribuendis exceptio petita impunitatis⁵⁾ addita sit vel leges de hoc ἀδειας genere dando valuerint, ab eo equidem non dissentio. Sed id nullius momenti est, cum ea, quae protuli, maxima ex parte ad posteriora tempora pertineant. Illo autem tempore, quo nulla fere res publica in largiendis honoribus et praemiis effusior fuit quam Atheniensium, psephismata populi legibus superiora fuerunt simulque ἄδειαν saepius datam esse verisimillimum est, quam per leges cautum et provisum sit.

¹⁾ Id ex ἐγκρίσεως quidem decretis videtur colligendum; cf. Schubert l. l. p. 45 sq.; v. supra p. 73, 6. Idem de προξενίας privilegio valuit; cf. Monceaux l. l. p. 72; cf. etiam ibid. p. 54; Hyperid. fragm. 79. De ἀταξία autem id Demosthene rogatore institutum esse videtur; cf. Dem. XX 164.

²⁾ cf. Thumser l. l. p. 137, 1; »Wien. Stud.« VII 64; Schubert p. 74 sq.; Hartel: »Stud.« p. 237; cf. etiam Buermann: Jahrb. f. klass. Phil. Suppl. X p. 348. Utrum autem eiusmodi lex fuerit — id quod Hartel vult — necne, disceptare nolo.

³⁾ v. supra p. 73 adn. 2; cf. Caillemer: »la naturalisation à Athènes« p. 17; cf. etiam Monceaux l. l. p. 71 sq.

⁴⁾ cf. Monceaux l. l. p. 100. 117.

⁵⁾ v. supra p. 7.

De venia magistratus accusaturis acquirenda.

Priusquam ad alteram huius libri partem transeam, rem quandam exponere in animo est, in qua, mea quidem sententia, de ἀδεία danda cogitari non potest, quamquam Schoemann id videtur affirmasse. Agitur autem de potestate magistratus accusandi, de qua Schoemann [„de com. Ath.“ p. 229¹⁾] haec dicit: „Nemo. ., ut videtur, magistratus accusari potuit propter delictum in fungendo munere sive contra ipsam rempublicam sive contra privatum aliquem commissum nisi cum populi venia.“ „Hoc ita esse“, adnotat Schoemann ad haec verba, „etiamsi nullis testimoniis probare possum, ipsum tamen per se verisimillimum videtur. Adde, quod apud Romanos quoque simile erat institutum.“²⁾ „Sed in gravioribus delictis“, pergit ille, „quae ad summam rempublicam pertinerent, et extra ordinem perseguenda viderentur, εἰσαγγελία ad senatum populumve³⁾ deferrebat.“⁴⁾ Quam sententiam Platner [„Proc. und Klagen bei d. Att.“ I 332 sqq.] refutabat, cui ego quoque assentiar, si quidem Schoemann verbis: „nisi cum populi venia“ ἀδείαν significare voluerit. Etenim magistratus Atheniensium iure Attico ministri tantum rei publicae vel populi sunt,⁵⁾ qui ipse solus τὸ κέρων tenet, quare Aristoteles [Pol. VI 2 p. 1317 b] optimo iure dicit: τὸ τὴν ἐκκλησίαν κυρίαν εἶναι πάντων, ἀρχὴν δὲ μηδεμίαν μηδεὶνος ἢ ὅτι ὀλιγίστων ἢ τῶν μεγίστων κυρίαν. . . et Demosthenes orator [III 30]

¹⁾ Cf. Schoemann: »Antiqu.« p. 232.

²⁾ Idem valuit apud Lacedaemonios, quorum summos magistratus (ἑρ-
ερός) post absolutum demum munus in ius vocare licuit. Etiam religiosius
Cretenses auctoritatem summorum magistratum tuebantur: nam ex lege
illa Gortyniorum nuper detecta (I 50—54) [cf. N. Rhein. Mus. XL suppl-
p. 97, 1] cum cosmo, sive eius servus ab alio vindicabatur, sive ipse servum
vindicaturus erat, non prius agere licuit, quam cosmus munere se abdicavisset.

³⁾ cf. de hac re Busolt l. l. § 185 p. 167.

⁴⁾ Huc referendus mihi videtur locus apud Lys. XIII 32: ἐπειδὴ δὲ ἡ
ἐκκλησία Μουνησιασιν ἐν τῷ θεάτρῳ ἐτίγντο, οὕτω σφόδρα πινὲς ἐπεμλοῦντο ὅπως καὶ
ἐν τῷ δῆμῳ περὶ τῶν στρατηγῶν καὶ τῶν ταξιάρχων μήνους γένοιτο (περὶ δὲ τῶν
ἄλλων ἀπέχρη ἐν τῇ βουλῇ μόνη γεγενημένη). Ad hunc locum Rauchenstein [e-
Lys. orat. sel.⁷ (Berol. 1876)] haec adnotat: »Wenn für die Andern die n-
vor dem Rat gemachte Anzeige genügte, so bedurfte es hinwieder der μήνους
ἐν τῷ δῆμῳ bei Magistraten, weil diese ohne Volksbeschluss nich-
durften gefänglich eingezogen werden«; cf. etiam Frohbergeri adn-
ad h. l.

⁵⁾ cf. Perrot: »le droit public d'Athènes« p. 77 sqq.

populum: δεσπότην τῶν πολιτευομένων significat.¹⁾ Itaque si quis Atheniensium magistratus — qui hac re a magistratibus Romanorum multum differebant²⁾ — accusare voluit, ei ἀδεία opus non fuisse puto, quod accusatio magistratus cuiusdam τὸ κῆρυον populi, cuius ille non particeps est, non violat. E contrario, cum magistratus in administrando munere aut civibus aut rei publicae iacturam inferre posset, missis ambagibus eum accusare licuit. Tum nomen eius per εἰσαγγελίαν ad populum deferri lex iussit venia accusaturo non data, ut ipse Schoemann concedit, et eadem de causa in prima cuiusque prytaniae contione ἐπιχειροτονία magistratuum facta est.³⁾ Atque etiam querelas (προβολάς) apud populum de magistratibus habere licuit, quo facto, ut de his rebus in heliastico iudicio disceptaretur, lex fuit.⁴⁾ Itaque iam ex eo, quod civibus magistratus quosdam accusaturis non semper ἀδείαν dari necesse fuit, intellegi potest illam sententiam probandam non esse vel, ut aliis verbis utar, impunitate (ἀδεία) magistratus accusaturis non opus fuisse ex iure Attico. At vero, num magistratum cuivis civi sine populi venia accusare licuerit, quaerat quispiam. Quod Lysiae verbis [XIII 32] docemur delationes στρατηγῶν et ταξίαρχων apud senatum factas non suffecisse, id quidem ita explicandum videtur, ut tunc de rebus gravissimis actum sit, quam ob rem indicium ad ipsum populum deferendum fuerit.⁵⁾ Tamen primam actionem magistratibus semper fere in comitiis intendi necesse fuisse concedo. Ab hac igitur sententia, ex qua videtur magistratum non sine populi psephismate vel praeiudicio in heliastico iudicio accusare licuisse, non habeo, quod dissentiam.⁶⁾

¹⁾ Cf. [Dem.] LVIII 55.

²⁾ cf. de hac re Perrot l. l. p. 74–79. [Commentationem K. Fr. Hermann: »quaestionum de iure et auctoritate magistratuum apud Ath. cap. II« (Heidelberg 1829) inspicere mihi non licuit].

³⁾ cf. Busolt § 173 p. 154 sq.; cf. etiam Hauvette-Besnault p. 62; Valeton: Mnemos. n. s. XV p. 380.

⁴⁾ cf. Busolt § 192 p. 173.

⁵⁾ cf. Busolt § 192 p. 173 et adn. 5.

⁶⁾ Idem dicit Lipsius: »Att. Proc.« p. 337; cf. etiam Schoemann: »Antiqu.« p. 232. — Alia magistratum in manifesto scelere deprehensorum condicio videtur fuisse, quos per ἐνδείξιν vel per ἀπαγωγὴν accusare licuisse verisimile est. Id quidem de prytanibus [de his cf. Arist. Pol. III 11 p. 1282a; Lyc. adv. Leocr. 79; Hermann: »Gr. Alt.« I^o 125,4; Fränkel: »Die att. Geschworenenger.« p. 22] officiorum immemoribus valuit; cf. Dem. XXIV 22 (in lege); cf. etiam titulum Atticum CJA. I 37, ubi vs. 25 sqq. eiusmodi prytanibus multa statuitur.

B. De impunitate, quae non ad rogationes quasdam ferendas, sed sua ipsius causa petitur.

1. De ἀδεία (impunitate) danda μῆνοραῖς i. e. iis, qui sceleris cuiusdam ipsi affines delaturi sunt socios.

Multis seditionibus civilibus perterritus populus Atheniensium id potissimum sibi agendum esse intellexit, ut constitutioni rei publicae conservandae omni modo consuleret. Itaque ut rerum publicarum commutationes, omnino perduelliones nascentes comprimere possent, in universum: ut gravia crimina publica, quae differri non possent, cum de iis certae leges desiderarentur, protinus ad populum deferrentur, ea, quae εἰσαγγελία vocatur, actio instituta est.¹⁾ Atque publico iure Attico eius quidem actionis intendendae nemo nisi civis Atticus — et is tantum, qui integra civitate (ἐπίτιμος) erat — ius potestatemque habuit, sed indicia nonnullorum delictorum etiam inquilinis peregrinisque et servis ad senatum aut contionem populi deferre licuisse auctores tradunt.²⁾ Quod indicium voce μῆνοσεως significatur, quae ab εἰσαγγελίας actione, h. e. a delatione, diligentissime distinguitur, quamquam non pauci scriptores duorum verborum notiones confundunt.³⁾ In quibus iudiciis deferendis auctores saepe ἕδειαν datam comme-

¹⁾ Cf. Perrot: »le droit public d' Athènes« p. 34. 321 et adn. 2; Gilbert: »Staatsalt.« I passim, imprimis p. 289 sqq.; Busolt: »Die griech. Altert.« § 208 p. 185.

²⁾ cf. Andoc. de myst. pluribus locis: e. c. § 15; Thuc. VI 27. — Delationes aut indicia ad senatum ferri solebant; cf. e. c. Arist. Equ. v. 300; Schoemann: »Gr. Alt.« I 397; Busolt § 182 p. 165, l. § 185 p. 167.

³⁾ Praeclare de hac re egit Schoemann: »de com. Ath.« p. 221 [cf. eundem: »Gr. Alt.« I 397], qui »μῆνοσον« vertit vocabulo iudicii, »εἰσαγγελίαν« delationis. Εἰσαγγελίαν intendit civis, μῆνοσον facit servus aut peregrinus aut civis criminis delati socius; cf. Meier: »de bon. damn.« (p. 134) not. 445; Platner: »Proc. u. Kl.« I 353 sqq.; Busolt § 208 p. 185.

morant, et quaeritur ante omnia, quid haec ἕδεια significaverit in iure publico Attico. Atque Hermann quidem [„Gr. Alt.“ I⁵ 133, 3]¹⁾ opinatus est servis ac peregrinis in eiusmodi causis, quas diximus, veniam vel impunitatem publice datam esse, ut iis verba apud populum facere liceret. Nam reapse et peregrinos, qui, antiquissimis saltem temporibus, usque adeo hostes²⁾ rei publicae habiti sunt, ut res eorum archonti polemarcho³⁾ curandae traditae essent, et servos apud Graecos — non aliter atque apud Romanos — negotiorum publicorum participes esse vel apud populum verba facere lex vetabat, cum comitiis interesse nemini nisi civibus, qui integra civitate fruerentur, licuisse satis constare videatur.⁴⁾ Nihil tamen secius apud Ps.-Demosthenem [LIX 90] haec legimus: τοὺς δὲ πρωτάνεις κελύσει τιθέναι τοὺς καθίσκους ὁ νόμος. . . . πρὶν τοὺς ξένους εἰσιέναι καὶ τὰ γέγραφα ἀναιρεῖν, ex quo loco Schoemann quidem [„de com. Ath.“ p. 80 adn. 33]⁵⁾ coniecit „ex more peregrinis ad finem comitiorum ceteris rebus peractis aditum permissum esse.“⁶⁾ Atque etiam haec apud Demosthenem [IX 3]

¹⁾ Cf. Paulyi: »Real-Encycl.« VI 1 p. 1092. I 1 p. 168; Westermann: »de publ. Ath. hon. ac praem.« Addenda ad § 1 p. 6 post v. 7; Caillemer in »Dict. des antiqu.« I p. 66 sq.; Perrot l. l. p. 321 (cuius sententia testimoniis veterum non comprobatur).

²⁾ De huius verbi notione principali cf. Varro L. L. V 1,3; Cic. Offic. I 12, 37.

³⁾ cf. Poll. VIII 91; Harp. s. v. πολέμαρχος; v. infra s. B 2b α. Quod antiquorum temporum institutum etiam posteriore aetate valuit; cf. Busolt § 49 p. 46.

⁴⁾ Τοὺς ἐκκλησιαζόντας ἐξετάζειν inter alia lexiarchorum eorumque XXX administratorum munus erat; cf. Poll. VIII 104; Perrot l. l. p. 44 et adn. 1; Busolt § 189 p. 170, 7. — Agorato apud Lys. XIII 73 id crimini datur, quod, cum civis non esset, tamen iura civium exercuit: τὸ δικάζειν καὶ τὸ ἐκκλησιαζέειν καὶ τὸ γραφὰς γράψασθαι. — Ne isoteles quidem comitiis interfuerunt; cf. Schenkl: »Wien. Stud.« II 224.

⁵⁾ cf. Schoemann: »Gr. Alt.« I 384; cf. etiam Mnem. n. s. XV p. 27 sqq.

⁶⁾ Fortasse hoc loco, quo de civitate peregrinis danda agitur, non quilibet peregrini promiscue dicuntur, sed novi tantum cives, qui δημοποίητο: vocantur; hi enim, antequam populus in maximo comitiatu civitatem decrevisset, nondum cives, sed peregrini erant. At id non certum est. Nuperime Valetan: Mnemos. l. l. aliter et sagaciter ille quidem de hac re egit. — Nequaquam servis licuit comitiis interesse [cf. Schoemann: »Gr. Alt.« I 352, 6]; Menandri verbum (cf. Meineke: Fragm. comic. Gr. vol. IV p. 181) memoriae proditum est:

. . . . Μεταδίδον' παρῆρησίας (sc. τῷ δούλῳ).

leguntur: ὁμοίως τὴν παρρησίαν ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων οὕτω κοινῆς οἰσθε δεῖν εἶναι πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει, ὥστε καὶ τοῖς ξένοις καὶ τοῖς δούλοις κτήρης μεταδεδώκατε, καὶ πολλοὺς ἂν τις οἰκέτας ἴδοι παρ' ὑμῖν μετὰ πλείονος ἐξουσίας ὅ τι βούλονται λέγοντας ἢ πολίτας ἐν ἐνάσι τῶν ἄλλων πόλεων, denique Ps.-Demosthenes de solis peregrinis haec dicit [LVIII 68]: ... ὡσθ'... μηδ' ἐλπίδα ἡμῖν εἶναι μηδεμίαν τοῦ μετασχεῖν τῆς καὶ τοῖς ξένοις δεδομένης παρρησίας. Sane quidem Ps.-Xenophontis [de rep. Ath. I 12] verba: ἰσηγορίαν καὶ τοῖς δούλοις πρὸς τοὺς ἐλευθέρους ἐποιήσαμεν καὶ τοῖς μετοίκους πρὸς τοὺς ἀστούς¹⁾, in falsum aucta esse ex consilio libelli videtur colligendum. Verumtamen Demosthenes, etiamsi plus dixerit [l. l.], quam veritas patitur, satis dilucide affirmat Athenis servis ac peregrinis facultatem aliquam verba faciendi fuisse.²⁾ Ex his igitur, quae protuli, sequi mihi videtur, ut Athenis nec peregrinis nec servis ἀδεία opus fuerit in indicandum delictum. Immo sicut civibus criminis cuiusdam affnibus, ita peregrinis et servis indicia deferre licuit vel potius, ut equidem opinor, ut cives et peregrini et servi delicta indicarent, populus occasione data decrevit.³⁾ Hic dicat quispiam hanc indicandi facultatem impunitate demum publice data illis hominibus fuisse. At id a vero plane dissentit, cum et peregrinis et servis vel iniussu populi supplicum ritu in-

Βέλτιστον αὐτὸν τοῦτο ποιήσει πολύ (Stob. floril. LXII n. 27), ex quo servis παρρησίαν non fuisse patet. Tamen ad publica sacra et festa deorum servis aditus erat [cf. Busolt § 12 p. 12, 14. § 150 p. 136; cf. etiam Schoemann: »Gr. Alt.« I 352, 8; Büchschütz: »Bes. u. Erw.« p. 149, 3] itemque peregrinis [cf. Schenkl: »Wiener Stud.« II 212]. — De metoecis aliqua ex parte sacrorum publicorum participibus cf. Schenkl l. l. p. 204 sqq.

¹⁾ Schenkl: »Wiener Stud.« II 182, 40 ad hanc rem laudat: Ἀθην. πολιτ. I 10—12 et haec adnotat: »quo loco scriptor, etsi optimatum fautor, tamen ἰσηγορίαν inquilinis datam ab amicorum opprobriis defendit«; cf. Schoemann: »Gr. Alt.« I 351, 2; Büchschütz p. 154.

²⁾ cf. Plat. Gorg. p. 461e; Schenkl: »Wiener Stud.« II 182 adn. 40; Busolt § 150 p. 136.

³⁾ cf. Thuc. VI 27, 2. — Si Menon, Phidiae μνηστής, civis fuerit Atticus, eum propterea supplicem adisse populum (cf. Plut. Pericl. XXXI) puto, quod cum populus edictum, quo indicibus ἀδεία daretur, nondum proposuisset, Menon indicium delaturus impunitatem antea acquirere voluit, quam omnes indices supplices peterent necesse fuit Ἀδεία autem illi opus erat, quod criminis socius fuit; nam indices, ut postea demonstrabo, criminis delati afines habiti sunt.

dicia facere licuerit. Quoquo modo autem res se habet, magnum utique discrimen est inter liberam verba faciendi aut per εἰσαγγελίαν accusandi potestatem et indicii deferendi facultatem¹⁾ vel, ut aliis verbis dicam, aliud est indicare, aliud accusare; illud primo cuique, hoc civibus solis facere licuit Athenis.

Hac vero occasione rem, quam Schoemann [„de com. Ath.“ p. 333] ex Aeschine depromptam affert, examinare liceat, quamquam huius loci non est, ut demonstrabo. Agitur enim de potestate accusandi servis danda, quae ἄδικα, si patuerit servis in iure Attico, ad priorem commentationis partem pertineat.²⁾

Aeschines [I 60] narrat Pittalacum quendam, servum publicum, cum ab Hegesandro et Timarcho gravissimis affectus esset contumeliis, supplicem in ara Matris Deorum³⁾ consedissee, „ut videlicet“, ut ait Schoemann, „querelam ad populum deferret eiusque beneficio ulcisceretur homines potentes, quos in iudicio persequi neque facile sibi neque tutum existimabat.“ Nam Athenis etiam τοὺς ὑβρίζοντας εἰς τοὺς δούλους, dummodo ne hi servorum domini essent, in ius vocare licuit,⁴⁾ quare Aeschines [I 62] de Pittalaco dicit: βαρέως δὲ φέρων τὴν ὕβριν αὐτῶν ὁ ἄνθρωπος δίκην ἐκατέρω αὐτῶν λαγχάνει. Quaeritur autem, num servi iure Attico in hac re cive aliquo vel potius domino⁵⁾ usi sint patrono. Quod ita fuisse

¹⁾ Itaque Meier: »de bon. damn.« p. 135 adn. 445 haec dicit: »Verba [apud Andoc. de myst. 20: ὁ γὰρ νόμος οὕτως εἶχεν κτλ.] satis arguunt non hic de accusatore agi (εἰσαγγειλάναι), sed de indice (μνηστοῦ) longe ab accusatore diverso; cum accusare quidem nisi civi ἐντίμῳ nemini liceret, index autem et peregrinus et servus esse posset...; cf. Lipsius: »Att. Proc.« p. 330. 751; Platner l. l. I 91. 353 sq. [Id, quod Perrot p. 321 dicit, a vero abhorrere adnotavi p. 89,1].

²⁾ Sed num ea unquam data sit, dubitari potest.

³⁾ v. de hac re in libro alt. cap. IV.

⁴⁾ cf. Aesch. I 15. Explicat id orator § 17 his verbis: . . . βουλόμενος (sc. ὁ νομοθέτης) ἡμᾶς ἐδίδου πολλὴ ἀπέχθιν τῆς τῶν ἐλευθέρων ὕβρεως προσέγραψε μὲν εἰς τοὺς δούλους ὑβρίζειν. Cf. Hyper. apud Athen. VI 266 F: ἔθεσαν οὐ μόνον ἑπὶ τῶν ἐλευθέρων, ἀλλὰ καὶ ἐάν τις εἰς δούλου σώμα ὑβρίσῃ, γραφὰς εἶναι κατὰ τοῦ ὑβρίσαντος; Lipsius: »Att. Proc.« p. 394 sqq.; cf. etiam Dem. XXI 47; [Xen.] de rep. Ath. I 10; Schoemann: »Gr. Alt.« I 351, 5; Büchschütz p. 151 sq.; Gilbert I 164, 4; Busolt § 150 p. 136, 4.

⁵⁾ Nam dominus in omnibus rebus servi patronus fuit; cf. Dem. LIII 20; Antiph. de caede Herod. 48; Gilbert I p. 164, 4; Lipsius: »Att. Proc.« p. 749—752; Büchschütz p. 148; Busolt § 12 p. 12. § 150 p. 136.

Platnerum secutus¹⁾ equidem opinor, quam ob causam Aeschines non accurate rem exposuisse videtur.²⁾ Pittalaci autem dominus fuit res publica ipsa, itaque servus populum „ἰκέτης“ adiit, ut is, vel potius polemarchus, cuius in tutela servi publici³⁾ erant, maleficii rationem ab Hegesandro et Timarcho reposceret, nisi forte ipsi,⁴⁾ venia scilicet data, illos homines in ius vocandi facultas facta esset.⁵⁾ Etenim quin ἀδεία servo cuique, si ipse civem accusare vellet, opus fuerit, vix dubitari potest. Sane quidem servis (et peregrinis) „ἐξουσία“ quaedam verba apud populum faciendi Athenis fuerit,⁶⁾ nequaquam vero potestatem contionandi et accusandi habuerunt,⁷⁾ a quo accusandi iure diversissima est indicii deferendi facultas; „dennt“, ait Platner [„Proc. u. Kl.“ I 354], „der Denuntiant, welcher ein begangenes Verbrechen zur öffentlichen Kenntniss brachte, trug auf keine Strafe an und verband demnach mit seiner An-

¹⁾ Cf. »Proc. u. Kl.« I 91.

²⁾ Sed si ab ipso servo sine populi venia civem in ius vocatum esse statuendum esset, id contra leges factum esset. Atque illegitimi aliquid Athenis non raro evenisse notum est. Nec secus a metoecis Atticis in ius vocatos esse cives narrant scriptores, qua in re ne uno quidem verbo patroni eorum commemorantur. Sed id quoque, si res ita se habuisset, contra leges factum esset; cf. de hac re »Wien. Stud.« II 176 sqq.; VII 53 sq. Heffter aliter de hac re sentit: »Die Ath. Gerichtsverf.« p. 96; cf. Lipsius l. l. p. 752, 17; Schoemann: »Gr. Alt.« I 352.

³⁾ Haec Perroti sententia verisimillima mihi videtur; cf. Perrot: »le droit publ.« p. 261; Büchschütz p. 167

⁴⁾ De meliore servorum publicorum condicione et de praecipuo iure, quo hi Athenis fruebantur, cf. Lipsius l. l. p. 752; Schoemann: »Gr. Alt.« I 354. Sed id, quod Büchschütz dicit (p. 167): »es ist wahrscheinlich, dass ihnen (sc. den Staatssklaven) in Bezug auf selbständige Führung von Processen Vorzüge vor den Privatsklaven gewährt waren«, a vero abhorret. Nam illorum dominus res publica est, cuius vice in his rebus polemarchum functum esse verisimile est.

⁵⁾ Ceterum cum ille sua sponte de ara surgeret, in deorum tutela, qua supplex fruebatur, esse desiit; cf. Lys. XIII 29.

⁶⁾ Quamquam equidem puto eam facultatem in indicii deferendis versatam esse; et si hac occasione tormenta adhibita sint [v. paulo infra p. 96 adn. 6], indicium ab his factum idem valuerit ac testimonium eorum, ad quod dicendum ἀδεία servis non opus erat.

⁷⁾ cf. Lys. XIII 73. XXVI 2. Immo ne testes quidem servi produci poterant, nisi in caedis causa; in aliis causis testimonium servorum nisi tormentis adhibitis nihil valet; cf. Schoemann: »Antiqu.« p. 189; »Gr. Alt.« I 352; Lipsius: »Att. Proc.« p. 875 sq.; Büchschütz p. 145; Gilbert I p. 164 Busolt § 12 p. 12, 10. § 150 p. 136. — Pro servo ut dominus, pro peregrina

zeige kein Klaggesuch. Er hatte daher die Obliegenheiten eines Klägers: Entrichtung der Gerichtsgelder, Fortsetzung des anhängig gemachten Processes und eine gerichtliche Ausführung seiner Anschuldigungen nicht auf sich, noch auch die Nachteile zu befürchten, welche den sachfälligen Ankläger trafen.“ Haec civium iura et honores erant, quibus nec servi nec peregrini sine populi venia uti potuerunt. Sed si forte populus Pittalaco veniam dederit, ipse servi publici exstiterit patronus, eo quidem consilio, ut possessionem suam tueretur. Si enim quis servum violabat, domino eum accusare licuit.¹⁾ Alia autem fuit causa eorum servorum, qui supplices orabant, ut liberarentur a dominis. Servis enim, qui saevius crudeliusque tractabantur, populus permutacionem dominorum vendendo concessit.²⁾ Qua in re de ἀδελφῶν servis danda non cogitandum est. Namque servus ex iure Graecorum (et Romanorum) non persona fuit, sed res eius, qui illum emerat.³⁾ Populo autem inter dominum eiusque rem iudici existere non licuit.⁴⁾ Qua igitur de causa in hanc rem se interposuerit po-

et metoeco patronus in omnibus et publicis et privatis negotiis intercederet, lex fuit. Sed, ut ait Schenkl in »Wien. Stud.« II p. 179: »legi suffecisse putabatur metoecus, si in libellis vel ceteris litteris forensibus suo ipsius nomini patroni praescripisset nomen (id quod verbo προγράψαι significatur). Quod si fecerat, tum aut ipse causas agere vel sua gerere poterat negotia aut alius cuiusdam praeter patronum civis in eis administrandis uti auxilio«. — De meliore condicione, qua inter peregrinos metoeci Athenis fruebantur, cf. Schenkl: l. l. p. 213; cf. etiam »Wien. Stud.« VII 53.

¹⁾ cf. Busolt § 12 p. 12, 9.

²⁾ cf. Schoemann: »Antiqu.« p. 188. — Asyla servorum nimis aspere tractatorum a dominis et vexatorum fuerunt Athenis: τὸ ἄστυον et τὸ τῶν Ἑλλήνων ἄστυον; cf. Gilbert I p. 165, 1; Büchschütz p. 152; Busolt § 12 p. 12. § 150 p. 136. Utrum lex fuerit, ut ii servi venditarentur, an populus misericordia commotus id concesserit, disceptandum non est; cf. Schoemann: »Antiqu.« p. 188; »Gr. Alt.« I 351; Büchschütz p. 153; Gilbert I p. 165, 2; Lipsius: »Att. Proc.« p. 180. 625 sq.; Busolt § 12 p. 12. § 150 p. 136. De simili Cretensium instituto in lege Gortyniorum commemorato cf. N. Rh. Mus. XL suppl. p. 95 et adn. 66.

³⁾ cf. Arist. Pol. I 4 p. 1254 a; Oncken: »Staatslehre« II 39 et adn. 1; Büchschütz p. 142 sq. 150; Busolt § 12 p. 11.

⁴⁾ Sane quidem dominus vitae necisque potestatem in servos non habuit, sed morte nisi per indices servus puniri non potuit; cf. Heffter l. l. p. 94; Schoemann: »Gr. Alt.« I 351; Büchschütz p. 150, 6; Gilbert I p. 165; Busolt § 12. § 150. Tamen si dominus servum suum occidisset, tantum numen divinum scelere violatum expiare fas erat; cf. Antiph. VI 4; Pauly: »Real-Encycl.« VI 1 p. 1091; Büchschütz p. 151.

pulus, quaeras. Fecit id populus religione motus. Antiquissimorum enim temporum civitates cum societates publicae tum sacrae fuerunt, quae eosdem deos colebant. Cuius congregationis et coniunctionis in re publica populari sacerdos maximus populi contio est, quae non modo ius humanum sed etiam ius divinum tuetur. Inter praecepta autem Iovis est hoc, ne supplex¹ violetur; itaque si quis in tutela Διὸς ἱκεστόν est, populum in eum id adhibere, quod Graeci voce αἰδοῦς significant, religio est.

Sed ad rem propositam revertamur.

Quoniam demonstravimus (p. 90) ἄδεια, cuius in iudiciis deferendis scriptores mentionem faciunt, non significare potestatem apud populum verba faciendi vel indicandi delicti publice data ad aliam rem illa pertineat necesse est. Ac Thumser quidem [„de civ. Ath. muneribus“ p. 21], qui primus de hac re fusius egi demonstrare est conatus populum illis hominibus impunitatem delicti commissi largitum esse, postquam Blass Goetzi commentationem [„der Hermokopidenprocess“ in Jahrb. f. klass. Phil. Suppl. VIII p. 535 sqq.] recensens [„Jen. Lit.-Ztg.“ 1877 p. 15: Hermanni et Goetzi errorem animadvertit.²] Atque Meier [„d. bon. damn.“ p. 135 adn. 445] iam rectum intellexit, quod hi verbis dixit: „...cum ...index ..criminis socius esse posse cui, si vera indicasse iudicetur, ἄδεια i. e. impunitas dabatur. Postremo autem rem recte exposuit Lipsius [„Der attische Process“ p. 330].³ Sed ut res disceptetur, accuratius in nonnullos locos huc pertinentes inquirere mihi in animo est.

Ἀδεία enim illius exempla non pauca inveniuntur apud oratores Atticos, praecipue apud Andocidem in oratione de mysteriis habita. Ubi (§ 11) Pythonicus quidam in comitiis

¹) De supplicibus cf. e. c. Thuc. IV 98. De asyloꝝ sanctitate cf. Schoemann: »Antiqu.« p. 376; in universum cf. de asyloꝝ: Caillemer in »Dict. des antiqu.« I 505 sqq. s. v. ἀσυλία.

²) Blass l. l. haec dicit: »Eine Ungenauigkeit anderer Art ist p. 533, 5 'Freunde (id erratum typographicum corrigendum est verbo: »Fremde«) ur Sklaven bedurften, wenn sie die Anzeige von einem die Sicherheit d. Staates bedrohenden Verbrechen zu machen hatten, dazu der ἄδεια.' Do nur insofern sie sich selbst als beteiligt angaben, und diese ἄδεια war der Bürger Andokides bei seiner Anzeige nicht minder nötig«.

³) cf. Frobergeri adnot. ad Lys. XIII 55 [Froberger ed. Lys. or. sel. vol. I^o (Lips. 1880)]; cf. etiam ea, quae Valetton: Mnemosyne n. s. t. p. 2 de hac re breviter adnotat.

enuntiat Andromachum servum in Alcibiadem indicium facturum mysteriorum laesorum, si ἄδειαν impetraverit. Atque ἀδεία data Andromachus indicium defert. Quo loco orator his verbis utitur¹⁾: ...καὶ ἐὰν ψηφίστησθε ἄδειαν²⁾ (ῥ) ἐγὼ κελεύω, θεράπων ὑμῖν ἐνθάδε ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν ἀμύητος ὧν ἐρεῖ τὰ μυστήρια· εἰ δὲ μὴ, χρῆσθε ἐμοὶ ὅτι ἂν ὑμῖν δοκῆ, ἐὰν μὴ τᾶληθῆ λέγω. Quodsi ex his tantum, quae protuli, verbis colligenda esset notio ἀδείας, non haberem, quod Hermanni³⁾ sententiam non probabilem existimarem. Quod etiam dilucidius fiet, si addideris, quae apud eundem oratorem (§ 12) leguntur: ἐπεὶ δὲ ἐψηφίσαντο ἀντὶ τὴν ἄδειαν, ἔλεγεσθαι ὅτι ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Πουλυτίωνος γίγνεται μυστήρια.⁴⁾ Verum haec Hermanni sententia verbis redarguitur,⁵⁾ quibus vim legis ad indicia faciendae spectantis Andocides exponit (§ 20): καὶ ὁ πατήρ ἐπέλεγε ἀγῶνα τοιοῦτον ἀγωνίσασθαι, ἐν ᾧ δύοιν τοῖν μεγίστοιν κακοῖν οὐκ ἴσθαι ἀμαρτεῖν; ἢ γὰρ ἐμοῦ δόξαντος τὰ ὄντα μὴνύσαι κατ' ἐκείνου ἢ ἐμοῦ ἀποθανεῖν, ἢ αὐτῷ σωθῆναι ἐμὲ ἀποκτεῖναι. ὁ γὰρ νόμος οὕτως εἶχεν· εἰ μὲν τᾶληθῆ μὴνύσειέ τις, εἶναι τὴν ἄδειαν, εἰ δὲ τὰ ψευδῆ, τεθνᾶναι. Dilucide igitur haec lex praecipit, ut ἄδεια i. e. impunitas indici (μηνυτῆ) detur, ea quidem conditione, ut verum sit, quod dixerit, sin aliter, ut morte puniatur. Atque etiam Ps.-Lysias [VI 23] idem dicit: ἐκ δ' οὖν τούτου τοῦ

¹⁾ Ed. Blass.

²⁾ Hoc loco articulus vocabulo ἀδείας deest, qui huic nomini saepe significanter additur. Apud Andocidem usus incertus est (cf. de myst. 12 et 15); in titulis Atticis (v. supra p. 52 sq.) ille semper fere legitur.

³⁾ v. supra p. 89.

⁴⁾ non aliter ac si ille homo venia demum data facultatem verba faciendi impetrasset. Ab eadem sententia ne alius quidem locus [de myst. § 15] abhorreret, nisi index illius criminis a se delati ipse socius esset: ad hunc locum cf. Scheibe: »Olig. Umwälz.« p. 54 adn. 24. Huc pertinet locus Plutarchi Pericl. XXXI: Μένωνά τινα τῶν Φειδίου συνεργῶν πείσαντες ἱκέτην ἐν ἀγορᾷ καθίζουσαν αἰτούμενον ἄδειαν ἐπὶ μὴνύσει καὶ κατηγορίᾳ τοῦ Φειδίου, quo verba: ἄδειαν ἐπὶ μὴνύσει ita interpretemur necesse est: »(petentem) impunitatem«, ut lingua vernacula utar, »um der μήνυσις willen« vel »dafür, dass er die μήνυσις erstatten wird«; cf. [Lys.] VI 43; Blassi in Plut. vit. sel. (ed. Siefert et Blass) adn. ad h. l. Nam supplicii omni tempore indicandi potestas fuit; si igitur ἀδεία ei opus erat, alia causa suberat, ea scilicet, quod, ut demonstrabo, index sceleris delati affinis putabatur; v. etiam supra p. 90, 3. — Caillemier in »Dict. des antiqu.« I 67 Menonem servum fuisse contendit non recte, ut opinor. Cum enim ἀτέλεια ei data sit a populo (cf. Plut. Per. XXXI), aut civis aut peregrinus ille fuerit necesse est.

⁵⁾ cf. Thumser l. l.

τιμήματος ἐδέδετο ἐγγὺς ἐναυτόν, καὶ ἐμήνοσε δεδεμένος κατὰ τῶν αὐτοῦ συγγενῶν καὶ φίλων, ἀδείας δοθείσης αὐτῷ, εἰ δόξειε τὰ ληθῆ μὴ νῦσαι;¹⁾ denique huc pertinet Lysiae locus [XIII 50]²⁾, quae haec leguntur: ἔπειθ' ἡ κρίσις, ἣν ἐκρίθη ἐπὶ τῶν τριάκοντα ἀφείδη, διαβρήδην λέγει, „διότι“ φησὶν „ἔδοξε τὰ ληθῆ εἰσαγγεῖλαι“. Quae cum ita se habeant,³⁾ tam civibus⁴⁾ quam peregrinis servisque⁵⁾ hac impunitate opus est.⁶⁾

Quodsi ἀδειαν impunitatis delicti commissi significationem habuisse et ea civibus quoque opus fuisse constat, sequitur, ut ἀδειαν impetranda fuerit propterea, quod indices socii criminis putabantur. Hic dicat aliquis civibus quidem tum impunitate opus fuisse, cum ipsi affines criminis a se delati essent; quam sententiam iam Thumser [l. l. p. 21] his verbis refutavit: „Ne quis . . obiciat, servum illum (ab Andocide [de myst. 11 sq.] commemoratum) non ipsum mysteria aperuisse, etiam eos, qui tantum audierant mysteria enuntiata, poena adfectos esse quam clarissime eo ostenditur, quod Polystratum, quamvis non in eorum numero relatus esset, qui mysteria fecerant, tamen occisum esse Andocides [l. l. § 13] tradidit.“⁷⁾ Athenienses enim in his

¹⁾ Idem patet ex duobus locis: [Lys.] VI 43 et Lys. XIII 56.

²⁾ cf. Frohberger ad h. l. et Rauchenstein.

³⁾ cf. Busolt § 150 p. 136 (ἀδείας concessae μνηστοῖς Busolt hoc loco mentionem non facit).

⁴⁾ cf. Andoc. de myst. § 22; [Lys.] VI 23. 36; Lys. XIII 55; Plut. Alcib. XXI. Pericl. XXXI; Thuc. VI 60,3.

⁵⁾ omnino iis, qui cives non erant; cf. Andoc. de myst. 11. 12. 15. 34; Lys. XIII 26; ad hunc locum cf. Frohbergeri et Rauchensteini adnotationes ad § 28.

⁶⁾ In universum Heffter: »Die Ath. Gerichtsverf.« p. 235 recte haec dicit: »Mitschuldige, die die Teilnehmer an dem Verbrechen verrieten, erhielten Straflosigkeit«. Cf. Thuc. VI 27, 2. 60,3. — Ceterum ex Lys. verbis XIII 25. 27 fortasse colligi potest etiam in iudiciis deferendis quaestiones servorum et libertinorum (et peregrinorum) tormentis adhibitis factas esse (cf. adn. Frohbergeri ad Lys. XIII 27 et Rauchensteini ad Lys. XIII 27. 54; Scheibe: »Olig. Umwälz.« p. 51; Lipsius: »Att. Proc.« p. 889 sqq. 896 sqq.); cum autem tormentorum in Agoratum adhibitorum nulla mentio fiat, potestne ex hac re conici ex servis (et peregrinis) et libertinis indicia faciendis impunitate data non per tormenta quaesitum esse? an id non factum esse putandum est propterea, quod Agoratus se civem esse ementiebatur?

⁷⁾ cf. tabulas poletarum [CJA. I 277 vs. 7 sq.], quibus etiam illius bona publicata esse apparet; cf. etiam CJA. IV 1 fasc. alt. n. 277a, imprimis ea, quae Kirchhoff ad hunc titulum adnotavit.

rebus eam secuti sunt rationem, ut conscii criminis alicuius iidem affines habiti sint. Itaque Agorato ἀδεία opus fuit,¹⁾ qui non veniam dicendi, sed impunitatem commissi sceleris impetraret. Is enim quamquam in coniuratorum numero non erat,²⁾ tamen coniurationis, sicut conscius erat, ita affinis putabatur,³⁾ quam ob causam de ipso quoque quaestio habita est.⁴⁾ Atque eadem de eo indicio dicenda sunt, quod Plutarchus [Pericl. XXXI] memoriae prodidit.⁵⁾

Facile igitur intellegi potest, quibus consiliis usus populus hoc privilegium irrogaverit. Si enim quis sceleris publici noxius est, leges, praesertim eas, quae rei publicae constitutionem aut deorum sacra instituta tuenda curant, violavit et divinum rei publicae ordinem rupit ac turbavit. Nec solum, si quis scelus in deos committit, in hos peccat ipsos, sed etiam rem publicam, quae deorum sacra iura tutatur, violat. Apud Thucydidem quidem [VI 28, 2] legimus haec: καὶ ἐβόων ὡς ἐπὶ δῆμου καταλύσει τὰ τε μυστὰ καὶ ἡ τῶν Ἑρμῶν περικοπή γένοιτο.⁶⁾ Tamen populus sociis indicatis delatores ut homines de re publica bene meritos poena non afficit, sed gratiae ius exercens impunitate donat, cum ex indicio fructum se percepturum esse speret. Una autem sola impunitatis dandae condicio est, ut verum delatores indicent: si verum est indicium, scelus illorum expiatum videtur, sin falsum, morte luunt. Quae cum ita se habeant, impunitatem decretam abrogare populo licuisse, cum indicium falsum fuisse is cognovisset,⁷⁾ per se ipsum intellegitur, non secus ac donationis vel privilegii alicuius decretum populo antiquare licuit. Nam haec impunitas, de qua agitur, praemium fuit indicibus ut hominibus de civitate bene meritis tributum.⁸⁾ Praeterea servi indicio delato non raro

¹⁾ De Agorato cf. Lys. or. XIII; de hac re cf. Frohbergeri adn. ad Lys. XIII 26. 28.

²⁾ cf. Lys. XIII 21 et ea, quae Frohberger ad h. l. adnotavit.

³⁾ cf. Frohbergeri adn. ad Lys. XIII 23.

⁴⁾ cf. Rauchenstein ad Lys. XIII 50.

⁵⁾ cf. de hac re Lipsius: »Att. Proc.« p. 330 sqq. Hoc quoque loco indicem criminis socium habendum esse censeo, quare ei ἀδεία opus fuisse. Fortasse id etiam ex vocabulo συναργῶ, quod e. c. apud Andoc. de myst. § 15 socium criminis significat, colligendum est; cf. Blassi in Plut. vit. sel. (ed. Siefert et Blass) adn. ad h. l.

⁶⁾ De hac re cf. Plut. Alcib. XXI; cf. etiam Oncken: »Staatslehre« II 4.

⁷⁾ cf. Frohberger ad Lys. XIII 55.

⁸⁾ cf. [Lys.] VI 36.

libertate donati sunt.¹⁾ Atque etiam aliae indicinae sive praemia indicii (τὰ μῆνοτρα) memorantur.²⁾ Si quis enim ex indicio in exilium expellebatur bonaque publicabantur, partem delatori populum tribuisse notum est. Et ex publico quoque aerario praemia non parva dabantur.³⁾

Ceterum ea impunitatis datio honesta ratio putari non potest; nam genus delatorum hoc privilegio generatum educatumque est, quod, ut sycophantae posteriorum temporum, saepe malis consiliis usui fuit.⁴⁾ Etenim magna illa praemia delatoribus data causae fuerunt, quod nunquam non inveniebantur, qui indicia facerent. Et sicut sycophantis accusationes quaestui erant, ita imprimis servis et inquilinis indicia. Perniciosa autem auctoritas, qua sycophantae Athenis fruebantur, nemini ignota est, qui quidem historiam rei publicae Atheniensium, imprimis posterioris aetatis, noverit.⁵⁾ Perniciosior indicum fuisset, si una cum data impunitate vitae securitatem populus decrevisset.⁶⁾ Nam si id factum esset, servorum indicia nimis crebra fuissent, praesertim si rationem habeas magni servorum in dominos odii.⁷⁾ Atque re vera servo

¹⁾ Cf. Heffter l. l. p. 235; Schoemann: »Gr. Alt.« I 352; Lipsius: »Att. Proc.« p. 751; Gilbert I p. 167 sq.; Busolt § 13 p. 12 et adn. 16. § 150 p. 136; Büchschütz: »Bes. u. Erw.« p. 173; Schenkl: »Wiener Stud.« II 218.

²⁾ cf. Thuc. VI 27; [Lys.] VI 43; Westermann: »de publ. Ath. hon.« Addenda ad § 1 p. 6 post v. 7.

³⁾ cf. Andoc. de myst. 27. 28; Plut. Per. XXXI, ubi Menoni praeter ἀδείαν etiam immunitatem irrogatam esse audimus; Blass ad h. l.

⁴⁾ cf. Plut. Per. XXXI; Thuc. VI 60. — Etiam Romanis hoc indicum genus notum erat, idemque nostris temporibus invenitur in Britannia, ubi institutum »testium coronae« (Kronzeugen) viget. — In universum cf. de hac re Lueder: »Das Souveränitätsrecht der Begnadigung« (Lips. 1860) p. 173.

⁵⁾ cf. Büchschütz l. l. p. 568 sqq.

⁶⁾ Id autem non factum esse verba Plutarchi Per. XXXI satis dilucide demonstrant; hoc enim loco legimus populum impunitate Menoni data praetoribus imperasse, ut saluti eius hominis prospicerent [de hoc praetorum munere cf. Hauvette-Besnault: »Les Strat. Ath.« p. 144 sq.; Foucart: Bull. de corr. hell. 1888 n. III p. 169]; cf. de hac re Meier et Schoemann: »Der Att. Proc.« p. 107. Nam ἀδεία data populus delatorem ab accusatione tuetur, non ab ultione civium potentium, quare imprimis servos ἀδεία concessa non tutos fuisse facile intellegitur. Velut Batrachus quidam, qui aetate XXX tyrannorum delator factus erat, in urbe remanere non ausus est, »οδοῶν ἀπέφυγε«, ut ait [Lys.] VI 45, »συνθηκῶν καὶ ὀρκῶν καθάρτη τοῖς Ἐλευσινίοις«.

⁷⁾ cf. Büchschütz l. l. p. 156 et adn. 1.

licuisse sceleris a domino commissi indicium facere e Lysia [V 5] videtur patere.¹⁾

Ex his, quae diximus, apparet ἔδειξν illam non ad rogationem quandam ferendam petitam esse, sed per se ipsam impunitatis possessionem utilem fuisse criminis alicuius affinibus. Itaque ratio huius ἀδείας dandae diversa est ab ea, quam in libro altero exponemus;²⁾ ut accuratius dicam: hoc privilegium eiusmodi erat, ut in eadem, in qua ad populum ferebatur, contione ratum fieret; sed utrum id a sex milibus civium haud minus impertiri necesse fuerit necne, disceptare non audeo.³⁾ Ceterum indicia saepissime ad senatum delata sunt,⁴⁾ qui, quo tempore ἀποκράτωρ fuit, etiam impunitatis dandae potestatem habebat.⁵⁾

2. De ἀδεία sive fide publica Atheniensium.

a. De fide publica, quae ad ius publicum Atheniensium pertinet, h. e. exulibus in patriam redituris acquirenda.

Nunc iam de ea ἀδεία copiosius disserere mihi proposui, quae in iure publico Romanorum „fides publica“⁶⁾ vocatur. Et primum quidem, postquam fidem publicam in duo genera distinxerimus, quorum alterum ad ius publicum, alterum ad ius gentium spectat, de iuris publici instituto, h. e. de fide publica sive venia vel impunitate Athenas redeundi exulibus acquirenda, agemus.

¹⁾ Cf. Schenkl: »Wiener Stud.« II 218; Lipsius l. l. p. 751.

²⁾ Haec enim, de qua agemus, ratio ad alterum ἀδείας genus supra (sub A) tractatum pertinet.

³⁾ Omnino haec ἔδεια, quam nunquam indicibus non concessam esse puto, nihil aliud nisi caerimonia videtur fuisse, cum veritas indicii delati maximi momenti fuerit (cf. Frohbergeri adn. ad Lys. XIII 55. 50). Atque heliastarum iudicio illud populi decretum et probare et abrogare licuisse puto. Itaque Andocides, cui ἔδειαν datam esse scimus [cf. Andoc. II 23; [Lys.] VI 43], postea a populo petiit, ut ἔδεια abrogata sibi restitueretur; cf. Andoc. II 23. 27. Quae cum ita sint, hanc ἔδειαν simplici psephismate irrogatam esse existimet quispiam, quamquam id incertum est; cf. Valeton: Mnemos. n. s. XV p. 2, qui contendit: »haec.. (sc. impunitas indicandi delicti) per simplex populiscitum irrogatur«.

⁴⁾ cf. Busolt § 185 p. 167.

⁵⁾ cf. Andoc. de myst. § 15 et ea, quae Blass in edit. (Lips. 1880) praef. p. XI adnotat.

⁶⁾ recenti nomine: »sicheres Geleit«.

Ei, qui exulum revocationem rogaturus erat — id quod in amnestiis fieri solebat — *ἄδειαν* impetrandam fuisse supra (p. 15 sqq.) demonstravimus. Qua rogandi impunitate decreta ipsa revocationis rogatio in comitiis accepta aut antiquata est. Quodsi populus sollemni psephismate omnes exules revocari iusserat, in patriam tuto redeundi illi potestatem habuerunt, neque iis fide publica opus fuit. Sin autem populus venia rogatori data reditum singulorum exulum decreverat, simul revocatis maioris securitatis causa fidem publicam si non semper, attamen saepe decretam esse opinor, quamquam id non certo scitur. Huc pertinent duo de reditu Alcibiadis loci, qui apud Thucydidem inveniuntur. Quibus Thucydides [VIII 76, 7] haec dicit: *Ἀλκιβιάδην τε, ἦν αὐτῷ ἄδειαν τε καὶ κάθοδον ποιήσωσιν, ἄσμενον τὴν παρὰ βασιλέως ξυμμαχίαν παρέξειν*, et ibid. [cap. 81]: *καὶ τέλος ἐπ' ἐκκλησίας ἔπεισε (Θρασύβουλος) τὸ πλῆθος τῶν στρατιωτῶν,¹⁾ καὶ ψηφισαμένων αὐτῶν Ἀλκιβιάδην κάθοδον καὶ ἄδειαν πλεύσας ὡς τὸν Τισσαφέρην κατήγεν ἐς τὴν Σάμον τὸν Ἀλκιβιάδην. . .*²⁾ Quid autem his locis vox *ἄδειας* significet, quaeritur. De impunitatis quidem notione vix cogitari potest, quod revocatione decreta ipso iure Alcibiades impunis factus est; itaque *ἄδεια* nihil aliud nisi securitatem itineris faciendi publice datam sive fidem publicam³⁾ mihi videtur significare. Quod privilegium cum revocatione in maiorem revocati securitatem coniungi solebat, ne quis eum violare auderet. Atque eandem ob causam etiam iis, qui per ostracismum expulsi ante exactos decem annos psephismate revocati sunt, hanc *ἄδειαν* sive fidem publicam nonnunquam decretam esse non veri dissimile videtur. Sed eius *ἄδειας* privilegium iis maximi momenti fuit, qui revocatione nondum decreta in patriam redire voluerunt. Archontum⁴⁾ enim erat videre, ut exules iniussu populi reduces morte punirentur.⁵⁾ Itaque si exules reverterant, eorum *ἀπαγωγή* facta est ad thes-

¹⁾ Si id initio quidem venia rogatori non data factum sit, mirum non videatur, cum haec revocandi ratio extraordinaria fuerit. Iusta autem et sollemnis revocatio paulo post Athenis decreta est [cf. Thuc. VIII 97].

²⁾ cf. etiam hos locos Thucydidios: III 114. IV 114, ubi simili modo vocabula *ἀδείστερος* et *ἀδεῶς* in usu sunt.

³⁾ v. supra p. 5 adn. 4.

⁴⁾ cf. Gilbert I p. 239 et adn. 4. Sed id potius thesmothetarum munus fuisse probavit Meier: »de bon. damn.« (p. 43) not. 127; cf. Meier et Schoemann l. l. p. 41, 37.

⁵⁾ cf. Poll. VIII 86; cf. etiam Dem. XXIII 31; Platner l. l. I 266 sq. 282 sq.; cf. Meuss: »de ἀπαγωγῆς actione« p. 19 sqq.

mothetas¹⁾ aut ad undecimviros, vel per ἔνδεκα τῶν eorum nomina delata sunt,²⁾ nisi iis antea fides publica a populo privilegio decreta erat. Quam fidem publicam exules, antequam Athenas redirent, per litteras a populo petere solebant. Tamen Andocides orator, qui propter mysteria enuntiata exul factus erat, aliquanto post eversum Quadringentorum imperium non solum in patriam ille quidem rediit fide publica non data; immo, quamquam a foro sacrisque arcebatur, a prytanibus, videlicet pecunia corruptis, in contionem introductus petiit a populo, ut impunitas pridem sibi decreta³⁾ restitueretur,⁴⁾ rogatione autem non perlata tum demum rursus ex patria discessit.⁵⁾ Speraverat enim Andocides impune se Athenas reditum esse, quod tum alii quoque exules reverterant. Contra Ps.-Demosthene auctore⁶⁾ Demosthenes ipse, cum exul factus esset, per litteras fidem publicam a populo petiit, ut Athenis revocationis restitutionisque agenda ipse facultatem haberet.

b. De fide publica Atheniensium, quae ad ius gentium pertinet.

a.- de fide publica peregrinis Athenas profecturis acquirenda.

Transeamus ad alterum fidei publicae genus, quod ad ius gentium spectat, h. e. ad veniam Athenas commeandi.

In antiquis rebus publicis opinio inveteraverat quemvis peregrinum hostem civitatis iudicandum esse,⁷⁾ et prisca quidem aetate in omnibus Graeciae civitatibus peregrini omnibus legum praesidiis carebant.⁸⁾ Atque etiam posterioribus temporibus,

¹⁾ Cf. Lyc. adv. Leocr. § 121; Schoemann: »Gr. Alt.« I 414.

²⁾ cf. Poll. VIII 50; Dem. XXIII 51 sq.; [Lys.] VI 15.

³⁾ v. supra p. 99 adn. 3.

⁴⁾ cf. Andoc. II 23. 27; Meier: »de bon. damn.« p. 183.

⁵⁾ cf. Plut. vit. Andoc. in Blasi edit. orat. Andoc. et argum. ad or. II.

⁶⁾ cf. Ps.-Dem. epist. III p. 1484: . . . καὶ μόνον αὐτοῦντος ἔδειαν ὄσοντες χρόνον τῶν ἑκείων δεδωκότες (»cum fidem publicam et tutum receptum petam«); cf. etiam Ps.-Dem. epist. II (περὶ τῆς ἰδίας καθόδου) p. 1472; [Aesch.] epist. VII 4.

⁷⁾ v. supra p. 75. 89; Cic. de off. I 12, 37; Hermann: »Gr. Alt.« I^o § 9, 2 [cf. etiam editionis sextae a Thumsero curatae (I^o) fascic. prim. § 9 adn. 3]; Perrot l. l. p. 259 sq. et adn. 3. Contra cf. Schoemann: »Gr. Alt.« II 18 sqq.; cf. etiam Busolt § 54 p. 50. § 15 p. 14; Monceaux: »Les Prox. Grecques« p. 2. 91.

⁸⁾ cf. »Wiener Studien« II 162. 178; VII 51.

quamquam mercatu ac commercio in dies crescente rationes illae graves et iniquae paulatim in melius mutatae erant,¹⁾ tamen generaliter peregrinorum condicio etiam in iis civitatibus, in quibus commercii causa multi peregrini versabantur, bona non erat,²⁾ et imprimis in itineribus faciendis multa illis pericula imminebant. In quibus nec rerum nec vitae, non in bello tantum sed etiam in pace, ulla fuit securitas.³⁾ Itaque si quis, praesertim belli temporibus, exteras civitates aditurus erat et tuto proficisci cupiebat, is qui aliter in itinere nulla fere iura habebat, sed deorum tantum, imprimis $\Delta\iota\delta\epsilon\varsigma$ $\xi\epsilon\upsilon\iota\omicron\upsilon$, tutela fruebatur,⁴⁾ securitatis privilegium a civitate petendum ei erat. Atque Alcibiades quidem, cum nullo alio loco se tutum fore intellexisset, a Lacedaemoniis petiit, ut ipsum reciperent; priusquam autem ad eos proficisceretur, fidem publicam, quam Plutarchus [Alcib. XXIII]⁵⁾ nomine $\alpha\delta\epsilon\iota\alpha\varsigma$ significat, postulavit, qua accepta Lacedaemonem venit. Qua in re Alcibiadem usum esse ea consuetudine, quam Athenis valuisse puto, verisimile videtur. Quod si verum est, haec $\alpha\delta\epsilon\iota\alpha$ fidem publicam et tutum receptum et legatis⁶⁾ et peregrinis Athenas commeantibus concessit itaque inter gravissima iuris gentium instituta fuit. Quod privilegium nisi sollemni populi psephismate tribui non potuit, cum eiusmodi esset, ut ea re, h. e. peregrino vel hoste recepto, res publica ipsa in discrimen quoddam se inferret. Civitas autem irrogabat privilegium

¹⁾ Cf. Schenkl l. l. II p. 162 sq.

²⁾ cf. de metoecorum Atticorum statu id, quod Schenkl l. l. p. 180 sqq. exposuit. — In universum metoecorum condicio multo melior erat quam peregrinorum; cf. Schenkl l. l. p. 163. 167. 178 sqq. 205. 213; v. etiam supra p. 92 adn. 7 s. f.

³⁾ cf. e. c. Thuc. II 67, 4; Büchsenhützel l. l. p. 545.

⁴⁾ De iure gentium apud Graecos cf. Gilbert II p. 376 sqq.; Busolt § 54 p. 50 sq. — Schoemann: »Gr. Alt.« II 20 id ita fuisse negat his verbis: »zu sagen, dass er (sc. der Fremde) rechtlos gewesen sei, ist eine arge Übertreibung«; sed haec, quae ille dicit, ad metoecos solos, qui in plerisque Graeciae civitatibus praecipuo quodam iure fruebantur, pertinent; cf. Schenkl l. l. p. 163 [sed cf. etiam p. 182].

⁵⁾ cf. ad h. l. Caillemer in »Dict. des ant.« I 67, qui haec dicit: »L'ἀδεία nous est présentée par Plutarque comme une sorte de sauf-conduit, de garantie contre les mauvais traitements que l'on a pu mériter par sa conduite envers un peuple«, sed latiore esse vocabuli notionem puto; securitatem enim significat vox, qua peregrinus, imprimis civis rei publicae hostilis, non fruitur.

⁶⁾ De fide publica legatis data v. supra p. 79 et adn. 10.

propterea, quod ex eo fructum se capturam esse sperabat, aut ut praemium homini de re publica bene merito tribueret. Id fidei publicae privilegium, sive quis ipse (plerumque per litteras) petiit, ut sibi irrogaretur, sive alius pro illo rogavit, in una contione ratum factum est. Sed utrum id in maximo comitiatu¹⁾ datum sit necne, pro certo dici non potest. Omnino vero, num hoc ἀδειας privilegium fuerit Athenis, dubitari potest, cum mirum videatur eandem vocem et institutum iuris publici Attici et iuris gentium significasse. Quare quaerat quispiam, nonne de ἀσφαλείας privilegio cogitandum sit, quod ab Atheniensibus saepe peregrinis datam esse postea demonstrabo. Nam etiamsi ex locis Thucydidiis, quos supra (p. 100) attuli, ἀδειας vocabulum fidei publicae notione adhibitum esse constare videtur, tamen ea ἄδεια, quam exilibus Atticis datam esse dixi, ad ius publicum pertinet. Verum uno titulo Attico, de quo hoc loco fusius agere liceat, etiam peregrinis ἄδειαν sive fidem publicam concessam esse docemur, si quidem id verbum, quod maximi momenti est, Kirchhoff recte supplēvit. Quae res, cum coniectura quamquam ingeniosa nitatur, incerta est. Extat is titulus²⁾ in CIA. I 36 vs. 3—19, ubi haec leguntur:

Ἄντικ[λ]-

[έης εἶπε· τὰ μὲν ἄλλα] καθ[ά]περ τῇ βουλῆ-
 [εἶναι δὲ ἄδειαν (?) Ἄρ]ρήτω Κολοφωνίῳ, ἐ-
 [πε:δῆ] ἐστὶν ἀνὴρ ἀ]γαθὸς περὶ τὸν δῆμ-
 [ον τὸν Ἄθηναιων κ]αὶ τοὺς στρατιώτας, τ-
 [οὺς δὲ <στρατηγούς>] προεπιμέλεισθαι αὐ-
 [τῷ τῆς κομιδῆς (?)], ὅπως ἂν σῶον ἢ Ἄθῆν-
 [αζε] ἐλθεῖν. ἐπιμέλ]εσθαι δὲ αὐτῷ καὶ
 [<τοὺς στρατηγούς>] ἀεὶ ἐῶντας, ὅτου ἂν ὁ-
 [έηται. καὶ τῆμβουλῆ]ν τὴν βουλευούσαν κα-
 [λεῖν ἐπὶ ξένοις (?). καὶ] πρόσοδον εἶναι αὐ-
 [τῷ πρὸς τε τοὺς προ]τάνεις καὶ τῆμβουλῆ-
 [ν (ἢ πρὸς τὸν δῆμον)³⁾] π]ρώτῳ μετὰ τὰ ἱερ-

¹⁾ h. e. per suffragia senum milium; cf. de hac re Valeton: *Mnemos.* n. s. XV p. 2.

²⁾ Kirchhoff recte coniecit id psephisma eo anno perlatum esse, quo Notium, Colophoniorum oppidum, receptum est ab Atheniensibus per Pachetem Ol. 88, 1/2 vel paulo post. Laudat vir doctissimus ad hunc titulum Thuc. III 34.

³⁾ Hunc versum secundum coniecturam Schuberti: »de prox. Att.« p. 33 restitui.

[ἀ. <ἀποκτείναι δὲ καὶ>] μὴ ἐξεῖναι αὐτὸν
 [<μηδ' ἐκβαλεῖν> ἄν]ευ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθην-
 [αίων. εἶναι δὲ ταῦτα καὶ] τοῖς ἐγγόνου-
 [ς αὐτοῦ καὶ ἕαν τις τού-
 [τ.

Kirchhoff vs. 5 verbis: εἶναι δὲ ἄδειαν¹⁾ restituere conatus est. Initio quidem — ea videlicet condicione, ut ita lacuna expleri possit — suppleat quispiam: ἀτέλειαν sive προξενίαν sive πολιτείαν²⁾ sive aliud privilegium; at id respiciendum est, hunc locum tituli, qui extat, nihil aliud quam additamentum esse. Etenim nisi id ita esset, ἀδείας vox falso suppleta esset, quod verba: εἶναι δὲ ταῦτα καὶ τοῖς ἐγγόνου αὐτοῦ ad eam referri non possent neque ea verba, quae privilegium αἰτήσεως ἐν προταναίῳ³⁾ significant. Nec vero haec verba, quae dixi, ad ἄδειαν pertinent, sed potius ad id privilegium, quod ex ipsa rogatione, quae non iam extat, hoc psephismate irrogatum est. Quod privilegium quale fuerit, incertum est, sed Areto civitatem datam esse verisimile videtur. Cum civitate autem privilegium securitatis coniungi non mirum est.⁴⁾ Nam Areto Colophonio, qui — utique in oppido Notio subigendo — de exercitu Atheniensium optime meruerat, populus civitatem dono dedit; ut autem novus civis ex externa civitate Atheniensibus infesta profectus tutus esset in

¹⁾ Articulum modo voci ἀδείας additum esse modo deesse (v. supra p. 95 adn. 2) differentia notionum vocabuli explicandum esse censeo. Nunquam enim in titulis quidem Atticis articulus non legitur, ubi vocabuli notio ad ius publicum pertinet (v. e. c. supra p. 52 sq.); aliter sane res se habet apud scriptores, quippe qui principalem et tralatas verbi notiones saepissime confundant (v. supra p. 4 sq.).

²⁾ Quamquam id quidem verbum in decretis, quibus civitas tribuitur, tantum in titulis postrema aetate scriptis legitur; cf. Szántó: »Unters. üb. d. att. Bürgerrecht« p. 2 sq.; Caillemer: »la natur. à Ath.« p. 15 sq. 40.

³⁾ »Epulum in prytaneo« hereditate relictum aliter significatur; cf. CJA. II 275: [εἶναι δὲ αὐτῷ (in aliis titulis haec leguntur: δοῦναι δὲ αὐτῷ) καὶ αἰτήσαν ἐν προταναίῳ καὶ αὐτῷ καὶ ἐγγόνων ἀστὶ] τῷ προσβράτῳ; cf. ibid. II 276. 300. 410; Schoell. Hermes VI 33 sq.

⁴⁾ cf. Büchsenhützel »Bes. u. Erw.« p. 545, qui dicit haec: ...»so dass sogar in Volksbeschlüssen, welche einzelnen Personen das Bürgerrecht in dem betreffenden Staate verleihen oder sonst eine bevorzugte Stellung einräumen, es als eine besondere Vergünstigung ausgesprochen wird, dass sie in den Hafen der Stadt ohne vorhergegangenen besonderen Vertrag und ohne Gefahr der Wegnahme ihres Eigentumes im Kriege und im Frieden einlaufen und auslaufen dürfen«. [Agitur autem de mercatoribus.]

ere, etiam fidei publicae privilegium ei concessum est. Quod verum sit, lacunam, quae vs. 8 inter verba: τοὺς δὲ et: προέλεσθαι est, ita explendam esse censeam: τοὺς δὲ <στρατηγούς> ἐπιμελεσθαι κτλ. et vs. 11 his fere: <τοὺς στρατηγούς>¹⁾ ἀείτας. Nam praetorum erat securitati hominis, cui fides publica a erat, prospicere,²⁾ quae res verbo ἐπιμελεσθαι³⁾ significatur titulis. Lacunas vs. 16 sq. recte quidem explere difficile est, inquam sententia non dubia videtur;⁴⁾ fortasse iis fere vocibus, s supra exempli causa posui.

Venimus denique ad alteram eius privilegii, de quo modo serui, speciem. Agitur autem de hoc iuris gentium instituto:

β. de fide publica histrionibus concessa.

Hac occasione de notionibus et differentiis verborum: ἀδείας, ἀλείας, ἀσουλίας pauca exponere mihi in animo est.

Antiquissimis quidem temporibus, quibus ius gentium apud grecos nullum fere fuit,⁵⁾ imprimis mercatores peregre negotiandi causa profecti usque in discrimen se obtulerunt; sed posteriore aetate, cum commercium magis magisque floresceret, nemo mercatorum, foris, portibus prohiberi solebat, nisi hostis.⁶⁾ Nihil tamen

¹⁾ Cf. CJA. II 115, 41 sq. 121, 30.

²⁾ cf. de hoc praetorum et senatus munere e. c. CJA. IV 1 fasc. alt. 7 n. 116 p; Hauvette-Besnault l. l. p. 128, 4; Foucart: Bull. de corr. hell. 3 n. III p. 169. 171. Imprimis πρόξενοι et ἐδεργέται horum praesidio fruebantur; cf. Busolt § 179 p. 163 et adn. 5. § 183 p. 166 et adn. 5.

³⁾ De »epimelia« e. c. proxenis tributa cf. Schubert: »de prox. Att.« 8 sqq.; Monceaux l. l. p. 95. Ratione extraordinaria praetoribus impositum erat, ut securitati civis vel peregrini alicuius prospicerent; cf. i. Per. XXXI: καὶ προστάταις (sc. ὁ δῆμος) τοῖς στρατηγοῖς ἐπιμελεσθαι τῆς ἀλείας τοῦ ἀνθρώπου, ad quem locum Hauvette-Besnault p. 144 sq. addit: »D' une manière générale, il appartient aux stratèges de garantir la sécurité des citoyens«. Sed incertum est, utrum Menon, de quo agitur, civis peregrinus fuerit; v. supra p. 95 adn. 4; cf. etiam ea, quae Blass l. l. vocem »στρατηγοίς« adnotavit. — De epimelia una cum civitate collata cf. Schubert l. l. p. 30.

⁴⁾ cf. Antiph. de caede Herod. § 47: δ οὐδὲ πόλις ἔξεστιν, ἄνευ Ἀθηναίων καὶ θανάτῳ ζημιῶσαι; cf. CJA. IV 1, 27 a; Thuc. I 77, 1; Lys. XXV 26; etiam CJA. I 57: [ἄνευ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων πληθύνοντος μὴ εἶναι θάνατον] (quam formulam Busolt § 129 p. 118, 3 dicit: »altes, nach dem Sturze Vierhundert wieder aufgezeichnetes Gesetz«); Gilbert I 402, 2.

⁵⁾ cf. Schoemann: »Antiqu.« p. 365.

⁶⁾ cf. Schoemann l. l. p. 374 sq.; Schenkl l. l. II p. 162. — His rebus comparanda institutum maximi fuit momenti; cf. Monceaux l. l. p. 255 sqq. 308 sqq.

secius etiam tum omnibus, qui itinera faciebant, parum securitatis fuit,¹⁾ nisi iis privilegia quaedam erant irrogata. Erant autem haec privilegia ἀδείας (fidei publicae), ἀσφαλείας, ἀσολίας quae cum in exterarum civitatum, ut ita dicam, aditum patefecerunt tutoque commendi facultatem dederunt, tum magnam ad excolendas artes, imprimis artem scenicam, vim habuerunt. Praecipue enim privilegium ἀδείας histrionibus datum est, ut iis artis in exteris urbibus exercendae causa sine ullo periculo itinera facere liceret. De quo privilegio scholiasta ad Demosthenis orationem XIX [p. 335] haec dicit: οὔτοι (sc. Ἀριστόδημος δὲ καὶ Νεοπτόλεμος ὑποκριταί) διὰ τὴν οἰκίαν τέχνην ἀδειαν εἶχον ἀπιέναι ὅποι ἀνθρώπων λωνται, ἀλλὰ δὴ καὶ πρὸς πολέμους, et Demosthenes ipse [V 6]: κατιδὼν Νεοπτόλεμον τὸν ὑποκριτὴν τῷ μὲν τῆς τέχνης προσχηματικῶς τυχάνοντ' ἀδείας. . . [„cum perspexissem Neoptolemum artificem per speciem artis fidem publicam (sive sanctitatem)²⁾ nactum (rei publicae vero maxime perniciose molientem resque vestras ex re Philippi administrantem et regentem, prodii et vobis exposui. . .)“].³⁾ Histrionibus igitur hostium quoque urbes in ipso bello adire licuit,⁴⁾ cum iis ἀδείας privilegium datum esset. Quod cum artis gratia factum est tum maxime ideo, quo histriones in honorem Bacchi itinera fecerunt artemque excoluerunt.⁵⁾ Haec enim vetusta opinio est, qua „οἱ περὶ τὸ Διόνυσον“ (sc. τεχνῖται)⁶⁾ in ipso collegiorum nomine Bacchi patrocinio gloriantur.⁷⁾ Deus igitur artifices scenicos tanquam sacerdotes suos tuetur, et civitates histrionibus ἀδείας

¹⁾ V. supra p. 101 sq.

²⁾ De hac vocabuli notione cf. Thumser: »de civ. Ath. mun.« p. 2 adn. 2.

³⁾ cf. Dem. V 8 [v. ad h. l. Reiskii Indices Graecitatis in oratores Aethiocos I (Oxonii 1828) s. v. ἀδείας]; Lüders: »Die Dionys. Künstler« p. 55 et adn. 106; Foucart: »de collegiis scenicorum artificum apud Graecos« (Paris 1873) p. 81. 46.

⁴⁾ Nam Apollinis ipsius oraculum praecepit, ut liber et tutus singulis inter alienos commeatu esset. In lapide Teio [CJG. n. 3067 v. 17—19] oracula memorantur, quibus Graeci obsecuti scenicos artifices cum pace tum bello tutos et inviolatos esse universi iusserunt; cf. Foucart: »de collegiis« p. 32—44; Lüders l. l. p. 80.

⁵⁾ cf. Foucart: »de collegiis« p. 1. 30 sqq.

⁶⁾ cf. Lüders p. 58. 61 adn. 114; Foucart l. l. p. 6 et adn. 2; Thumser: »Gr. Literaturgesch.« III 92 not. 320. |

⁷⁾ Foucart l. l. p. 18. 32 sq.

privilegium tribuentes dei partes suscipiunt.¹⁾ Quare histriones imprimis tutela Amphictionum usi sunt, quorum fuit videre, ne illorum privilegia violarentur.²⁾ Fuerunt autem praeter hoc, quod dixi, ἀδείας sive fidei publicae privilegium etiam duo alia, quae histrionibus et Athenis³⁾ et in aliis civitatibus per Amphictiones⁴⁾ concessa sunt: ἀσφαλείας et ἀσολίας privilegia dico. Athenienses enim haud raro singulos aliarum civitatum cives aut collegia aut exteris urbes fide atque incolumitate terra marique bello et pace (ἀσφαλεία καὶ ἀσολία καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν καὶ πολέμῳ καὶ εἰρήνης ὄψεως)⁵⁾ donaverunt.

Quorum iuris publici Attici vel iuris gentium institutorum natura et notiones ex titulis Atticis dilucide intellegi possunt.⁶⁾

Atque exempla nonnulla iam afferam:

In titulo Attico [CIA. II 46] Megarensi cuidam, qui privilegio εὐεργέτης factus est, populus Atheniensium etiam ἀσολίαν vitae et bonorum irrogat: εἶ[ναι δὲ ἀσολίαν καὶ] αὐτοῖς καὶ χρήμα[σι... In alio titulo [CIA. II (Add. et Corr.) 1c v. 19 sqq.] haec leguntur: καὶ ἀσολίαν εἶ[ναι αὐτῷ καὶ τοῖς χρήμα[σι αὐτοῦ καὶ ἀ]νώνια καὶ ἀπίοντα. In decreto προξενίας (publici hospitii) [CIA. II 550, 16 sqq.] haec privilegia enumerantur: (δεδόςθαι δὲ αὐτῶ...) προξενίαν προμαντείαν προδικίαν ἀσολίαν ἀτέλειαν προεδρίαν ἐμπᾶσι τοῖς ἀγῶνις... καὶ γὰς καὶ οἰκίας ἐγκτησιν. In alio προξενίας decreto [CIA. II 144] privilegium immunitatis (ἀτελείας) datur; deinde vs. 6 sqq. haec leguntur: ἀσολίαν καὶ α... [χ]ρήμασιν κα. [πολέμῳ] ὄντος καὶ εἰρήνης], quem locum Schubertum [„de prox. Att.“ p. 66. 67] secutus in hunc modum restituo: εἶνα[ι δὲ αὐτοῖ]ς ἀτέλειαν πᾶ[ντων καὶ] ἀσολίαν καὶ α[β]τοῖς καὶ χ[ρ]ήμασιν κα[ὶ]

¹⁾ De munimento, quod ius gentium ex religione habuit cf. Schoemann: *Antiqu.* p. 365 sq.

²⁾ cf. Bergk l. l. III 92 adn. 321; imprimis Foucart l. l. p. 41, qui in illis privilegiis deferendis Amphictiones nihil inusitati excogitasse, sed pleraque e praeis temporibus et maiorum institutis repetiisse probavit; cf. etiam Monceaux l. l. p. 267.

³⁾ cf. Lüders l. l. p. 80.

⁴⁾ cf. Lüders p. 66. Etiam προξενία artificibus saepenumero data est; cf. Monceaux p. 277. 302 sqq.

⁵⁾ cf. Hermann: *Gr. Altert.* I § 116; Meier: *commentatio de prox. ave publ. Graec. hospitio* (Hal. Sax. 1843) p. 18 sq.

⁶⁾ De titulis Graecis huc pertinentibus cf. Meier l. l. p. 18 adn. 172; cf. etiam Büchschütz l. l. p. 545,4; v. e. c. CJG. n. 1793. 1567.

πολέμου δ]ντος κτλ.¹⁾ Gravissima denique, quae huius loci sunt, leguntur in CIA. II 551 sq.,²⁾ ad quem titulum (n. 551) Koehler haec adnotat: „Nec dubitari potest, quin haec decreta Amphictionica, quibus collegio artificum scaenicorum quod Athenis fuit ἀτέλεια ἀσουλία ἀσφαλεία concessa sive confirmata est, ipsorum artificum iussu et impensis in theatro sint proposita.“ Quibus in decretis duo sunt privilegia, quae artificibus extra ius commune tribuuntur: immunitas et sanctitas. Atque sanctitas quidem, de qua hic agitur, definitur vocabulis ἀσουλίας et ἀσφαλείας. Quorum alterum nomen ἀσουλίας semper cum verbis: καὶ αὐτοῖς καὶ χρεῖμασιν coniunctum videmus, itaque haec vox nihil aliud significat, quam et vitae et rei familiaris sanctitatem, perinde ac si ille homo, qui hoc privilegio fruitur, loco sacro versetur, quo utatur perfugio. Quam ob rem e. c. in Apterensium decreto haec dicuntur: „si quis Apterensium Teiis iniuriam fecerit, teneatur lege de sacrilegio.“³⁾ Altera ἀσφαλείας vox generaliter securitatis notionem habet. Propria vero et principali significatione vocabulum ἀσουλίας ad res vel ad rem familiarem⁴⁾ alicuius hominis, ἀσφαλείας ad caput vel ad vitam et salutem⁵⁾ pertinet.⁶⁾ Haec igitur privilegia eo valebant, ut, qui illis frueretur, esset quodammodo sacrosanctus⁷⁾, ita quidem, ut interdictum esset, ne quis artificem aut bello aut

¹⁾ Cf. CJA. I 41 vs. 12 sqq.: πλεῖν Ἀθ[ήνας] [τὰ χρεῖματα ἀσουλὶ καὶ ἀσπονδῆι] [α]ὐτῶν ἄγειν καὶ σίτον. (de verbis: ἀσουλὶ καὶ ἀσπονδῆι cf. Meier l. l. p. 18); Le Bas et Waddington: »Inscriptions Grecques et Lat.« (Voyage archéol.) partie V sect. VII tit. 1140 vs. 7 sq.: ἀτέλειαν πάντων καὶ εἰσπλοῦν καὶ ἐκπλοῦν [ἀσουλὶ καὶ ἀσπονδῆι] καὶ ἐν εἰρήνῃ καὶ ἐν πολέμῳ. De hoc privilegio hospitibus publicis dato cf. Monceaux l. l. p. 36 n. 7. Eisdem saepe ἀσφαλεία tributa est; cf. ibid. p. 94; Schenkl l. l. II 221; Tissot: »Des Prox. Grecques« p. 71 sqq.; Busolt § 55 p. 51.

²⁾ cf. Lüders l. l. p. 66 sq.; Foucart: »de collegiis« cap. V p. 37 sqq. — Ceterum id rectum est, quod Foucart p. 40 dicit: »Etsi ad populum Atheniensem de Attico tantum collegio mittuntur Amphictionum decreta, certum est tamen ea non propria Atticorum artificum, sed universorum communia fuisse«.

³⁾ cf. Foucart l. l. p. 44.

⁴⁾ De verbo σολῶν cf. Kirchhoff: Philol. XIII p. 3 sqq.; Gilbert II 382.

⁵⁾ cf. e. c. Isocr. II 36; cf. Foucart l. l. p. 45.

⁶⁾ De his verbis cf. Meier: »de prox.« p. 18 sq.; Westermann: »de publ. Ath. hon.« p. 42; Tissot l. l. p. 71 sq.; Foucart p. 43; Gilbert II 387; Busolt § 55 p. 51.

⁷⁾ cf. Meier: »de prox.« p. 19.

ice traheret neve res eius raperet.¹⁾ Quae cum ita se habent, ἀσφάλεια et ἀσολία artificibus idem securitatis privilegium concedunt, quod iis ἀδσία datum esse Demosthenes²⁾ dicit, et verba illa idem paene significant in iure gentium, quod ἄδσια in re Attico.

Iam vero oritur quaestio, quod trium verborum discrimen sit. Atque ἀσολία quidem proprie ad ius sacrum pertinet, ἄδσια item ad ius publicum, ἀσφαλείας denique notio latissime patet: securitas hac voce omnino opponitur periculo,³⁾ et significat vocabulum eam, quam leges⁴⁾ tuentur, securitatem, ita quidem, ut civis, nisi contra leges peccent, ea fruantur et peregrinis in pace omnes fere civitates, praesertim foederatae, sive tacita conventionione sive sollemnibus populiscitis concedere soleant. Contra ἄδσια in iure publico Attico eius civis privilegium significat, cui, iamquam aut τὸ κέρμιον populi violaturus aut τὸ κοινόν sive rei publicae sive deorum aut res familiares civium illegitime demittitur vel, ut omnia paucis complectar, quamquam illegitimi aliquid obtentus est, qualibet de causa veniam vel impunitatem populus dat. ἄδσια ac civium causa peregrinorum fuit.⁵⁾ Peregrinis enim — acceptis solis caduceatoribus⁶⁾ — per leges ne in pace quidem illa securitas vitae aut rei familiaris data est.⁷⁾ Itaque civitates Graecae iis, quos legitima ratione et bello et pace securitate frui volebant, privilegium ἀσφαλείας irrogare solebant.⁸⁾ Quod idem privilegium cum aliae Graecorum civitates tum Athenienses et singulis peregrinis et collegiis urbibusque exteris imper-

¹⁾ Cf. Foucart: »de collegiis« p. 43.

²⁾ cf. Dem. V 6. 8.

³⁾ cf. Xen. Hieron II 9. 10; Dem. XXIII 42; Isocr. III 56. VIII 21.

⁴⁾ cf. e. c. Aesch. I 5: εὐδὲ ἴστε, ὡς Ἀθηναῖοι, θεοὶ τὰ (μὲν) τῶν δημοκρατικῶν μένων σώματα καὶ τὴν πολιτείαν οἱ νόμοι σώζουσι.

⁵⁾ cf. Hermann: »Gr. Alt.« I § 9.

⁶⁾ cf. Heyse: »de legationibus Atticis« p. 5 sqq.

⁷⁾ praesertim autem belli temporibus; cf. Busolt § 15 p. 14. § 54 p. 50. legati quidem sacrosancti fuerunt; cf. Heyse l. l. p. 8; cf. etiam Kirchhoff: Philol. XIII 4. — De »ξενολαοία« Lacedaemoniorum in ipsa pace facta Büchschütz: »Bes. u. Erw.« p. 539; Schenkl l. l. II p. 162.

⁸⁾ cf. argum. II ad Dem. XXIII p. 620; Dem. or. XXIII passim, e. c. 103 (v. ad hanc rem Monceaux l. l. p. 94). Hoc Demosthenis loco (XXIII 103) iustum ac proprium vocabulum (ἀσφάλεια) adhibitum est; aliis nonnullis dem orationis locis non ἀσφάλεια, sed ἄδσια dicitur, translata scilicet nomine, ut opinor; cf. e. c. Dem. XXIII 128. 133.

tiebant; ἄδεια vero ψήφισμα ἐπ' ἀνδρῶν est, h. e. populiscitum singulis irrogatum, sive de iuris publici Attici sive de iuris gentium instituto agitur. Namque etiam, ut supra demonstravi (p. 101 sqq.), peregrinis ἀδείας privilegium videtur tributum esse, si cui populus securitatem itineris faciendi vel fidem publicam concedere volebat; sed num vox ἀδείας generaliter privilegium securitatis peregrinis concessae vel idem quod ἀσφαλείας privilegium significarit, pro certo dici non potest. Ac scriptores quidem discrimen horum verborum non semper observaverunt, sed saepissime ea confuderunt;¹⁾ at tituli supra allati semper privilegium securitatis artificibus concessae voce ἀσφαλείας, non ἀδείας, significant. Qui tituli etiamsi posteriorum temporum sunt,²⁾ quibus instituta publica magis magisque res inanes fiebant et iuris publici ac iuris gentium instituta significationesque inter se confundebantur, tamen iustae formulae, id quod scripturae lapidariae est proprium, in iis usque ad ultima Graecitatis tempora reservari solebant. Itaque incertum est, num histrionum illud securitatis privilegium vocabulo ἀδείας Athenis significatum sit.³⁾ Sed haec hactenus.

Dedi equidem operam, ut omnia ἀδείας genera recenserem, quae aut a scriptoribus veteribus commemorantur aut coniectura colligi possunt. Licet alia praetermiserim, alia falso adiecerim; tamen id nunc certo demonstratum esse puto, quod Platner iam obscure dixit [„Proc. u. Kl. bei den Att.“ I 445]: ἄδειαν multo crebrius a populo Atheniensium petendam fuisse vel multo latius patuisse in iure Attico, quam homines doctos olim credidisse.⁴⁾

In Attici sane iuris scientia pertractanda difficile est certas artes construere, non solum quod memoria tam manca et lacunosa est, sed etiam quod ius et civile et publicum ex singulis legibus coniunctum et

¹⁾ De improprio ἀδείας vocabuli usu cf. e. c. Dem. XXIII 159. 192. VIII 64; [Dem.] X 66; Isocr. XIV 24; cf. etiam Thuc. VIII 91,3. Ἀσφάλεια autem loco ἀδείας legitur apud Xenophontem Mem. II 1,15. H. Gr. V 4,11; apud Demosthenem XIX 164, quibus locis haec vox liberam commeandi discedendive potestatem vel fidem publicam significat.

²⁾ cf. Foucart: »de collegiis« p. 37.

³⁾ Fortasse enim Demosthenes [V 6] et scholiasta ad Dem. orat. XIX p. 835 vocabulo ἀδείας notione impropria usi sunt.

⁴⁾ cf. Valeton: Mnemos. n. s. XV p. 3, qui haec dicit: »Probabile videtur etiam alias leges huiusmodi fuisse nobis ignotas«.

quasi conglutinatum saepeque inconstanter exstructum videtur;¹⁾ denique quod instituta publica difficillime a fundamentis religionum et rerum ad ius sacrum pertinentium discernenda sunt. Quod cum alia docent tum ἀδεῖα institutum. Id enim ab ἱερεῖας caerimonia profectum paulatim ex singulis legibus in unum confusum et dissolutae democratiae temporibus magis magisque amplificatum est, quod tamen nunquam ab Atheniensibus perpoliri ac confici potuit. Omnino consideranti mihi, quid Athenienses in hac re consecuti sint vel, quid ἀδεῖα instituto ad excolendum cultum atque humanitatem contulerint, per ambages tantum id videntur effecisse, quod Romani primi legitime et iuste excogitaverunt et creaverunt atque in artem redegerunt. Nam populus Atheniensium ἀδεῖα datione nihil aliud nisi legibus solvit vel ab accusatione tutatus est homines aliquos, populus Romanus autem privilegio irrogando²⁾ verum gratiae dandae ius exercuit, quod inter summa beneficia est, quae in genus humanum unquam delata sunt.

Quamquam autem multa Atheniensium instituta et civilia et publica ex singulis legibus orta in unum coaluerunt, tamen, cum pluribus legibus ad eandem rem spectantibus generales rationes subesse necesse sit, certae vel probabiles artes extrui possunt. Ceterum rationis, quam proposuimus, satis certa exempla haec sunt: ἕδεια et capite deminutos et debitores aerarii restituturis acquirenda, qua iis propterea opus fuit, quod rogationibus summa populi potestas (τὸ κύριον) violata et aerarium publicum (τὸ κοινόν) illegitime deminutum est.

Restat, ut omnia, quae singillatim exposui, paucis complectar.

Ἄδεῖα is a populo petebat, qui rogationem laturus (aut aliquid factururus) erat, quae aut summam potestatem populi aut integritatem aerarii publici — sive pecuniis cum damno rei publicae deminuendis sive cum damno deorum et (quinto quidem a. Chr. n. saeculo) civium illegitime augendis — violat et rei publicae, alias

¹⁾ Cf. Meieri epistolam ad Eduardum Gerhard: »de bon. damnat.« praef.; Platner: »Beitr. z. Kenntn. d. att. Rechts« (Marburg 1820) p. XI sq. XXI; Perrot: »Essai sur le droit public d' Athènes« Introd. p. XLIV sq.

²⁾ Liberae sane rei publicae temporibus ne Romae quidem privilegia quaedam irrogare licuit ex duodecim tabularum legibus; cf. Petit: »Leges Atticae« II 1,8 p. 189 sq.; Paulyi: »Real-Encycl.« VI 1 p. 55 sq.; v. infra in libro alt. cap. I.

integrae et deorum ipsorum instar inviolabili, detrimentum aliquod affert in favorem singulorum hominum, non omnium civium. Quo decreto populus universus gratiam facit, quod privilegium Athenis tantum a sex milibus civium occultis suffragiis irrogari potuit. Sed ea sola privilegia nisi cum populi venia deferri leges vetabant, quae neque hominibus optime de re publica meritis tanquam praemia tribuebantur, neque ipsa ex ψήφισμάτων ἐπ' ἀνδρῶν ratione (i. e. per non minus sex milia civium) dabantur.¹⁾ Atque specie quidem populus id privilegium rogare patitur religione commotus: verecundia (αἰδοῖ) in supplicem (ἰκέτην) utitur, sicut Ζεὺς ἰκέσιος (sive ἰκετήσιος)²⁾ ipse, vel alii dei,³⁾ in quorum tutelam supplex se commendavit. Nam ἀδεῖας institutum ex iure sacro ortum semper cum sacris caerimoniis coniunctum mansit, ut in libro altero demonstrabitur. Re vera autem populus ἄδειαν dat sui commodi causa. Salutem enim rei publicae plurimi aestimans populus semper ea decreta facit, ex quibus maximam utilitatem capturum se esse sperat. Itaque etiam damnum aliquod perfert, si ea re rationibus suis se consulere putat. At vero populus in his rebus seque salutemque suam in aleam quandam dat, itaque ea subeunda sit necne, ἄδειαν dando aut denegando disceptat.

¹⁾ Velut in lege de donanda civitate lata cautum est, ne quis nisi ob beneficia in populum Atheniensem collata civis fieret; cf. [Dem.] LIX 89. In privilegia autem praemii causa irroganda venia rogatori non opus erat. Accedit denique, quod civitatis datio ipsa ψήφισμα ἐπ' ἀνδρῶν est.

²⁾ cf. Preller: »Griech. Mythol.« I⁴ p. 145,2. 151,2.

³⁾ Sicut Ζεὺς ἰκέσιος ita Ζεὺς ἐφέσιος antiquitus supplices tuetur; cf. Preller l. l. I p. 146 sq. 151,2; nec secus ipsa Ἑστία; cf. e. c. Plut. de mul. virt. XVII. [De diis, qui ἐφέσιοι vocantur, cf. Preller l. l. I p. 424,2.] Huc pertinet locus corruptus, qui apud Hesychium legitur s. v. ἀδεῖας, quod verbum ille quidem vocibus: ἐσχάρη vel βωμός explicat. Guilelmum Studemund secutus, cuius coniectura me uti benignissime voluit vir doctissimus, locum sic restituo: ἀδ<ε>ῖας ἐσχάρη βωμός. In curiam, ubi κοινὴ ἑστία erat, etiam posterioribus temporibus supplices venerunt praesidium a populo petituri [cf. Preller l. l. I p. 424,3; v. infra in libro alt. cap. III. Alia supplicum dea Diana Munichia est, quae imprimis a scriptoribus, qui de indicibus deferendis agunt, commemoratur [de hac v. infra in libro alt. cap. IV]; et fortasse etiam Ἑλῆος huc pertinet, cuius ara in foro fuit [cf. Preller l. l. II³ p. 281,1].] Utrum autem lex an mos fuerit, ut alia supplicum genera ad alios deos confugerent, pro certo dici non potest.

Liber alter.

DE ΑΔΕΙΑΣ DATIONE.

Cap. I. Ἄδεια nisi maximo in comitiatu irrogari non potuit.

Ἄδεια ex iuris Romani significatione privilegium¹⁾ est, in publicis autem iure publico populiscitum privato irro-

¹⁾ De privilegiis irrogandis apud oratores Atticos compluribus locis est lex, quam Andocides de myst. 87 his tradidit: Μηδὲ ἐπ' ἀνδρῶν νόμον ἵνα δέσῃ, εἰ μὴ τῶν αὐτῶν ἐπὶ πάντων Ἀθηναίους, εἰ μὴ ἑξακισχίλιους δόξῃ βῆθην ψηφισομένους, extremo autem enuntiato: εἰ μὴ... ψηφισομένους. Isso haec lex apud Demosthenem [XXIII 86 et ibid. 218] extat, quae eadem ipsius verbis [§ 86] comprobatur. Eandem legem deinde Ps.-Demosthenes [XLVI 12] memorat; denique Demosthenes [XXIV 59], quo loco in utroque codicum ea verba, quibus continetur exceptio illa, quae de privilegiis a sex milibus civium irrogandis agit, leguntur: Μηδὲ νόμον ἐξεῖναι ἐπ' ἅπαντας, εἰ μὴ τῶν αὐτῶν ἐπὶ πάντων Ἀθηναίους τῶν, <εἰ μὴ (Schoemann)> ἑξακισχίλιων, οἷς ἂν δόξῃ βῆθην ψηφισομένους (cf. Dem. IV 45; [Dem.] LIX 89; Philoch. fr. 79 b; Valeton: Mnemos. nov. ser. XV p. 7 adn. 1 sq.). Atque diversam eiusdem legis conceptionem Boeckh [Staatsh. Ath. I^o 294] recte ille quidem ita explicat, ut altera [cf. Andoc. l. 1.] ante illam, altera [cf. e. c. Dem. XXIV 59] Euclide archonte facta sit. Westermann autem, qui [cf. »Unters. fib. d. in d. att. Redner eingel. Urk.« p. 3—60 Abhdl. d. k. sächs. Ges. d. Wiss. (philol.-hist. Cl.) Lips. 1850] litem in qua, quae apud Demosthenem in oratione adversus Timocratem habitata est, omnino a falsario ficta esse contendit, exceptionem illam non genuinam esse dixit; legis igitur verba haec fere fuisse, quae in Ps.-Demosthenis oratione [VI 12] legerentur: (ἀλλὰ μὴν οἷς νόμοι ἀπαγορεύουσι) μηδὲ νόμον ἐξεῖναι ἐπ' ἅπαντας, εἰ μὴ τῶν αὐτῶν ἐπὶ ἅπαντων Ἀθηναίους. Quam sententiam secuti sunt et alii homines docti [velut Fränkel: »Die att. Geschworenenger.« p. 92 n. 1 s. f.] legem illam spuriam iudicaverunt tum Valeton, qui (Mnemos. nov. ser. XV p. 8) privilegia vel leges de privis hominibus ex iure Attico rote non licuisse contendit. Multi sane apud Demosthenem loci eam legem conceptionemque legi additam valuisse videntur demonstrare; cf. Dem. XXIV

gatum,¹⁾ quod ψήφισμα ἐπ' ἀνδρ(²⁾) vocatur. Quamquam enim ex iure Attico non licuisse accepimus cum privatorum aut gratia aut damno populiscita quaedam priva irrogare, — qua lege omnium civium ἰσονομία significatur, quam in democratiae fundamentis gravissimam putant, — tamen id legislator³⁾ excepit, si re in comitiis populo proposita minimum sex milia civium⁴⁾ occultis suffragiis gratiam⁵⁾ vel aliquod populiscitum privum irrogarent; ut aliis sententiam aperiam: populiscita quaedam priva, de quibus paulo infra agemus, uti a concilio populi maximo in comitiatu sciscerentur, lex fuit. De his enim valent legis, quae apud Demosthenem [XXIV 45] extat, verba: . . . ἐὰν μὴ ψηφισαμένων Ἀθηναίων (τὴν ἄδειαν πρώτων) μὴ ἔλαττον ἑξακισχιλίων, οἷς ἂν δόξῃ κρύβδην ψηφίζομένοις. quae ab ipso oratore comprobata [§ 48] sollemnis formula, qua modus populiscita priva deferendi significatur, fuisse videntur. Nequaquam igitur sollemnia illa psephismata, de quibus agitur, nisi maximo in comitiatu sancire populo licuit, quae comitia ab ordinariis differunt et occultis suffragiis et quod minimum sex milia civium vel potius sex milia civium et unum⁶⁾ inire suffragium necesse erat. Qui numerus quomodo intellegendus sit, etiam hodie in controversia

59. 48; orationes adv. Aristocr. et adv. Timocr. passim; [Dem.] LIX 89 (de his cf. Platner: »Proc. u. Kl.« II 41; Valetton: Mnemos. n. s. XV p. 21 sq.; v. etiam supra p. 39); cum idem Demosthenes passim (cf. XXIII 86; [Dem.] XLVI 12) ita loquatur, quasi privilegiis nullus omnino locus in re publica Attica relictus fuerit; id quod Schoemann quidem: »de com. Ath.« p. 275 adn. 54 his explicat: »(illis locis, quibus accuratior rei explicatio inutilis foret.) abuteretur, puto, si quis... illam exceptionem: ἐὰν μὴ... κρύβδην ψηφίζομένοις spuriam pronuntiaret«. Sed res non satis certa est. — De privilegiis cf. etiam Dem. XXIV 18. 188; Petit: »Leges Atticae« II 1, 8 p. 188 sq.; Schoemann: »de com. Ath.« p. 273 sqq.; Perrot: »le droit public« p. 42.

¹⁾ Ut vocem nostra aetate usitatam adhibeam: »Ausnahme-Gesetz« (i. e. lex, quae non ad omnes cives promiscue, sed ad singulos tantum pertinet).

²⁾ cf. Dem. XXIII 218. Valetton: Mnemos. n. s. XV p. 8 ἄδειαν a rogationibus de privilegiis (νόμοις ἐπ' ἀνδρὶ) distinguit; illa enim in ψηφισμάτων ἐπ' ἀνδρὶ numero est.

³⁾ de hoc cf. Petit l. l.

⁴⁾ Nuperrime hanc rem copiose exposuit Valetton: Mnemos. n. s. XV p. 1 sqq.

⁵⁾ v. supra in libro priore p. 6.

⁶⁾ cf. Poll. VIII 48; cf. etiam Dem. XXIV 9 et schol. ad. h. l.; Fränkel: »Die att. Geschworenenger.« p. 92 adn. 1.

versatur.¹⁾ Atque Boeckh quidem per non minus sex milia civium consentientium populiscita priva decernenda fuisse sibi visus est probasse, cuius sententiae plerique hominum doctorum adstipulati sunt. Fränkel autem [„Die att. Geschworenenger.“ p. 92 adn. 1] demonstrare conatus est non amplius sex milia civium et unum necesse fuisse suffragium ferre, non consentire, id quod Boeckh voluit, quem ait Fränkel sententiam pluribus scriptorum locis, qui aliter explicandi sint, et duobus litis instrumentis a Demosthene in oratione XXIV (§ 45 et 59) laudatis, quae spuria putanda sint,²⁾ confirmare. Boeckhio enim argumento fuerunt haec legum verba: οἷς ἂν δόξῃ, quae primo quidem aspectu vim habere videntur: (sex milia civium) consentientium vel quibus id placuerit. At considera, quaeso, omnia psephismata ita incipere: ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, quae verba non significant omnes, qui in contione adessent, psephisma probasse, sed eorum maiorem partem.³⁾ Nam quod maiori parti placuit, ratum erat.⁴⁾ Denique quod attinet ad veterum scriptorum testimonia,⁵⁾ quae maxime Boeckhii sententiam comprobare videntur, Fränkel iustis causis ea refutavit. Nihilo tamen secius Valeton [Mnemos. n. s. XV (1887) p. 32—40 et XVI (1888) p. 7 sqq.], qui nuperrime senum milium suffragia in controversiam vocavit, aliter ac Fränkel sentit contenditque [l. l. XVI p. 7] „legem de ostracismo postulavisse, ut sena milia minimum suffragiorum in unum hominem

¹⁾ Cf. Petit l. l. p. 188 sq.; Schoemann: »de com. Ath.« p. 245 sq.; Boeckh: »Staatsh. d. Ath.« I^a 293 sq.; Lugebil: Jahrb. f. klass. Phil. Suppl. IV p. 144 sqq.; Perrot: »le droit publ.« p. 43 et adn. 2; Fränkel l. l. p. 92; eiusdem adn. 430 ad Boeckhii »Staatsh. d. Ath.« I^a 295; Gilbert: »Staatsalt.« I p. 293,1; imprimis cf. Mnemos. n. s. XV p. 33 sq.

²⁾ Contra leges ad nomothesiam Atticam pertinentes, quae apud Demosthenem in orat. XXIV extant, genuinas esse R. Schoell: Sitz.-Ber. d. k. Bayr. Acad. d. Wiss. 1886 p. 83 sqq. probavit; cf. ad Dem. XXIV 45 Valeton: Mnemos. n. s. XV p. 3. 35 sqq., qui exceptionem, i. e. verba: ἂν μὴ — ἐξαιτιολίῳν, genuinam, haec autem verba: οἷς ἂν δόξῃ a grammatico quodam (recte quidem!) addita esse putat; cf. ibid. p. 40.

³⁾ Idem dicendum est de verbo ψηφίζεσθαι, de quo paulo infra agetur.

⁴⁾ cf. Aristot. Pol. IV 8 p. 1294 a.

⁵⁾ cf. Philoch. fr. 79 b; Poll. VIII 20; Schol. ad Arist. Equ. vs. 855 (ad quos locos cf. Fränkel l. l.). Ex Ps.-Demosthene LIX 89, qui de civitate donanda haec dicit: ἐπειτ' ἐπειδὴν πεισθῆ ὁ δῆμος καὶ δῶ τὴν δωρεάν (i. e. πολιτείαν), οὐκ ἐξ κορίαν γενέσθαι τὴν ποιήσαν, ἐάν μὴ τῇ ψήφῳ εἰς τὴν ἐπιδοσαν ἐπιλησίαν ὑπερξαιτιολίῳι Ἀθηναίων ψηφίσωνται κρόβδην ψηφίζόμενοι, Fränkel nihil aliud collegit, quam id: »dass 6001 Stimmen abgegeben sein mussten«.

conspirarent, si quidem futurum esset, ut aliquis relegaretur. Quod primo quidem, ut ait ille, „Philochorus . . . dilucide affirmavit. . . . Deinde omnem dubitationem tollit similitudo aliarum legum, quae sunt de suffragiis senum milium“. Verum id ipsum, quod Valetton de similitudine aliarum legum dicit, eius sententiae repugnare videtur. Nam verbum *ψηφίζεσθαι*, quod in his legibus legitur, nihil aliud significat nisi „suffragium ferre.“¹⁾ Argumento est Ps.-Demosthenis locus [LIX 89], quo orator dicit civitatis donationem (*τὴν πόλιν*) ratam esse non potuisse: *ἐάν μὴ . . . ὑπερῆξακισχίλιοι Ἀθηναίων ψηφίσωνται κτλ.*, Latine: „nisi plus sex milia Atheniensium decrevissent“ vel accuratius: „suffragium tulissent“. Nam id quidem nemo contendit legem postulasse, ut plus sex milia civium consentirent.²⁾ Quodsi nulla veterum testimonia ab ea, quam Fränkel probavit, sententia abhorrent, non est, quod tam magnum suffragiorum numerum consentire necesse fuisse credamus. Nam etiamsi eo tempore, quo suffragium senum milium inventum esse Valetton putat, circa annum 509, „totam multitudinem civium, qui tum ius suffragii haberent, numero 12000 aestimatam fuisse ab inventore legis concedendum esset,³⁾ tamen non verisimile videtur dimidiam totius populi partem in populiscito privo irrogando consentire necesse fuisse; sed satis habuit legislator, si tam ingentem civium numerum⁴⁾ i. e. sex milia minimum comitiis interesse iussit. Neque praescripsit ob eandem causam legislator, „ut relegaretur is, quem plurimae sententiae notassent, (modo tria milia amplius suffragiorum in eum hominem conspirarent“⁵⁾ sed, ut senum milium suffragiis populiscita priva rata fierent, lege sanxit. E contrario sapientem legislatorem, qui fore, ut cives augerentur, provideret, non certum numerum, sed potius dimidiam civium, qui tum essent, partem praescripturum fuisse in promptu est conicere. Accedit deinde, quod sex milia civium sollemnis in iure

¹⁾ Deinde verbum hoc significat: »ex maioris partis sententia decernere«.

²⁾ v. supra p. 115 adn. 5.

³⁾ cf. Beloch: »Die Bevolk. d. griech.-röm. Welt«, qui (p. 99) aetate belli Persarum plus quinque et viginti milia civium Athenis fuisse probat: cf. etiam »Wien. Stud.« II 168 sq.; V 54.

⁴⁾ cf. Fränkel l. l. p. 92 adn. 1 s. f.

⁵⁾ Verba exscripta leguntur apud Valettonium: Mnemos. n. s. XVI p. 10. 8.

publico Attico numerus fuisse videntur, quibus totius populi loco summam potestatem exercere licuit. At fieri potuit, ut cives e. c. in ostracismo habendo de cive, qui relegandus esset, inter se dissentirent aliorumque alii sententiis dicerentur, ita quidem, ut parva suffragiorum pars ad civis alicuius relegationem sufficeret. Verum id a consilio Clisthenis abhorruit et posterioribus demum temporibus, quibus singulae populi partes ostracismo abutebantur,¹⁾ haud scio an raro acciderit; sicut autem legislator non impedivit, quin natura ostracismi mutaretur,²⁾ ita fieri potuit, ut ratione ostracismi habendi paulatim male ac perverse uterentur Athenienses. Fac autem, quaeso, sex milia civium consentientium opus fuisse ad civem relegandum; quod si verum esset, sententiis in varios cives distractis tot homines in suffragium ire necesse fuisse statuendum esset, quot num saepius in comitiis adfuerint, dubitari potest. Atqui non raro ostracismo cives expulsos esse Athenis scriptores tradunt. Quare verum Clisthenis consilium fuit id, ut is civis — agebatur autem de uno, ubi plurimum de duobus demagogis — relegaretur, quem maiori parti senum milium relegari placeret, sin aliter, suffragii latio irrita esset. Quod ex iis senum milium suffragiis patet, quae ad unum hominem spectabant, et ex civitatis videlicet donatione et ex impunitatis datione. Deinde id quoque, quod Valeton opposuit, totam rem absurdam fuisse, si qua pars a suffragio ferendo se abstinuisset, nullius momenti videtur esse, cum id et lege interdictum esse neque usu venisse equidem existimem. Quae cum ita sint, sequitur, ut verba illa, de quibus modo disserui, significant: „nisi maiori parti sex milium civium occulta suffragia ferentium id placuerit.“³⁾

Sed ad rem ipsam transeamus.

In numero ψηφισμάτων ἐπ' ἀνδρῶν ex iure Attico haec sunt: civitas peregrinis donanda (πολιτεία),⁴⁾ relegatio per ostracismum

¹⁾ V. supra p. 13.

²⁾ v. ibid.

³⁾ Eandem sententiam probat Busolt: »Gr. Alt.« § 135 p. 121. § 190 p. 172.

⁴⁾ Civitatis donatio in psephismatum privorum numero est, cum ad eam haec legis verba pertineant: εἰάν μὴ ψηφισμένων μὴ ἑλαττον ἑξακισχιλίων κτλ. (cf. Mnemos. n. s. XV p. 8). Illa enim ut ipsa ἄδεια per senum milium suffragia rata est facta (cf. Mnemos. l. l. p. 14 adn. 2).

decernenda vel remotio (ὄστρακισμός vel potius ὄστρακοφορία), venia rogandi danda (ἄδεια).¹⁾ Quod ex horum populiscitorum notionibus et ex ratione, qua data sunt, patet. Nam plerumque quidem scitum eius populi partis, quae in comitiis forte aderat, quasi voluntas totius populi esset, ratum erat, sed φήσιμα ἐκ ἀνδρῶν a toto populo irrogandum fuisse eo apparet, quod nec cum gratia nec cum damno hominum privatorum populiscita facere licuit.²⁾ Quae lex a nullo nisi ab universo populo violari potuit. Cum autem fieri non posset, ut unquam totus populus comitiis interesset, ea fictione usi sunt Athenienses, ut sex milia civium totius populi vice fungerentur.³⁾ Qui numerus in universum id spectabat, ut quam plurimi cives ad suffragia ferenda commoverentur.⁴⁾ Democratiae enim propria opinio est ex maioris multitudinis sententia optimum quidque et utilissimum potius colligi posse quam ex minoris. Itaque Aristoteles [Pol. VI 2 p. 1317 b] dicit: ὃ τι ἂν δόξη τοῖς πλείοσι, τοῦτ' εἶναι καὶ τέλος καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ δίκαιον, et alio loco [V 9 p. 1310 a]: δύο γὰρ ἔσονται οἷς ἡ δημοκρατία δοκεῖ ὀρίσθαι, τῷ τὸ πλείον εἶναι κέρριον καὶ τῇ ἐλευθερίᾳ.⁵⁾ Populus autem Atheniensium sex milium civium decretum utilissimum esse et universi populi volun-

¹⁾ Ἄδειαν rogandi inter populiscita priva esse Valeton recte demonstravit; v. supra p. 114 adn. 2. De aliis ἀδείας generibus v. infra p. 124 adn. 8. — Εἰσαγγελίαν ad ipsum populum delatam, in qua populus item (i. e. κριθῆν) suffragia tulit [cf. Lyc. adv. Leocr. 146. 149; Xen. H. Gr. I 7,9; cf. etiam Szántó: »Wien. Stud.« III p. 24 sq.] huc pertinere Busolt § 190 p. 172.5. § 208 p. 185,5 contendit; cf. de hac re etiam Valeton: Mnemos. n. s. XV p. 42 sqq.

²⁾ v. supra p. 114.

³⁾ cf. e. c. Dem. XXIV 46. 48; Fränkel: »Die att. Geschworenenger.« p. 14 sqq.; Gilbert I 293; Valeton: Mnemos. n. s. XV p. 40 sqq.

⁴⁾ Erat autem numerus eorum civium, qui comitiis interesse solebant, plerumque sex milibus minor. Thucydide quidem auctore [VIII 72] civium in comitiis numerus quinque milium multitudinem non facile excedere solebat; cf. Perrot: »le droit public« p. 6. 19 sq.; Fränkel l. l. p. 92 adn. 1 s. f.; Busolt § 188 p. 169.

⁵⁾ cf. etiam ibid. VI 3 p. 1318 a; Oncken: »Athen u. Hellas« I p. 198; eundem: »Staatsl.« II p. 164 sq.; 173. Ceterum in rebus diiudicandis non semper maiorem numerum, quid verum sit, perspicere praeclare Plato Lach. p. 184 e (cap. IX) exponit. — Contra oligarchiae propria opinio est ex paucorum — nimirum optimorum — sententia optimum quidque colligi posse; cf. Meier: »de bon. damn.« (p. 185) not. 81.

tem significare¹⁾ finxit. Itaque ut in civitate donanda, in rogatione decernenda, in venia danda scitum sex milium civium iud minus ratum esset, lex fuit. Sed qua de causa is quidem numerus legitimus esset, disceptari adhuc non potuit, quare numquam novam huius numeri explicandi viam Valeton²⁾ ingressus est. Contendit enim ille in ostracismo habendo sex milia civium consentientium suffragium inire necesse fuisse, quem numerum summum dimidium civium adulterorum fuisse, qui, quo tempore suffragium senum milium institutum sit, Athenis essent. Hoc igitur modo suffragii rationis re vera omnes cives fuisse participes Valeton demonstrat; nam illo tempore, quo inventa sit haec lex, quis non iniret suffragium, lege ei suffragium attributum esse arguit. Quam sententiam probare non possum, quia ad populi iudicium privum irrogandum sex milia civium iubentium opus esse nego. Omnino vero id nobis tenendum videtur, quod supra (p. 116 sq.) diximus, illi numero praecipuam ac sollemnem rationem fuisse in iure publico Attico. Nam si legislator nihil aliud praescribere voluisset, quam ut dimidium civium suffragii rationi interesset, certum numerum non imperasset in lege.³⁾ Quae tuncque autem res se habet, summa illa populiscita priva nisi maximo in comitiatu irrogari non potuisse constat; i. e. per summum milium decreta peregrini optime de re publica meritis civitate donati et ii, quos populus sibi periculosos iudicavit, in decem annos e civitate eieci sunt iisque venia data est, quibus legitimas ferre liceret rogationes eiusmodi, ut iis aut summa populi potestas violaretur aut aeraria — sive publicum sive aërium — illegitime deminuerentur.⁴⁾

¹⁾ Cf. id, quod de hac re exposuit Valeton: *Mnemos. n. s. XV p. 41 sqq.*

²⁾ cf. *Mnemos. n. s. XVI p. 10 sq.*

³⁾ v. supra p. 116.

⁴⁾ Quae enim de impunitate ἀφαισι (sc. τοῦ ἀφλήματος) rogaturis condenda vel de ratione ἀδείας remissionem debitorum ac restitutionem rogaturis dandae diserte tradita sunt, eadem ad omnia veniae rogandi genera pertinere mihi videntur. Utrum autem et ἀδεία acquirenda μηχανοταίς et fides publica maximo in comitiatu irrogatae sint necne, pro certo dici non potest; v. Valeton: *Mnemos. n. s. XV p. 2 sq.*, qui impunitatem indicaturis delicta et simplex populiscitum irrogatam esse contendit. — Ceterum suffragium summum milium de impunitate e. c. ei acquirenda, qui beneficium debiti publici remissionis rogaturus erat, tempore antiquius esse quam senum milium suffragium de civitatis datione confirmanda Valeton: *Mnemos. n. s. XV p. 3*

Sed nunc iam anquiramus, quae huius sollemnitatis notio fuerit in iure Attico.

Graecos rem publicam divinum institutum existimasse supra (p. 3) demonstratum est.¹⁾ Itemque rei publicae constitutionem et in rebus publicis popularibus summam populi potestatem numina divina sacrosanctasque habitas esse pro certo dici potest. Quam ob causam Aristophanes quidem poeta, qui omnia atque ipsos deos deridet et in ludibrium vertit²⁾ audacterque omnia mala rei publicae instituta et τὸν δῆμον ipsum perstringit et obiurgat, nec τὴν πολιτείαν nec τὸ κύριον τῆς πολιτείας eludere audeat; at vero Socrates, quod cum alias res perniciosas tum praecipue „καταφρονεῖν τῆς καθεστῶσης πολιτείας“ adulescentes docuisset,³⁾ morte multatus est. Illius autem numinis divini, h. e. rei publicae, sacerdos in democratia populi contio est imprimis ea, cui sex milia civium intersunt. Cuius contionis est et summam potestatem exercere et videre, ne quid detrimenti capiant aut rei publicae aeraria aut summa populi potestas, quae integra esse et sacrosancta aliorum numinum divinorum instar fas est.⁴⁾ Itaque ne quis e. c. a civitate remissionem debiti vel restitutionem in pristinum statum petat, cautum est legibus, quae hostiis dis publicis immolatis sanctae erant. Quare antequam debitor aerarii⁵⁾ — ut in hoc uno exemplo acquiescam — remissionem rogaret, cum ramis oleae alba lana revinctis supplex considerare in ara aliqua⁶⁾ solebat, ut ei a toto populo, aut qui eius vice fungebantur, venia rogationis ferendae

putat propterea, quod eius veniae exemplum extet in populiscito Patroclidis (cf. Andoc. de myst. 77) anno 405 facto; sed in hoc psephismate nihil dicitur de ἀδείας dandae ratione, id quod ipse Valeton adnotat, quamquam id mihi quoque constare videtur, hanc ἀδείαν illo iam tempore a sex milibus civium decretam esse; de hac re v. infra p. 124 adn. 8 s. f.

¹⁾ cf. etiam Schoemann: »Gr. Alt.« I 45 sq. 95; Busolt § 1 p. 4. De hac re uberius egit Oncken: »Staatsl. d. Arist.« II § 1.

²⁾ cf. Schoemann: »Gr. Alt.« II 144 sq.; Kock: N. Jahrb. f. klass. Philol. Suppl. III p. 95.

³⁾ cf. Xen. Mem. I 2, 9.

⁴⁾ v. supra p. 3.

⁵⁾ v. supra p. 24 sq.

⁶⁾ velut in aris Matris Deorum aut Misericordiae, quae in foro erant, aut in ara quadam Munichia [sic (non Munychia) nomen scribendum est, ut demonstrant tituli; cf. e. c. CJA. II 467, 21. 468, 13. 470, 16. 471, 29]; de hac re infra cap. IV copiosius agemus.

laretur.¹⁾ Quodsi debitor aerarii supplex factus tutela deorum tititur, inviolatus et sacrosanctus est²⁾ atque impune verba faciendi facultatem habet, ut venia sibi detur remissionis rogandae.³⁾ Cum sacris rite factis in maximo comitiatu populus id, quod iustum et rei publicae utile est, decernit vel, ut aliis verbis utar, sex milibus civium in suffragium missis diiudicata res est, utrum populus ἀδείαν concedat an deneget. Per hanc igitur sollemnem contionem populus, vel per sacerdotem maximum iurivinum rei publicae numen, voluntatem suam dicit et nomine ἀδείας supplicibus gratiam dat. Ex quibus patet in ἀδεία duplicem notionem inesse: alteram ad ius publicum, alteram ad ius divinum pertinentem. Omnino in hac re, quae quidem inter iuris publici instituta est, cuius tamen initia a rebus sacris profecta sunt, religiones, propterea quod in institutis Atticis a sollemnitatibus publicis caerimoniae sacrae non satis constanter distinctae sunt,⁴⁾ maximi momenti esse supra (p. 7) demonstravi.

Quoniam autem de ἀδείας notionem, quae ad ius publicum pertinet, copiosissime disserui, restat, ut de ea, quae ad res sacras spectat, pauca dicam. Ac primum huius rei similitudines quaerentibus nobis facillime ex caerimoniis religionum praesto sunt.

Theatrum in Graecia ex cultu Dionysi ortum est, cuius diebus festis, Lenaeis et imprimis Magnis Dionysiis, ludi scenici in fano Dionysi Liberatoris (Διονύσου Ἐλευθερέως)⁵⁾ vel in agro sacro templum contingente edebantur⁶⁾ dei simulacro praesente, ante quod sacerdos maximus locum tenet.⁷⁾ Qui ludi cum magis magisque efflorescerent et frequentarentur, templi sedes spec-

¹⁾ Cf. Schoemann: »de com. Ath.« p. 333.

²⁾ cf. Platner: »Proc. u. Kl.« II 140.

³⁾ Quarum rerum tenorem infra cap. II exponam.

⁴⁾ cf. de hac re Platner: »Proc. u. Kl.« II 138.

⁵⁾ in Lenaeo sito [ubi duae Bacchi aedes (Theatrum et Odeum) et duo simulacra dei erant; cf. Paus. I 20,9]; cf. Hesych. s. v. ἐπι Ληναίῳ ἀγών; Preller: »Gr. Mythol.« I² 553,3; Bergk: »Gr. Literaturgesch.« III 33 adn. 101. — Magnis Dionysiis spectacula antiquissimis temporibus in foro fieri solebant; cf. Bergk l. l. adn. 102; aliter sentit Wachsmuth: »Die Stadt Athen im Altertum« I (Lips. 1874) p. 510 adn. 1.

⁶⁾ cf. Wachsmuth l. l. I p. 510 sq.

⁷⁾ cf. A. Mommsen: »Heortologie« (Lips. 1864) p. 392 adn.; Bergk l. l. III 46 adn. 151.

tantibus non iam suffecerunt.¹⁾ Itaque c. annum 460 theatrum²⁾ e lapide exstrui coeptum per Lycurgum oratorem perfectum est,³⁾ in quo inde ab illo tempore Magnis Dionysiis⁴⁾ spectacula fiebant. Sed id nefas erat deique praeceptum, quo sanctum est, ut ludi in templo ederentur, contemnebat populus. Quare Magnis Dionysiis ab ephebis⁵⁾ vesperi collucentibus facibus simulacrum Dionysi ex templo in Lenaeo sito in theatrum portabatur et in orchestra collocabatur,⁶⁾ qua in re sacerdos maximus munere quodam videtur functus esse.⁷⁾ Cum autem duo simulacra⁸⁾ dei fuisse traditum sit, utro in hanc rem usus sit populus, quaeras; sed id pro certo dici non potest.⁹⁾ Ceterum id quidem nullius fere momenti est, gravioris autem, quaenam vis in caerimonia

¹⁾ Hanc theatri construendi causam fuisse arbitror Fickelschereri (de theoricis Ath. pecun. p. 3) exemplum secutus.

²⁾ quod τὸ Διονυσιακὸν θεῖατρον nominari solet; cf. de hac re Bergk l. l. III 53 adn. 110.

³⁾ cf. Wachsmuth l. l. I 5 sqq. et adn. 2.

⁴⁾ Lenaeis, quibus peregrinos non interfuisse verisimile est [cf. Mommsen: »Heortol.« p. 342], ludi in Lenaeo videntur fuisse [cf. Mommsen l. l. p. 338, qui haec dicit: »Ort der Feier war das Lenaeon«]; cf. etiam Wachsmuth l. l. I 510, 1.

⁵⁾ cf. CJA. II 471 vs. 12 sq.

⁶⁾ cf. Dio Chrysost. or. XXXI p. 386 (ed. Dindorf). Ibi simulacrum per dies festos collocatum mansit; cf. Bergk l. l. III 39 adn. 122.

⁷⁾ cf. Mommsen l. l. p. 392; cf. etiam Bergk l. l. III p. 39.

⁸⁾ Et vetus simulacrum (ξῶαν ἀρχαῖον) Dionysi Liberatoris [cf. Paus. I 38, 8] et splendidum simulacrum ab Alcamene factum [cf. Mommsen p. 353].

⁹⁾ Mommsen [l. l. p. 392 (cf. p. 353)] quidem splendidum illud simulacrum in theatrum latum esse opinatur; nam, ut ipsius verbis utar: »Man wollte den Bündnern, den vielen Fremden überhaupt, imponieren, Alles sollte herrlich und glänzend sein. Das Cultusbild war aber gewiss nicht herrlich und glänzend«; sed vetus simulacrum in usu fuisse equidem puto. Nam cum vesperi illam pompam fuisse traditum sit, ea, quam Mommsen dicit, causa non probabilis videtur; accedit, quod pompa caerimonia sacra fuit, ad quam, mea quidem sententia, τὸ ἀρχαῖον ξῶαν adhiberi fas fuit. [Vetustum igitur simulacrum pompa sollemni e Lenaeo in priscam aedem sacram iuxta academiam sitam latum et relatum est (cf. Paus. I 29, 2; Hermann: »Gottesdienstl. Altert.« § 59, 7 sq.; Schoemann: »Gr. Alt.« II p. 442; Preller in Paulyi »Real-Encycl.« II p. 1063; Wachsmuth l. l. I 305, 2; Preller: »Gr. Mythol.« I^o p. 556 et adn. 1)]. Sed etiamsi in hac caerimonia splendidum illud simulacrum in usu fuisset, nihil fere discriminis esset; nam, ut Mommsen (l. l. p. 392) recte dicit, illud simulacrum erat: »nur eine veredelte Copie des Cultusbildes«.

insit. Quam nihil aliud nisi lustrationem significare equidem opinor. Nam cum praesentia dei theatrum sacratum esset et sollemnibus libationibus ante commissos ludos factis¹⁾ deus placatus esset, antistes sacrorum hoc loco spectacula fieri posse fatus est.

Similis igitur causa contionis est, in qua cum populo agitur, utrum ἀδεια e. c. remissionem debitorum rogaturo concedatur an denegetur. Hanc enim rogationem illegitimam ferre non licet, sed a limine ea reicienda est. Quam ob causam debitor, qui idem capite deminutus h. e. impurus est, in comitiis supplicis nomine sub tutela deorum verba facit et veniam rogationis ferendae petit. Tum populus de ea re in maximo comitiatu in suffragium it et venia demum rogatori tributa delictum illud in rei publicae numen divinum commissum²⁾ expiatum est, quo facto illi rogandi facultas fuit. Atque ipsi dei eadem re violati lustrationibus placati sunt.³⁾

Cap. II. De contionibus, in quibus de ἀδεια donatione actum est.⁴⁾

Conciliarum populi duo sunt genera: alterum ordinariorum

¹⁾ Cf. Bergk l. l. III 39 adn. 123.

²⁾ In ea, quam protuli, re rogator duplici modo in legibus peccat; nam primum quidem rogatio, quam ille laturus est, leges violat, deinde autem potestas rogationum ferendarum ab homine capite deminuto abiudicata est.

³⁾ Idem de eis sollemnibus comitiis valet, in quibus civitatis donatio rata fit. Nam antiquarum civitatum fundamenta in gentilitatis vinculo posita erant, »quod gentium ac familiarum vinculum«, ut ait Schenkl: »Wien. Stud.« II p. 162 [cf. etiam ibid. V 52], »cum a diis ipsis institutum existimarent veteres Graeci, sanctum id habebant ita, ut nefas haberent vinculi illius integritatem ulla re imminui vel inquinari. Civium igitur iure is tantummodo frui poterat, qui legitime parentibus civibus ortus cuidam familiae esset adscriptus«. Nihilo tamen secius peregrini optime de re publica meriti civitate praemii causa populiscitis privis donati sunt. Verum id et deos et sacra rei publicae instituta legesque violabat. Quare lex fuit, ut civitatis decretum a toto confirmaretur populo, qui populiscito privo facto omnia gentilitatis iura ad novum civem detulit.

⁴⁾ Ea, quae de his rebus expositurus sum, penitus fere ex reliquorum populiscitorum privorum similitudine collecta sunt, cum de ἀδεια donatione paucissima tradiderint scriptores veteres; cf. Valeton: Mnemos. n. s. XV p. 25, qui civitatis et impunitatis dandae »ritum et modum prorsus similia inter se et eadem fuisse« dicit.

sive legitimorum,¹⁾ quae quattuor erant in singulis prytaeis;²⁾ alterum extraordinarium, quae convocabatur, si quid subiti acciderat.³⁾ Atque ordinariorum contionum quaedam cum constitutis diebus ex lege habitae esse videntur, — imprimis autem huc pertinet Hecatombaeonis dies undecimus h. e. primae cuiusque anni contionis dies⁴⁾ — tum una quaeque certis rerum generibus destinata erat.⁵⁾ Aliae vero res nondum praefinitae prytaeum programme⁶⁾ paucis diebus, antequam de iis in comitiis agendum erat, promulgabantur. Quod de rebus, quae in extraordinariis contionibus populo proponebantur, non semper fieri potuisse per se ipsum intellegitur.

Quibus expositis iam indagemus, utrum de ἀδείας datione in ordinariis an in extraordinariis comitiis actum sit.

Ante omnia autem ea comitia, in quibus de ipsa venia danda agebatur, secernamus necesse est ab iis ordinariis, in quibus rogatio proponebatur populo, ad quam ferendam rogatori venia opus erat.⁷⁾ Ac rectissime Gilbert [„Staatsalt.“ I p. 294] ad hoc privilegium irrogandum tribus contionibus opus fuisse statuit: in prima rogator, qui e. c. debita publica remitti vult, suppliciter a populo petit, ut sibi in extraordinaria contione veniam rogare liceat. Quod si populus concessit, deinde extra ordinem contio convocatur a senatu, in qua rogatori de venia danda aut deneganda cum toto populo agendum est. Venia maximo in comitiis data φήρισμα ἐπ' ἀνδρῶν ratum est. Postremo in ordinariorum contionum aliqua de debitis remittendis, ad quam rogationem ferendam ἀδείαν dari necesse erat, verba facit rogator apud populum.⁸⁾

¹⁾ Quas contiones Aesch. de f. leg. 72 vocat: ἐκκλησίας τεταγμένας ἐκ τῶν νόμων.

²⁾ Primo cuique eorum conciliorum nomen κορία ἐκκλησία erat; cf. Reusch: »de diebus cont. ord. ap. Ath.« in »dissert. phil. Argent. sel.« III 62 sqq.; Gilbert I p. 269,1; Busolt § 189 p. 169,10; cf. etiam Valeton: Mnemos. n. s. XVI p. 3 et adn. 2.

³⁾ Haec concilia σύγκλητοι ἐκκλησίαι dicebantur aut κατάκλητοι, quia παστici quoque in urbem evocabantur; cf. Schoemann: »de com. Ath.« p. 28 sq.; Busolt § 189 p. 170,1.

⁴⁾ cf. Reusch l. l. III 57.

⁵⁾ cf. Poll. VIII 95 sq.; Hartel: »Stud.« p. 172.

⁶⁾ de programme cf. [Dem.] XXV 9; Platner: »Proc. u. Kl.« 1358; Gilbert I 270,1.

⁷⁾ Schoemann: »de com. Ath.« p. 332 sq. id non satis perspexit.

⁸⁾ Nec secus rem exposuit Valeton: Mnemos. n. s. XV p. 4. 14 et adn. 2. —

Ad quam Gilberti sententiam examinandam iam accessurus sum. Et de ipsa re quamquam auctores nihil fere tradunt, tamen pro certo dici potest reliquorum ψηφισμάτων ἐπ' ἀνδρῶν irrogandorum rationes, ostracismi habendi et civitatis donandae, simillimas fuisse atque ἀδείας, quare omnia, quae de illis tradita habemus, in hanc transferre licet.

Ac primum quidem de ostracismi habendi modo ac ratione pauca dicam. In prima sextae prytaniae¹⁾ contione quotannis

Alia autem eius ἀδείας dationis ratio est, cuius possessio per se ipsa utilis est (v. supra in libro priore s. B): in hoc ἀδείας genere tertia illa, de qua supra diximus, contio locum non habet; sed ne id quidem, utrum ad hanc ἀδείαν dandam duabus contionibus opus fuerit necne, utrumque ea ἀδεία simplici psephismate an sollemnibus senum milium suffragiis tributa sit [cf. Mnemos. n. s. XV p. 2 et adn. 6] pro certo dici potest. Fidem publicam quidem in una contione populiscito decretam esse verisimillimum est, idemque de impunitate indicibus danda, quam rem quam celerrime expediri oportuisse recte dixerit quispiam, valuisse nonnulli oratorum loci huc pertinentes demonstrare videntur. [Exempla impunitatis μηχαναῖς concessae leguntur e. c. apud Andocidem de myst. 12. 15 et apud Lysiam XIII 55. Extat etiam huius ἀδείας testimonium in oratione Andocidis secunda (de reditu), in qua a populo ἀδεία petitur; at vero de restitutione tantum prioris decreti hoc loco agitur (v. supra p. 12,1; ceterum orator illegitime, h. e. prytanibus pecunia corruptis, in contionem introductus est; cf. Meier: »de bon. damn.« p. 188; v. supra p. 99,3), quare id testimonium non satis certum est.] — Ceterum ea, de qua hoc loco agendum est, ratio ἀδείας dandae haud scio an quarto demum a. Chr. n. saeculo in usum venerit. Nam utrum prioribus temporibus ex analogia ostracismi habendi populus ἀδείαν dederit an initio quidem ex consuetudine civitatis dandae simpliciore populi sciti privi irrogandi modum adhibuerit [v. infra p. 140 adn. 1], disceptare nequeo. Id unum constare videtur, inde ab initio veniam rogandi senum milium suffragiis irrogatam esse. Quam ἀδείαν iam quinto a. Chr. n. saeculo decretam esse nonnulla exempla docent. Ac primum huius privilegii certum exemplum in CJA. I 32 B extat, quem titulum anno 435/4 scriptum esse Kirchhoff quidem censet (v. supra p. 64 adn. 4); alterum in Patroclidis populiscito a. 405 facto, quod ab Andocide (de myst. 77 sqq.) traditum est. Verum ex his populiscitis nihil de ἀδείας dandae ratione colligendum est v. supra p. 119 adn. 4 s. f.). Si autem populus Atheniensium in ἀδείας irroganda similitudinem civitatis dandae secutus est, quinto quidem a. Chr. n. saeculo hoc veniae rogandi privilegium in una contione — senum milium suffragiis latis — ratum est factum et quarto demum saeculo tribus (vel potius duabus) contionibus opus fuit.

¹⁾ cf. Lex. Rhet. Cantabr. (append. ad Phot. ed. Porson) p. 672,13 sqq. (ed. Houtama Lugd.-Batav. 1870 p. 20); imprimis cf. de ostracismi habendi temporibus et modo Valetton: Mnemos. n. s. XVI p. 1 sqq. Ea, quae Philo-

ante testarum suffragia ferenda (ὄστρακοφορίαν)¹⁾ in comitiis de-
 liberatum est,²⁾ utrum illo anno testarum suffragia ferri oporteret
 necne. Quodsi populus ostracismum habendum esse decreverat,
 ad iustam ὄστρακοφορίαν in altera contione lege aut populiscito
 constituta convenit.³⁾ Quarum contionum (vel suffragii lati-
 onum) prior secundum Aristotelem ἐπιχειροτονία⁴⁾ vocatur, cuius
 concilii initio προχειροτονίας actio est habita. Quae vox quid
 significet, grammatici sic definiunt: προχειροτονία est suffragium
 de ea quaestione latum, utrum populus senatus probuleuma sim-
 pliciter accipere velit, an disceptatio (σκέψις) de eo fiat;⁵⁾ qua
 cum definitione vocabuli usus⁶⁾ congruere videtur. Tamen rem

chorus tradit: procheirotioniam ante octavam prytaniam habitam esse Valetō
 l. l. p. 4 ita explicat, ut haec dicat: »in lege (sc. de ostracismo habendo)
 additum esse debuit, opinor, si in concilio κωρίφ sextae prytaneae epicheiro-
 tonia ob aliquam causam facta non esset, eam habendam esse in concilio
 κωρίφ proximo, i. e. septimae prytaneae«. Sed coniecturam probare non
 possum, quia in lege de ἐπιχειροτονία νόμων nihil huiusmodi scriptum est:
 cf. Valetō l. l. p. 4 adn. 2.

¹⁾ cf. Platner: »Proc. u. Kl.« I 389; Busolt § 192 p. 173.

²⁾ Ut lingua vernacula utar: »es fand eine Vorabstimmung darüber
 statt«.

³⁾ Ὀστρακοφορίαν usque in octava prytania habitam esse adhuc homines
 docti crediderunt; cf. Gilbert I p. 294; Busolt l. l.

⁴⁾ cf. Lex. Rhet. Cantabr. (ed. Porson) p. 672, 14; V. Rose: »Aristot.
 Pseudepigr.« (Lips. 1863) p. 437; Valetō: Mnemos. n. s. XV p. 362. 370 sq.

⁵⁾ cf. Harpocr. s. v. προχειροτονία (= Phot. Suid. s. v.), qui haec dicit:
 εἶπεν Ἀθήνησι τοιοῦτό τι γίνεσθαι, ὅπταν τῆς βουλῆς προβουλευσάσης εἰσφέρη-
 ται εἰς τὸν δῆμον ἢ γνώμη πρότερον γίνεται χειροτονία ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πόλεον
 δοκῆι περὶ τῶν προβουλευθέντων σκέψασθαι τὸν δῆμον, ἢ ἀρκεῖ τὸ προβουλευμα:
 Schoemann: »Antiqu.« p. 222; eundem: »de com. Ath.« p. 99; eundem: »Gr.
 Altert.« I 884; Perrot: »le droit publ.« p. 177,2; Gilbert I p. 276,3; Busolt
 § 190 p. 171,10; Valetō: Mnemos. n. s. XV p. 357. 372 sq. Alii aliter de
 hac re sentiunt homines docti; sunt enim qui προχειροτονίαν ad ordinem earum
 rerum pertinere putent, de quibus agendum sit in comitiis; cf. Gilbert l. l. —
 Initio igitur demagogorum ἐπιχειροτονίας facta est προχειροτονία, quare gramma-
 ticus Philochori verba exhibens [cf. Lex. Rhet. Cantabr. ed. Houtsma p. 24]
 recte dicit: προδχειροτόνει μὲν ὁ δῆμος πρὸ τῆς ἐγδότης προτανείας κτλ.; cf. etiam
 Gilbert: Jahrb. f. klass. Phil. 1879 p. 239, ubi haec leguntur: »man konnte...
 die zweite Abstimmung als die eigentliche χειροτονία auffassend, von der
 ersten als von einer προχειροτονία sprechen, und in diesem Sinne ist die προ-
 χειροτονία an den bekannten Stellen über den Ostrakismus zu verstehen«. Ea,
 quae Valetō: Mnemos. n. s. XV p. 407 sq. dicit, probare non possum.

⁶⁾ cf. e. c. Dem. XXIV 11 sq.; Aesch. I 23.

aliter exposuit Guilelmus Hartel,¹⁾ qui coniectavit *προχειροτονίαν* idem significare quod nostris temporibus, ut recenti nomine utar: „erste Lesung“, idque copia satis larga titulorum allata recte dici studuit demonstrare. Sed hanc sententiam imprimis Gilbert²⁾ impugnabat et postea Miller³⁾ iustis argumentis. Quae res huc quoque pertinet, cum Hartel opinionem suam cum aliis rebus tum ostracismi habendi ratione probare voluerit. In hac enim actione ille quidem secernit, ut ipsius verbis utar: „erste Lesung“ vel „Vorabstimmung“ et „Schlussverhandlung“.⁴⁾ Sed ne id quidem viro doctissimo argumentum praebere potest, cum haec, de qua sermo fit, actio non *προ-* sed *ἐπιχειροτονίας* nomine vocetur; at etiamsi hac in re *προχειροτονία* iusta esset appellatio, quae illam notionem haberet, tamen multum differt inter *ψηφισμα ἐπ' ἀνδρῶν* et simplex populiscitum. Neque magis ostracismi habendi ratio sententiam Hartelianam confirmat. Etenim prior illa suffragii latio nullam aliam vim habet, nisi quam supra diximus „Vorabstimmung“, quibus in comitiis deliberabat populus, utrum *ὀστρακοφορίαν* habere oporteret necne. Senatus igitur constituto tempore probuleuma ad populum tulit, qua re de ostracismo habendo cum populo agendi facultas est data. Si autem populus *ὀστρακοφορίαν* decreverat, in extraordinariis comitiis⁵⁾ testarum suffragia in foro a populo tributim lata sunt. Itaque aperte prior suffragii latio (*ἐπιχειροτονία*) vel actio et iusta propriaque testarum suffragia (*ὀστρακοφορία*), nullo autem verbo duae actiones distinguuntur.

Sed ut ad rem propositam revertamur, num in veniae quoque datione duas eiusmodi contiones statuere liceat, indagemus. Gilberti et Valetoni exempla secutus⁶⁾ simillimam horum *ψηφισμάτων ἐπ' ἀνδρῶν* condicionem puto fuisse. Itaque si quis e. c. aut

¹⁾ »Studien üb. att. Staatsrecht u. Urkundenwesen« p. 180 sqq. 202 sqq.; eundem in »Wien. Stud.« I p. 269—294.

²⁾ cf. Jahrb. f. klass. Phil. 1879 p. 237 sqq.; ibid. 1880 p. 529 sqq.

³⁾ in commentatione: »de decretis Att. quaest. epigr.«; cf. Busolt § 190 p. 171,9.

⁴⁾ cf. Hartel: »Stud.« e. c. p. 180; »Wien. Stud.« I p. 282. 290.

⁵⁾ Valeton quidem: Mnemos. n. s. XVI p. 6 contendit: »ostracophoriam ex lege habendam fuisse die proximi concilii, postquam accepta esset *προχειροτονία*«. Causae, quas ille affert, gravissimi momenti esse mihi videntur, sed num vera sit eius sententia, pro certo dicere non audeo.

⁶⁾ v. supra p. 124 et adn. 8 initio.

sibi aut alii restitutionem a populo petiturus erat, supplex in senatu deinde in comitiis ordinariis orabat, ut populus in maximo comitiatu veniam rogationis ferendae sibi daret; quod si populus concesserat, veniam dandam aut denegandam esse in extraordinariis comitiis ad id convocatis decrevit; et venia demum impetrata restitutionem a populo petere licuit. Quarum contionum prima et altera congruunt cum ἐπιχειροτονία et ὁστρακοφορία, quibus ψήφισμα ἐπ' ἀνδρὶ ratum fit.

Postremo etiam civitatis donandae sollemnitates¹⁾ cum ἀδείας datione habent similitudines.²⁾ In comitiis enim ordinariis, postquam senatus rogationem sive petitionem probuleumate instruxit, civitas alicui peregrino bene de re publica merito decernitur. Quo facto id psephisma in altera contione, plerumque in prima proxima prytaniae,³⁾ cui ut minimum sex milia civium interessent, lex erat, occultis suffragiis comprobandum fuit. Denique civitatem a toto populo decretam prioribus quidem temporibus γραφῆ παρανόμων antiquare licuit, posterioribus autem temporibus δοκιμασία novorum civium in iudicio heliastico facta est. Tum

¹⁾ quae quarto a. Chr. n. saeculo valuerunt; antea autem civitas uno psephismate populi decreta et rata facta est, quod populiscitum γραφῆ παρανόμων abrogare licuit heliastis; cf. Busolt § 154 p. 139 et adn. 7.

²⁾ De civitatis datione cf. [Dem.] LIX 89 sq.; Gilbert: »Staatsalt.« I p. 176.

³⁾ Tempus concilii semper populiscito constitutum est; cf. Valeton: Mnemos. n. s. XVI p. 5. Formulae, qua in titulis Atticis haec suffragii latitio significatur, semper fere hoc additum est: εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν; cf. Mnemos. n. s. XV p. 25 et ibid. XVI p. 5; Buermann: Jahrb. f. klass. Phil. Suppl. X p. 358 sq. Idne ad extraordinarias an ad ordinarias contiones referendum sit, non satis liquet. Sed id nullius momenti est, si quidem senum milium suffragii latitio non specialis ἐκκλησία fuit, id quod Valeton coniecit (v. etiam infra cap. III p. 138 adn. 2). Quod si verum esset, illae suffragii lationes in comitiis ordinariis extra ordinem fierent. Id autem videtur constare, haec civitatis decretorum verba non ad primam, sed ad alteram contionem pertinere, cum haec formulae probuleumaticae verba: τοὺς προέδρους οἱ ἂν λάχῃσι προεδρεύειν (προσαγαγεῖν τὸν δεῖνα) εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν (καὶ) χρηματίζεσθαι περὶ τούτων κτλ. ad contionem senatus consessum sequentem pertinere existimem [aliter sentit Hartel]; cf. Gilbert: Jahrb. f. klass. Phil. 1879 p. 229; Blass in I. Mülleri »Handb. d. klass. Altert.-Wiss.« I (1886) p. 453, qui haec dicit: »Die Worte der probuleumatischen Formel: εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν bezog Hartel auf die nächste nach der beschliessenden ἐκκλησία...; Miller hingegen mit anderen auf die nächste ἐκκλησία nach der Ratessitzung [»de decretis Atticis« p. 34: ad comitia senatus consessui proxima]«.

emum civitatis decretum ratum fuit.¹⁾ Atque prior quidem contio cum ea conferenda est, in qua quis supplex²⁾ petit, ut populus de venia danda convocetur. Deinde autem populus in altera contione ut ἀδειαν irrogat ita civitatis dationem confirmat. Postremo e. c. et capite deminutus restitutionis rogationem fert et civitas a populo tributa in iudicio examinatur, utque restitutionem denegare ita γραφή παρανόμων aut δοκιμασία, si contra leges data est, civitatem abrogare licet.

Ex iis, quae exposuimus, ἀδειας dandae actionem satis diuina fuisse intellegitur; sed in iis rebus, quae huc pertinent, nullum morae non noxae fuit.³⁾

Duas igitur contiones ad ipsam veniae dationem necessarias statuendas esse demonstratum est. Quarum alteram Pollux [VIII 96] rectim attingit his verbis: ἡ δὲ δευτέρα ἐκκλησία (sc. τῆς πρωτανείας) εἶτα τοῖς βουλευμένοις, ἐκτελεῖαν θεμένοις, λέγειν ἀδεῶς περὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν δημοσίων, quae Schoemann [„de com. Ath.“ p. 158] recte vertit his: „In secunda ecclesia contio dabatur iis, qui duplici ramo proposito de privatis aut publicis rebus dicendi veniam posebant“.⁴⁾ Quaeritur autem, utra contionum Pollucis recte significetur. Vocabulum ἀδεῶς (h. e. impune) hoc sane significare potest: „venia impetrata“; at vero rogator veniam nullam impetravit, quam ob rem supplex orat, ut verba: ἐκτελεῖαν θεμένοις demonstrant. Haec igitur contio, quam Pollux dicit, tertiam, in qua venia data est, non sequitur: nam in hac, postquam veniam supplex impetravit, ultro ei licuit impune rogare; sed ἀδειας dationi antecedit, quare Pollucis verba ad priorem contionem pertinent,⁵⁾ in qua rogator impunitate verba faciendi

¹⁾ Cf. e. c. CJA. II 51. 54. 300. 397. — De his rebus in cap. III copius agatur.

²⁾ nam de rebus quibusdam: νόμος οὐκ ἐὰν λέγειν οὐδὲ χρηματίζειν, ut ait mosthenes XXIV 46; cf. Valeton: Mnemos. n. s. XV p. 4 et adn. 4.

³⁾ Impunitatem enim indicia delaturis acquirendam, quae res maximi momenti et sicut ἐπιταγή quam celerrime expedienda erat, huc non pertinere visum est (v. supra p. 99 adn 3). Id etiam Platner: »Proc. u. Kl.« 43 intellegit, cum impunitatem indicibus, ut ipsius verba usurpem, »ohne andere Förmlichkeiten« dare licuisse dicat. Atque ne id quidem, num veniae ἀδειας genera senum milium suffragiis irrogata sint, pro certo scimus; Valeton l. l. XV p. 2.

⁴⁾ cf. Perrot: »le droit public« p. 38.

⁵⁾ Ad aliam autem (tertiam scilicet) contionem Gilbert Pollucis verba

utitur propterea, quod in tutela deorum est. Tum contionatur ille apud populum non μετ' ἀδείας¹⁾ vel ἀδείας δοδείσσης²⁾ h. e. cum populi venia, sed ἐπ' ἀδείας³⁾ ut videlicet in proxima extra-ordinaria contione ἀδείαν impetret. Quae cum ita sint, Pollucis loco, quem protuli, in secunda cuiusque prytaniae contione — erat autem ordinaria —⁴⁾ supplicibus veniae impetrandae causa populum adire licuisse edocemur.

Quaestione absoluta nunc iam exemplo ἀδείας dandae rationem illustrare conabor.

Capite deminutus ne in comitiis verba faciat neve restitutionem petat, lege interdicitur. In secunda autem cuiusque prytaniae contione ordinaria illi supplici cum ramis oleae in ara aliqua considerare et hinc sacrosancto dei tutela facto impune de suis rebus verba facere licet, ita quidem, ut venia rogandi sibi concedatur. Antea enim ne supplex quidem ipsius restitutionis rogandae potestatem habet. Primum igitur hoc tantum petit a populo, ut prytanes populum extra ordinem convocare iubeantur ἀδείας dationis deliberandae causa. Deinde in extra-ordinaria contione populus in suffragium mittitur, utrum supplici venia rogationis ferendae danda an deneganda sit. Quodsi populus maximo in comitiatu et occultis suffragiis ἀδείαν concessit,⁵⁾ tum demum in contione aliqua ordinaria⁶⁾ de restitutione in integrum cum senatu populoque agitur.⁷⁾

Ceterum Pollucis testimonium, quo demonstratur contionum ordinariarum unicuique certas res constitutas esse, quamquam Reusch

pertinere dicit; cf. »Staatsalt.« I p. 294 et adn. 1; contra cf. Valeton: Mnemos. n. s. XV p. 4. — Congruunt igitur inter se hoc concilium et illud, in quo ἐπιχριστονομία demagogorum est habita; utriusque enim certum tempus lege destinatum fuit; cf. de ἐπιχριστονομίας tempore Valeton: Mnemos. n. s. XVI p. 1 sqq.

¹⁾ cf. e. c. Thuc. VI 60.

²⁾ cf. e. c. Dem. XXIV 46.

³⁾ cf. Schoemann: »de com. Ath.« p. 334. — Oncken: »Staat.« II p. 526 vocabulum ἀδείας non apte Germanice vertit verbo: »rücksichtslos«.

⁴⁾ De his v. supra p. 123 sq.

⁵⁾ cf. Dem. XXIV 45. 46.

⁶⁾ cui num semper tempus praestitutum sit a populo, incertum est.

⁷⁾ Schoemann: »Gr. Alt.« I 399 suffragium senum milium, quod ad ἀδείαν dandam pertinet, per errorem in ea contione latum esse statuit, in qua de poenae alicuius remissione agitur; cf. etiam eundem: »Antiqu. iur. publ. Gr.« p. 225.

[„dissert. phil. Argent. sel.“ III 71 sqq.] in suspicionem vocavit,¹⁾ tamen res ipsa non in dubio est, quin programma ordinariorum sive legitimarum contionum praefinitum fuerit.²⁾ Dubitari sane potest, num de ἀδεία danda in secunda contione actum sit; sed ἀδείας dationem in numero negotiorum publicorum lege praefinitorum³⁾ fuisse videtur constare.

Cap. III. De senatus in ἀδείας datione functionibus.

In re publica Atheniensium permulta iura et potestates ad senatum delatae fuerunt, quae omnes fere res complexa sunt; ut Busolti verba mea faciam: senatus summum collegium fuit, quod totam rem publicam rexit atque administravit.⁴⁾ Itaque auctoritas senatus multum valuit in legislatione, in rebus ad aerarium et rei publicae administrationem pertinentibus, in publicis negotiis cum exteris civitatibus gerendis, in omnibus denique rebus, in quibus ille negotia publica ex legibus procuravit.⁵⁾ Senatus igitur, ut nostrorum temporum res cum illis conferam, quasi summus rei publicae cancellarius est, qui in gravissimis rebus una agit cum contione populi τὸ κύριον τῆς πολιτείας tenentis. Quin etiam tanta senatui potestas fuit rei publicae gubernandae, ut dixerint quidam collegium summam potestatem tenens Athenis contionem una cum senatu (βουλὴν καὶ ἐκκλησίαν)⁶⁾

¹⁾ Cf. Schoemann: »de com. Ath.« p. 32; Perrot: »le droit publ.« p. 38; Heyse: »de legat. Att.« p. 65; Miller: »de decretis Att.« p. 34, 1.

²⁾ etiamsi concedendum est praeter legitimas res etiam de aliis in his contionibus agere licuisse; cf. Reusch l. l. p. 72. 77 sqq.

³⁾ De civitatis quidem donatione agebatur tempore lege praestituto; velut in CJA. II 309, in quo titulo civitas peregrino cuidam decernitur, haec leguntur: [... ἔταν αἱ ἡμέραι ἐξήκωσ]ιν [α]ἰ ἐκ τοῦ νόμου χρη[ματίζουσι περὶ πολιτείας (?)... Atque idem in ostracismo habendo de ἐπιχειρονομίας tempore valuit.

⁴⁾ Busolt § 183 p. 165 dicit de senatu: »Er war die höchste Regierungs- und Verwaltungsbehörde«; cf. § 48 p. 44.

⁵⁾ De titulis Atticis ad senatum Atheniensium pertinentibus nostris temporibus agere coepit: Heydemann: »de senatu Athen. quaest. epigr. sel.« in »dissert. phil. Argent. sel.« vol. IV.

⁶⁾ Ut lingua vernacula utar: »die Körperschaft, welche die souveräne Staatsgewalt in Händen hatte«; Busolt § 48 p. 44 haec dicit: »Der Rat repräsentierte mit dem Demos die oberste Staatsgewalt«; sed τὸ κύριον penes solum populum est vel, ut Germanice sententiam dicam: »Souverän ist allein der Demos«; v. infra p. 138 sq.; cf. etiam Perrot l. l. p. 35 sq.

fuisse. Atque re vera psephismatis legitimis ratisque praescriptum est hoc: ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ non secus ac si in fine multorum titulorum legimus: ἡ βουλή ὁ δῆμος, nomina subscripta cancellarii et populi ipsius. Quocum congruunt ea, quae senatui in comitiis de populiscitis perficiendis fuerunt, negotia: convocavit contionem populi, res, de quibus in comitiis deliberandum fuit, constituit easque populo ante comitia programmate promulgatas proposuit.¹⁾ Praeterea autem ad populum quidquam deferri vetitum erat, nisi quod ante a senatu pertractatum et probuleumate²⁾ instructum esset,³⁾ ex Solonis⁴⁾ lege, quae iussit: [τὴν βουλήν] προβουλεύειν . . . τοῦ δήμου καὶ μηδὲν ἐν ἀπροβούλευτον εἰς ἐκκλησίαν εἰσφέρεισθαι.⁵⁾ Tamen praeter ceteros Miller [„de decret. Att.“] recte demonstravit non semper „necesse fuisse eundem (sc. senatum), quid sibi de singulis rebus placeret, populo exponere et suadere, quid faciendum esset.“⁶⁾ Saepe enim senatus satis habuit — neque ea posterioris aetatis licentia fuit⁷⁾ — „rem ita ad populum ferendam decrevisse, ut quivis civis quod videretur rogaret.“⁸⁾

Atque operae pretium est nunc iam anquirere, quibus senatus in ἀδείας datione muneribus functus sit. Cum autem de hac re a scriptoribus nihil fere traditum sit, rursum ex ἀδείας cum ὀστρακισμῷ et πολιτεία similitudine res, quam proposuimus, colligenda est.

¹⁾ Πρόγραμμα legitur e. c. in CJA. II 61; cf. Busolt § 182 sq. p. 165 sq.

²⁾ cf. Harpocr. s. v. προβούλευμα; Phot. s. h. v.; I. Bekker: Anecd. G. 289, 26 sqq.

³⁾ cf. Schoemann: »de com. Ath.« p. 158; Miller: »de decret. Att.« p. 7.

⁴⁾ cf. Plut. Sol. XIX. Num autem lex Solonea fuerit, nuper U. Koehler in dubium vocavit; cf. Busolt § 128 p. 117.

⁵⁾ cf. Dem. XXIV 11; Petit: »Leges Atticae« II 2,2 p. 198; Schoemann = »de com. Ath.« p. 95 sqq.; Miller l. l. p. 7,1; Busolt § 183 p. 165,9.

⁶⁾ cf. Gilbert: »Staatsalt.« I p. 276,2. Loco προβουλεύματος conscriptum senatum res propositas saepe ad populum (oratione) detulisse dicit Gilbert l. l. I p. 275,5; cf. etiam ea, quae exposuit L. Schmidt: »de auct. προβουλεύματος in rep. Ath.« (Ind. lect. Marb. 1876/7).

⁷⁾ Nam hac occasione senatus auctoritate omnino neglecta res ad populum deferebantur; cf. e. c. argum. II ad Demosthenis Androtianam p. 592 v. supra p. 77 sqq.

⁸⁾ Haec formula probuleumatica patet ex CJA. II 168; cf. Gilbert I 276,2; Busolt § 190 p. 171,9.

Initio quidem dubites, num omnino senatus in venia danda cum populo egerit. Cum enim populus in hac re gravissimum ius summamque potestatem exercuerit, senatus autem οὐ κέρως particeps non fuerit,¹⁾ oritur quaestio, num senatui tiam haec ἀδείας dandae rogatio probuleumate (cuius videtur antiquandi populus semper potestatem habuit)²⁾ instruenda erit. At, inquires, illa, quam supra attulimus, Solonis lex³⁾ voluta esset, si eiusmodi psephisma probuleumate senatus antea non comprobatum ad populum latum esset. Verum id ipsum, quo tempore contio populi non a senatu, sed ab aliis magistratibus convocata est, interdum videtur accidisse. Constat enim praetoribus in rerum angustiis quoquo tempore⁴⁾ ius cum populo agendi fuisse, sive per prytanes illum convocari iusserint praetores,⁵⁾ sive ipsis contionem convocare licuerit. Nam cum Thucydes [II 59] de Pericle dicat: ἐβλόγον ποιήσας (ἔτι δ' ἐστρατήγει), ut prytanes hac occasione eum adiuverint, dubitari potest.⁶⁾ Et tunc idem ex psephismate patet, quod extat apud Demosthenem [VIII 73], ubi legimus: ἐκκλησίαις συγκλήτου ὑπὸ στρατηγῶν.⁷⁾ Quod si in summo tantum rei publicae periculo, velut hostibus in urbem invadentibus, fieri potuisse verisimile est.⁸⁾ Omnino

¹⁾ Cf. L. Schmidt l. l. p. III.

²⁾ cf. Gilbert I p. 278 et adn. 2; Miller: »de decret. Att.« p. 42.

³⁾ quam legem Hartel: »Stud.« p. 181 gravissimam iuris publici Atheniensium significat, non secus ac Miller, qui l. l. p. 54 haec dicit: »legem hanc supremam et sanctissimam in iure publico Atheniensium habitam esse videmus«.

⁴⁾ cf. e. c. (JA. I 40,54 sqq.: συν[s]χῶς δὲ ποσὶν τ[ὰς ἐκκλησίας], ἕως ἀντιπροσώπων, ἄλλο δὲ προχορημα[τίσαι τούτων] μὴδὲν, ἐὰμμή τι οἱ στρατηγ[οὶ] ἐπινοήσ[ωσι].

⁵⁾ cf. Dem. XVIII 37. 164; Thuc. IV 118,14; CJA. II 439 (ad hunc titulum cf. Hauvette-Besnault: »Les Strat. Ath.« p. 125; Gilbert l. l. I p. 279,2).

⁶⁾ cf. Thuc. II 60; cf. etiam Plut. Phoc. XV; Diod. XVI 84. — Contionem populi senatu auctore a praetoribus factam esse putant Hermann: Gr. Alt. I^o § 128,6; Schoemann: »Gr. Alt.« 1383; Gilbert I p. 222 et adn. 6. Alii homines docti (cf. e. c. Perrot: »le droit publ.« p. 37,5. p. 58; Busolt III 79 p. 163,6; Hauvette-Besnault l. l. p. 124) etiam eam contionem, cuius Thuc. II 59 mentionem facit, per prytanes convocatam esse contendunt.

⁷⁾ cf. etiam Dem. XVIII 37. 75; Schoemann: »de com. Ath.« p. 102 sq. De hac re cf. imprimis ea, quae disseruit Hauvette-Besnault l. l. p. 124 sq.

⁸⁾ Pericles praetor contionem convocavit, ut animos sedaret, id quod in periculosissimis temporibus fieri non potuit; cf. Thuc. II 59; Hauvette-Besnault l. l. p. 125.

Hauvette-Besnault quidem [„Les Stratèges Athéniens“ p. 125] id praetorum ius senatus populi que convocandi perpetuitate et assiduitate¹⁾ habiti senatus irritum factum esse dixit. Sed etiamsi alias quoque²⁾ ipsis praetoribus licuisset contionem convocare et rogationes probuleumate non instructas ad populum ferre, tamen id huc non pertineret. Itaque, ut ad rem propositam transeam, in venia danda senatum una cum populo egisse demonstrabo, ita quidem, ut id in utraque contionum,³⁾ quae ad veniae dationem opus erant, nequaquam factum sit.

Iam vero indagemus, quae functiones senatui fuerint in iis conciliis, in quibus populiscitum privum ἀδείας irrogatum est; ac primum quidem in ea contione, in qua quis supplex rogat, ut sibi liceat in extraordinariis comitiis ἀδείαν a populo petere.

Haec contio si non secunda, ut Pollux tradit, tamen ordinarium aliqua est, cui res, de quibus agendum est, lege praefinitae sunt. In qua contione senatui rogationes ad populum ferendas semper probuleumatis comprobandi potestatem fuisse per se ipsum intellegitur et pro certo habendum opinor, etiamsi plurimi interfuit prytanes programmata promulgata contionem convocare, utque rerum disceptatio et deliberatio fieret, curare.⁴⁾ Tamen plerumque et iustum senatus probuleuma statuendum puto et, ut supplex, antequam in comitiis verba faceret, utique senatum adiret,⁵⁾ legitimum fuisse. Similis est εἰσαγγελίας ratio,

¹⁾ Ut ait Hauvette-Besnault l. l.: »(par la) permanence du conseil.

²⁾ id quod Hauvette-Besnault p. 125 in dubium vocat.

³⁾ v. supra cap. II.

⁴⁾ Schoemann: »Antiqu.« p. 222 adn. 7 nullam senatus auctoritatem perscriptam esse putat, »si tantummodo in universum edictum esset, de quibus rebus cum populo agi liceret, e. c. in magistratum ἐπιχειροτονίας«. Cf. etiam [Dem.] XXV 9. — Posterioribus temporibus ex titulo Attico, qui extat in CJA. II 472, prytanes (vs. 12 sq.) cum ob alias causas tum ob hanc laudantur, quod: ἐπεμ]ελήθησαν... τῆς συλλο[γῆς τῆς τε βουλῆς καὶ τοῦ δήμου...

⁵⁾ Id enim ut ante omnia ordinaria populi concilia fieret, lex fuit; cf. e. c. Dem. XXIV 48. Is igitur, qui ἀδείαν a populo petiturus est, principio in senatu supplicandi caerimonia usus (cf. Valetton: Mnemos. n. s. XV p. 4) verba facit. — Ceterum quae Preller: »Gr. Mythol.« I⁴ 425 dicit: »(Das Prytaneion) war die Stätte... der Gemeindeberatungen... und die der Schutzflehenden, wenn sie den Schutz des ganzen Staates in Anspruch nahmen«, ea de posteris quidem temporibus nequaquam valent [de prytaneo cf. Gilbert: »Staatsalt.« I 118,2; Hagemann: »de prytaneo« Vratisl. 1880; de curia cf. Gilbert I 259,1]. Nam Clisthenis iam aetate κοινὴ ἐστία in tholum translata est, ubi

quam etsi in rebus gravissimis delatori statim ad populum¹⁾ deferre licuit,²⁾ tamen contio, cum εἰσαγγελίαν accepisset, ad senatum reiciebat, qui probuleumate rem instrueret.³⁾ Atque etiam προβολάς in comitiis, quae ex lege in templo Dionysi habebantur,⁴⁾ per ipsos prytanes ad populum delatas esse lex a Demosthene [XXI 8] commemorata demonstrat.⁵⁾

Hoc igitur utique videtur nobis tenendum, supplicem, antequam verba faceret in comitiis, senatum adire necesse fuisse, quae sententia et ὀστρακισμοῦ et πολιτείας comparatione probatur.

Neque enim dubitari potest, quin etiam in ἐπιχειροτονία in prima sextae prytaniae contione habita a senatu προβούλευμα saepe certis consiliis instructum ad populum delatum sit, quod docuit, quae sit ostracismi habendi causa. Atque etiam eos demagogos nobiles, quorum nimia potentia et opes timendae essent quosve ob eam causam expelli e civitate oporteret, in illa contione nominatos esse nonnulli homines docti putaverunt,⁶⁾ quamquam id pro certo dici non potest. Aliter autem Valeton⁷⁾ de hac re nu-

prytanes quotidie sacrificabant, cenabant, consilia habebant; cf. Schoell: Hermes VI 28 sq.; Hagemann l. l. p. 28 sqq. — In ipsa curia (βουλευτηρίῳ) κοινὴν ἑστίαν fuisse Bursian: »Geogr. v. Griechenl.« I (Lips. 1862) p. 282 putat; v. supra p. 112 adn. 3.

¹⁾ cf. Busolt § 192 p. 173,5.

²⁾ Plerumque sane delationes (εἰσαγγελίαι), sicut indicia (μηνύσεις), ad senatum ferebantur; cf. Arist. Equ. v. 300; Isocr. XV 314; Gilbert I p. 291 et adn. 3; Busolt § 182 p. 165,1. § 185 p. 167. § 197 p. 178.

³⁾ cf. Xen. H. Gr. I 7,7. Idem fieri potuit de aliis rebus in ipsis comitiis ad populum latis; v. supra p. 78 adn. 7; cf. etiam Schoemann: »de com. Ath.« p. 205 (aliter sentit de hac re Platner l. l. I p. 370 sq.).

⁴⁾ cf. e. c. Dem. XXI 9. 11. 175; Isocr. XV 314; Reusch: »de diebus cont. ord.« p. 4.

⁵⁾ cf. Schoemann: »de com. Ath.« p. 238; eundem: »Gr. Alt.« I 395. »In comitiis«, ut ait Schoemann (»de com. Ath.« p. 238), »actor adversarium produxit, et post propositam a prytanibus προβολήν uterque (et is qui accusabat et is qui accusabatur) verba pro se ad populum fecit«. Προβολή sane in magistratus (quam Schoemann: »de com. Ath.« p. 231 tantum in ἐπιχειροτονία; magistratum factam esse contendit) iusto probuleumate senatus non comprobata ab ipso actore ad populum deferebatur; sed προβολή ista cum poenae irrogatione non coniuncta erat, neque populus ipse ulla poena reum affecit, sed post illud comitiorum praeiudicium rem heliastico iudicio cognoscendam et diiudicandam commisit; cf. Schoemann: »de com. Ath.« p. 239; Gilbert I p. 289,2; Busolt § 192 p. 173. § 209 p. 186.

⁶⁾ cf. Schoemann: »de com. Ath.« p. 243 sq.; eundem: »Gr. Alt.« I 398. — De candidatorum tabella, quam Meier statuit, omnino non cogitandum est.

⁷⁾ Mnemos. n. s. XV et XVI.

perrime egit, qui haec studet demonstrare: „ἐπιχειροτονίαν (de magogorum) quotannis (constituto tempore) in concilio habitam esse, neque eam contra legem potuisse impedire senatum, si in senatu nemo rogaret de ἐπιχειροτονίᾳ habenda“;¹⁾ quare probuleuma senatus statuendum non esse,²⁾ immo vero „nullam de esse (h. e. de ostracismo) factam esse senatus auctoritatem, nullam in concilio institutam esse deliberationem publicam“.³⁾ Quam sententiam cum aliis argumentis tum ex ratione ἐπιχειροτονιῶν habendarum et notione ἐπιχειροτονίας vocabuli⁴⁾ confirmare Valeton studet. Atque id quidem, quod disseruit ille de „ἐπιχειροτονίας ἀπροβουλεύτοις“⁵⁾: legem Soloneam de senatus probuleumate hac re non violatam esse,⁶⁾ non improbable videtur. Tamen equidem id non rectum esse puto, quod Valeton statuit, in illa scilicet ἐπιχειροτονίᾳ sine ulla suasionem vel consultatione populum interrogatum esse: πότερον δοκῆι τὸ ὄστρακον εἰσφέρειν ἢ μή; quod si verum esset, de ostracismo, ut ita dicam, nullo verbo facto populus in suffragium missus esset. Nam ὄστρακοφορία ipsa re vera nihil aliud nisi suffragii latio fuit, ut postea demonstrabo. Illud autem abhorreere videtur a vero sapientis legislatoris consilio, qui prohibere voluit, quominus saepissime populus potestate data perverse uteretur. At, ait Valeton, „causa . . . , cur adeo metuendus fuerit ostracismus, haec est, quod regebatur affectibus et cupiditatibus populi sine ullo consilio“.⁷⁾ Verum id non democratiae, sed ochlocratiae proprium esse mihi quidem videtur. Etiam si autem concedendum esset disceptationes vel suasiones de ostracismo habendo in ἐπιχειροτονίᾳ non factas esse,⁸⁾ tamen probuleuma a senatu factum esse pro certo habeo, id quod res simillima, quam ipse confert Valeton,⁹⁾ demonstrat, ἐπιχειροτονία scilicet τῶν νόμων. Cuius rei senatum participem fuisse cum

¹⁾ Cf. Mnemos. n. s. XV p. 363.

²⁾ cf. ibid. p. 365. 406.

³⁾ cf. ibid. p. 365.

⁴⁾ cf. ibid. p. 370 sqq.

⁵⁾ cf. ibid. p. 372 sqq. 376.

⁶⁾ cf. etiam Schoemann »Antiqu.« p. 222 adn. 7; v. supra p. 134 et adn. 4.

⁷⁾ cf. l. l. p. 420.

⁸⁾ Quam sententiam equidem probare non possum; v. supra p. 126 et adn. 5.

⁹⁾ l. l. p. 380 sq.

illi docuerunt tum praecipue R. Schoell.¹⁾ Sicut igitur in ἐπιχειροτονίαν τῶν νόμων habendam, ita in ἐπιχειροτονίαν demagogorum enatus probuleumate opus est, quod in prima contione sextae tytaniae populo proponitur. Tum populus — disceptatione cta, ut opinor, — senatus probuleuma accipit aut antiquat, h. ὁ στρακοφορίαν haberi iubet aut vetat.

Quoquo modo autem illa res se habet, utique ratio, quam prima earum, quae ad ἀδείας dationem habendae sunt, contione adhibitam puto, alterius populisciti privi, h. e. civitatis dandae, similitudine comprobatur, de qua nunc pauca disseram.

In iis enim comitiis, in quibus de civitate tribuenda primum batur, senatus ad populum probuleuma ferret necesse fuit, ita lem, ut nullo modo prorsus liceret in comitiis civitatis dandae ationem ferre, nisi ea rogatio sive petitio antea in senatu probuleumate instructa esset. Quod decreta πολιτείας, quae unt, aperte demonstrant, in quibus semper formula legitur, senatus rogationem probuleumate comprobata ad populum = ἐψηφίσθαι τῇ βουλῇ τοὺς προέδρους οἱ ἂν λάχῃσι προεδρεύειν τὴν πρώτην ἐκκλησίαν (vel εἰς τὴν ἐπιούσαν ἐκκλησίαν) προσαγατὸν δεῖνα εἰς τὸν δῆμον καὶ χρηματίσαι περὶ αὐτοῦ, γνώμην δὲ βεβλησθαι τῆς βουλῆς εἰς τὸν δῆμον, ὅτι δοκῆι τῇ βουλῇ κτλ.²⁾ que secundum hoc solum exemplum etiam in ea contione, in qua quis supplex, ut ἀδείας dandae causa extraordinaria comitia invocentur, petat, probuleuma statuendum est.

Nunc ad alteram contionem, in qua de ipsa venia danda ut deneganda agitur, nos vertamus.

Atque etiam in hac extraordinaria contione probuleuma senatus ad populum delatum esse Gilbert [„Staatsalt.“ I p. 294] stat. Sed quaeritur ante omnia, quid in his comitiis maxime interfuerit. Senatus fuit, cum populus extraordinariam contionem invocandam decrevisset, constituto tempore imperata facere. A priore sane concilio et senatus ad populum probuleuma certis consiliis instructum detulerat et in ipsa disceptatione sup-

¹⁾ In Sitz.-Ber. d. k. Bayr. Acad. d. Wissensch. (philos.-hist. Classe) 1886 p. 127 sqq.

²⁾ cf. e. c. CJA. II 51. 382. — Eadem formula etiam in προξενίας decretis legitur; cf. CJA. II 47. 50. De hac formula probuleumatica cf. Hartel: *Stud.* p. 166 sqq.; cf. etiam Monceaux: *Les Prox. Grecques* p. 12. 78 sqq.

plex causam exposuerat, cur ἀδείαν dari iustum et ipsi populo utile esset. Quodsi populus precibus illius commotus concesserat, ut in extraordinaria contione de ἀδείας datione suffragia ferrentur, omnia in eo posita erant, ut prytanes programme promulgato contionem convocarent populumque in suffragium mitterent. Quare in his comitiis neque iustum probuleuma neque disceptationem fuisse censeo.¹⁾ Etenim prius concilium disceptandi facultatem dederat, extraordinarium re omni ratione et cogitatione pertractata ad id tantum constitutum erat, ut populus suffragium iniret.²⁾

Atque primum quidem ὀστρακοφορίας — ut ipsum nomen docet — rationem eandem fuisse nemo fere hominum doctorum est qui dissentiat. Ad hanc igitur ὀστρακοφορίαν id, quod Valeton de ἐπιχειροτονία exposuit, referendum esse existimo³⁾: deliberationem publicam de ea re nullam fuisse neque in senatu neque in concilio populi. Senatus enim in iusta quidem actione et disceptatione una cum populo agit deliberatque, sed in suffragii latione populus solus auctoritate supremi collegii publici non coercitus summam potestatem exercet, qua usus aut ὀστρακοφορίαν habet aut veniam dat aut civitatis donationem confirmat. Nam τὸ κῆρυον τῆς πολιτείας nemo nisi ipse populus tenet,⁴⁾ qui ad suum arbitrium summa populiscita priva rata aut irrita facit.⁵⁾

¹⁾ Quam sententiam cum alii homines docti [cf. Wachsmuth: »Die Stadt Athen im Altert.« I 538, qui haec dicit: »Für einzelne Akte des souveränen Volkes, für die Vornahme des Ostrakismos und wahrscheinlich für einige ähnliche Geschäfte, bei denen die Debatte wegfiel und einfach phyleweise abgestimmt wurde, (wurde die ἀγορά als Versammlungsplatz benutzt)«] tum imprimis Valeton: Mnemos. n. s. XV passim (cf. e. c. p. 27) probaverunt.

²⁾ Valeton quidem putat suffragii lationem senum milium semper cum concilio eodem die, sed alio loco habito coniunctam esse; cf. Mnemos. n. s. XV p. 26.

³⁾ Ad solam ὀστρακοφορίαν certe haec verba pertinent [l. l. p. 406]: »Tertium argumentum (quo probatur nullas in ostracismo habitas esse deliberationes) certissimum inest in modo et ratione suffragii testularum, quod per scripturam fit«.

⁴⁾ cf. Schoemann: »Gr. Alt.« I 373; cf. etiam ea, quae Valeton: Mnemos. n. s. XV e. c. p. 390 sqq. 397 de voluntate populi attulit.

⁵⁾ cf. quae de his rebus initio commentationis diximus; v. etiam supra p. 131 adn. 6; praecipue cf. Schoemann: »Antiqu.« p. 100, qui haec dicit: »...in absolutis democratiis... senatus auctoritas aut nulla est aut admodum exigua...., neque quidquam tam certum est definitumque legibus, ut non plus ubique valeat populi arbitrium«. Quae verba ἀδείας naturam potissimum videntur illustrare (v. supra p. 7). Cf. denique Perrot l. l. p. 2 et adn. 1.

cum alias senatus rem publicam gerat et administret secundum decreta τῆς ἐκκλησίας.¹⁾

Deinde autem is, quem diximus, actionis tenor decretis πολιτείας, quae multa extant, comprobatur. Civitatis enim dandae ratio, quam hoc loco uberius tractare liceat, haec fuit.²⁾

Si quis civium ex peregrinorum sive inquilinorum numero aliquem civitate dignum putat, rem aut ipse aut per alium ad senatum refert, qui probuleuma de ea re perscriptum per prytanes populo proponit in contione ordinaria, quo facto disceptatio fit, placeatne populo Atheniensium hunc hominem civitate donare. Quod ita factum esse in πολιτείας decretis formula probuleumatica aperte demonstrat.³⁾ Si autem populo civitatem illi impertire visum est, non prius rata est donatio, quam populus in proxima contione⁴⁾ praesentibus minimum sex milibus civium et uno eam

¹⁾ Cf. Perrot l. l. p. 31 sqq.

²⁾ Hanc rem descripsit [Dem.] LIX 89 sq. Praeclare rationem civitatis irrogandae exposuit Meier: »de bon. damn.« p. 57 sq.; Caillemer: »la naturalis. à Ath.« p. 13 sqq.

³⁾ cf. e. c. CJA. II 51. — Hoc loco strictim de formula probuleumatica, quae in paucis πολιτείας decretis non legitur, et de praescriptionibus titulorum quorundam agere liceat. In titulo CJA. II 54 additamento (h. e. in ipsis comitiis iusto senatus probuleumate non facto) rogatio civitatis dandae fertur, tum verba: τὴν δὲ ψήφον δοῦναι κτλ. sequuntur, quibus praescribitur prytanibus, ut de civitatis datione populum in extraordinaria contione mittant in suffragium. Titulo autem hoc est praescriptum: ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, et formula probuleumatica in eo legitur (cf. CJA. II 51. 280); v. de hac re supra 78, 7. In CJA. II 230 fragm. a, in quo titulo legitur formula probuleumatica, in proxima contione populum ad suffragia vocare prytanes iubentur; nihilo tamen secius hoc praescriptum est: ἔδοξεν τῷ δήμῳ, non hoc: ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, quare haec verba sequuntur: ἐψηφίσθαι τῷ δήμῳ. Scriptus est titulus c. Ol. 111; cf. de hac formula Miller: »de decret. Att.« p. 28; cf. etiam Schubert: »de prox. Att.« p. 17, qui de formula in proxeniae decretis adhibita disseruit, et Monceaux: »Lex Prox. Gr.« p. 79 sqq. In CJA. II 300 formula probuleumatica titulo deest; praescriptum hoc est: ἔδοξεν τῷ δήμῳ, itaque num Koehler subscriptionem recte suppleverit: [τῇ βουλῇ] ὁ δῆμος, dubito [cf. CJA. II 263. 243]. De his rebus Blass in I. Mülleri »Handb. d. klass. Altert.-Wiss.« I p. 451 dicit haec: »Die Sanktionierungsformel der probuleumatischen Dekrete (lautet) auf den Steinen des 5. und 4. Jahrhunderts einmütig: ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ; nach Euklid, genauer nach Ol. 124 [cf. Miller: »de decret. Att.« p. 29], findet sich daneben auch jene kürzere: ἔδοξεν τῷ δήμῳ.«

⁴⁾ De his comitiis v. supra p. 128 adn. 3.

confirmavit;¹⁾ prytanes igitur programme promulgato postquam contionem convocaverunt, hic cados ponunt et populo accedenti calculos tradunt,²⁾ antequam peregrini³⁾ in contionem admissi sunt saeptaque (τὰ γέγραφα)⁴⁾ sublata.⁵⁾ Quibus in comitiis non iam disceptatur de civitate danda, sed populus missis ambagibus in suffragium mittitur; quam ob causam probuleuma senatus non statuendum est. Quod ex decretis πολιτείας intellegitur, in quibus hanc formulam legimus:⁶⁾ εἶναι τὸν δεῖνα Ἀθηναίων αὐτὸν καὶ ἐκγόνους καὶ εἶναι αὐτῷ γράφασθαι φυλῆς καὶ δήμου καὶ φρατρίας ἧς ἂν βούληται κατὰ τὸν νόμον, τοὺς δὲ πρυτάνεις τοὺς τὴν εἰσοῦσαν πρυτανεῖαν πρυτανεύοντας δοῦναι περὶ αὐτοῦ τὴν ψῆφον τῷ δήμῳ εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν.⁷⁾ Verba autem: τοὺς δὲ πρυτάνεις... εὐ-

¹⁾ Oncken: »Staatsl.« II 457 putat Clisthenem primum rationem civitatis dandae posteriore aetate usitatam adhibuisse; cum enim ille haec dicat: »Man darf zuversichtlich annehmen, dass das Verfahren, das in der späteren Zeit bei Einführung von Neubürgern rechtens war, von ihm (i. e. a Clisthene) zuerst angewendet worden ist«, ea ad senum milium suffragii latonem institutam pertinere videtur existimare. Busolt autem secundum Aemilii Szántó sententiam [cf. N. Rhein. Mus. XL p. 507 adn. 1] id ante annum 369 et post Euclidem archontem demum (i. e. inter annos 400 et 370 a. Chr. n.) factum esse probavit l. l. § 154 p. 139, 7; cf. Valeton: Mnemos. n. s. XV p. 2 et adn. 2 sqq. p. 3 sq. Quod ad senum milium suffragium in ὀστρακογραφίᾳ ferendum attinet, Clisthenem id instituisse Valeton contendit [l. l. XVI p. 10], id quod non veri dissimile est. In ostracismo igitur habendo senum milium suffragii latio prima est adhibita. Quo autem tempore hoc suffragium de impunitate danda institutum sit, non satis liquet: fortasse id quoque iam Clisthenis aetate factum est, si quidem ille ἄδειαν publice instituit (v. supra p. 7); utique autem, ut ait Valeton (l. l. XV p. 4) »haec senum milium actio... ad quintum etiam saeculum pertinere videtur«. Quod si verum esset, hoc de impunitate danda suffragium senum milium tempore antiquius esset quam illud de civitatis datione confirmanda [cf. Valeton l. l. XV p. 3]; quamquam argumentum, quod Valeton affert, non certum est; v. supra p. 119 adn. 4.

²⁾ Alia res est: εἰσφέρειν τὸ ὀστρακον; cf. Valeton l. l. XVI p. 15 sq.

³⁾ v. de hac re p. 89 adn. 6.

⁴⁾ De his cf. Valeton l. l. XV p. 27 sqq.

⁵⁾ Rem accurate descripsit Valeton l. l. XV p. 31 sq.

⁶⁾ cf. CJA. II 243. 272. 273. 288. 361. Decreta collata affert Hartel: »Stud.« p. 272 sq.; cf. Gilbert: »Staatsalt.« I p. 176, 2; Caillemer l. l. p. 14 sqq. 38 sqq.; Buermann: Jahrb. f. klass. Phil. Suppl. X p. 347; Szántó: »Unters. üb. d. att. Bürgerrecht« in »Unters. aus d. alt. Gesch.« p. 19 sqq.

⁷⁾ Haec, quae extant, decreta post primam actionem sunt in tabulis inscripta, deinde collocata. In his prytanes alteram contionem constituere in-

vai... τὴν ψήφον, quae nihil aliud nisi suffragia a populo ferenda significant, ad alteram contionem, qua donatio rata fit, pertinere dilucide intellegitur ex titulo Attico [CIA. II 309 vs. 29 sqq.], ubi haec leguntur: τοῖς δὲ πρυτάνεσις οἱ ἂν τυγ]χάνωσιν πρυτανεύοντες δοῦναι τὴν ψήφον περὶ τῆς δωρεᾶς ἐπειδὴν ἐπικυρωθῆ, εἰσαγαγεῖν δὲ τὴν δοκιμασίαν τοῖς θεσμοθέταις... et ex populi decreto, quod extat in CIA. II 300 vs. 46 sqq., ubi legimus haec: τοῖς δὲ πρυτάνεσις δοῦναι περὶ [αὐτοῦ τὴν ψήφον] εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν, τοῖς δὲ θεσμοθέταις εἰσαγαγεῖν [αὐτῶ τὴν δοκιμασίαν]... Nam examen in iudicio heliastico tum demum factum est, cum populus maximo in comitiatu donationem ratam fecerat.¹⁾ Confirmato igitur a contione psephismate Atheniensium cuilibet, cui potestas est (h. e. τοῖς ἐπιτίμοις), rogatorem παρανόμων in iudicio accusare licet.²⁾ Quodsi heliastae illud decretum contra leges factum esse iudicaverunt, rescinditur donatio. Posterioribus autem temporibus γραφῆς παρανόμων vice δοκιμασία³⁾ omnium novorum civium in heliastico iudicio facta est, cui donatio diiudicanda commissa est.⁴⁾ Velut in titulo allato [CIA. II 300 vs. 46 sqq.]

bentur, qua donatio rata fiat. Horum autem extraordinariorum comitiorum tabulae non extant; cf. »Wien. Stud.« I 282.

¹⁾ cf. Valeton: Mnemos. n. s. XV p. 25; Szántó l. l. p. 20 sq., qui secundum sententiam Hartelianam eam, de qua agitur, formulam non ad secundum, sed ad tertium concilium pertinere dicit.

²⁾ cf. [Dem.] LIX 90; Gilbert I p. 176,1; Busolt § 16 p. 16. § 154 p. 139,5; Caillemer: »la naturalis. à Ath.« p. 13 sqq.; Szántó l. l. p. 7 sqq.

³⁾ cf. Gilbert I p. 176,1; Schubert: »de prox. Att.« p. 45,2; Buermann l. l. p. 361; Szántó l. l. p. 2. 7 sqq. 18 sq.; Busolt l. l. § 154 p. 139,8; Caillemer l. l. p. 15. 39. Ea, quam supra diximus, sententia id refutatur, quod Fränkel: »Die att. Geschworenenger.« p. 34 sqq. exposuit.

⁴⁾ Id rogatori quidem donationem non difficiliorem, sed potius faciliorem reddidisse equidem opinor. Nam rogator, cum παρανόμων eum accusare liceret, periculum non parvum adibat. Peregrinis autem donatio δοκιμασία instituta difficilius est facta; cf. Busolt § 154 p. 139; cf. etiam Szántó l. l. p. 19, qui de hac re dicit: »Man machte also einen Fortschritt von der willkürlichen Gerichtsverhandlung (γραφὴ παρανόμων) zur regulären, gesetzlich fixierten (δοκιμασία)«. — Hartel quidem, qui (»Stud.« p. 275) haec dicit: »...der Straferhängung über den Antragsteller geschieht weder bei Ps.-Plutarch (ubi γραφῆς παρανόμων contra civitatis dationem instructae mentio fit) noch bei Aeschines R. g. Ktes. § 195 Erwähnung; erst Max. Planudes zu Hermog. V 343 W. weiss von einer Geldbusse des Thrasylbulos zu melden«, γραφῆν παρανόμων, de qua hic agitur, non adhibitam vult, ut ipsius verbis (»Stud.« p. 271) utar: »im strengtechnischen Sinn«; sed id reiiciendum

haec leguntur: τοὺς δὲ πρυτάνεις δοῦναι περὶ [αὐτοῦ τὴν ψήφον].... τοὺς δὲ θεσμοθέτας εἰσαγαγεῖν [αὐτῶ τὴν δοκιμασίαν τῆς πολιτείας [καὶ τῆς δωρεᾶς] εἰς τὸ δικαστήριον κατὰ τὸν νόμον...¹⁾ Sed haec hactenus.

Itaque omnia, quae singillatim exposui, complexo hoc mihi statuendum est: in extraordinaria contione vel in senum milium suffragii latione nec iustum probuleuma, quod omnino non semper opus fuisse Miller [„de decretis Atticis“ p. 7] recte demonstravit, nec disceptationem factam esse aut de ὀστρακοφορίᾳ habenda aut de civitatis donatione comprobanda aut de ipsa venia danda.

Postremo ad eam ordinariam contionem nos vertamus, in qua e. c. debitori publico cum populi venia remissionem rogare licebat. Atque primum quidem ante comitia habita ὁ ὀφείλων τῶ δημοσίῳ in senatu remissionis rogationem fert. Deinde autem in contione senatus consessui proxima, cuius programma

esse puto; cf. Gilbert I p. 176 adn. 1; Szántó l. l. p. 8; cf. etiam Hofmann: »de iurandi formulis« p. 11 et adn. 2.

¹⁾ cf. CJA. II 309. 312. 318. 397. — In CJA. II 395 (factum est hoc psephisma medio fere saeculo a. Chr. n. tertio) decernitur a populo civitatem homini cuidam dandam esse, si δοκιμασίᾳ probatus sit. Altera autem contio, quae ad dationem confirmandam habenda est ante δοκιμασίαν, non commemoratur [cf. Hartel: »Stud.« p. 273, qui etiam alia exempla affert]. Paulo discrepat titulus in CJA. II 401, ubi decernitur hominem quendam probatum δοκιμασίᾳ civitate donandum, δοκιμασίαν autem thesmothetis instruendam esse; deinde haec leguntur: καὶ [δ]οῦναι περὶ [αὐ]τοῦ τὴν ψήφον καὶ μὴ --- αὐτο-. Idne ad thesmothetas an ad prytanes pertinet? In titulo, qui in CJA. II 455 extat, formulam probuleumaticam et ius coronae a populo decretum (vs. 9) haec sequuntur: [δεδο]σθαι δὲ αὐτῶ καὶ πολιτείαν [κατὰ τὸν νόμον αἰτησά] [μέν]ψ· τοὺς δὲ θεσμοθέτας κτλ. Alterius contionis mentio non fit (cf. Hartel: »Stud.« p. 273, qui ita suppleri vult: [δεδο]σθαι δὲ αὐτῶ καὶ πολιτείαν [δοκιμασθέντι ἐν δικαστηρί]ψ). Ex quibus rebus Fränkel: »Die att. Geschworenenger.« p. 37 collegit illo tempore δοκιμασίαν alterius contionis vicem praestitisse; cf. Hartel: »Stud.« p. 275 sq.; Buermann l. l. p. 349; Caillemer l. l. p. 15; Szántó l. l. p. 24, qui illo tempore civitatem statim in prima (vel secundum sententiam Hartelianam: in altera) contione a sex milibus civium decretam esse putat; Gilbert autem: Jahrb. f. klass. Phil. 1879 p. 230 etiam tum duabus contionibus opus fuisse statuit his verbis: »Sie (i. e. die dritte Formel) sagt vom Standpunkte der vollendeten, doppelten Volksabstimmung 'es sei dem Betreffenden das Bürgerrecht erteilt'... — De formularum speciebus in decretis πολιτείας adhibitis cf. tabulas apud Caillemer l. l. p. 38—40; Szántó l. l. p. 2; cf. etiam Valetton: Mnemos. n. s. XV p. 2.

itea promulgatum est, senatus rogationem probuleumate in-
ructam populo proponit et rogator, sive debitor ipse sive alius
eis, causis expositis remissionem a populo petit, qui rogationem
aut probat aut antiquat. Quam rem Demosthenes [XXIV 47] his
verbis descripsit: καὶ ὁ μὲν νόμος, οὐδ' ἐπειδὴν τὴν ἄδειαν εὐρηγται
εἶ, ἔδωκεν ὡς ἂν βούληται πράττειν, ἀλλ' ὡς ἂν τῇ βουλήν καὶ τῷ
ἴμῳ δοκῇ· et ibidem: . . . ἀλλὰ καὶ προσέτι οὐκ εἰς τὴν βουλήν,
καὶ εἰς τὸν δῆμον εἰπὼν περὶ τούτων οὐδέν. . . .¹⁾ Haec igitur oratoris
verba ultimam legis a Demosthene [XXIV 45] commemoratae
paragraphe confirmant, ubi leguntur haec: τότε (sc. ψηφισαμένων
Ἀθηναίων τὴν ἄδειαν πρῶτον) δ' ἐξείναι χρηματίζειν καθ' ὅτι ἂν τῇ
βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ δοκῇ. Denique etiam alia Demosthenis [XXIV 48]
verba huc pertinent: εἴ τι δίκαιον ἐβούλου πράττειν, πρῶτον μὲν πρόσ-
θεον γράψασθαι πρὸς τὴν βουλήν, εἶτα τῷ δήμῳ διαλεχθῆναι, καὶ τόθ'
οὕτως, εἰ πᾶσιν Ἀθηναίοις ἐδόκει, γράφειν καὶ νομοθετεῖν περὶ τούτων.
Verba autem: πρῶτον μὲν πρόσθεον διαλεχθῆναι ad ea ordinaria
comitia, quae veniam datam sequantur, referenda esse verba ante-
cedentia: καὶ τόθ' οὕτως, εἰ πᾶσιν Ἀθηναίοις ἐδόκει,²⁾ docent.³⁾

**Cap. IV. De loco, quo comitia ἀδεία dandae habita-
bunt.⁴⁾**

Tituli Attici, quorum nunc magna copia extat, cum multa
nova nos docent tum ea loca, quibus populi contio de salute

¹⁾ Cf. etiam initium legis, quae extat apud Demosthenem XXIV 50.

²⁾ cf. initium psephismatis Patroclidis ab Andocide de myst. § 77
commemorati.

³⁾ Haec, ut demonstravi, beneficii, ad quod irrogandum ἀδεία rogatori
suis erat, psephismate tribuendi ratio fuit. Quod tamen ad eiusmodi
beneficium lege priva impertiendum attinet, quoniam in lege ferenda
natus populusque et nomothetae h. e. iudicium heliasticum [cf. Fränkel:
Die att. Geschworenenger. p. 23 sqq.] una agebant [de nomothesia Attica
Schoell: Sitz.-Ber. d. k. Bayr. Acad. d. Wiss. 1886 p. 83 sqq. praeclear-
ant; cf. imprimis p. 127 sqq.], praeter ultimam in senatu comitiisque acti-
onem a nomothetis de hoc privilegio concedendo deliberaretur, necesse erat
f. Schoemann: »de com. Ath.« p. 273 sqq.]. Velut immunitatem, qua
suis frueretur, aut lege aut populiscito constitutam esse Demosthenes
X 131 affirmat [cf. »Wien. Stud.« VII 64; cf. etiam CJA. II 115b]. At
sermo in hoc privilegio de ἀδεία danda cogitari non posse supra p. 84 de-
monstrare studui. Omnino Valeton [Mnemos. n. s. XV p. 7. 15 sqq.] qui-
bus privilegia in iure Attico fuisse negat; v. supra cap. I initio (p. 113,1).

⁴⁾ Ea, de quibus hoc loco sermo fit, ad solam rogandi veniam pertinere
videntur.

rei publicae gravissima cepit consilia, accuratissime significant: velut contiones in theatro,¹⁾ in Dionysi templo,²⁾ in Piraeo,³⁾ quarum nostris quidem temporibus certiores habemus notitias, quam antea id fieri potuit. Verum ne ex titulis quidem, num quando ἐκκλησίαι ἐν τῇ ἀγορᾷ fuerint vel, ut aliter sententiam explicem, quo loco populiscitis privis irrogandis comitia habitata sint, cognoscitur; nec monumenta litterarum quidquam de re proposita tradunt, quare ex ὀστρακοφορίας similitudine ea, de qua agitur, res colligenda est.

Populum enim in ὀστρακοφορία tributim in foro⁴⁾ suffragia tulisse apud Plutarchum legimus, qui [in vita Aristidis cap. VII] rationem ὀστρακοφορίας habendae copiosius his descripsit: Ὀστρακων λαβῶν ἕκαστος καὶ γράφας ὃν ἐβούλετο μεταστῆσαι τῶν πολιτῶν, ἔφερον εἰς ἓνα τόπον τῆς ἀγορᾶς περιπεφραγμένον ἐν κύκλῳ δρυφάκτοις. Οἱ δ' ἄρχοντες πρῶτον μὲν διερίθμουν τὸ σύμπαν ἐν ταύτῳ τῶν ὀστράκων πλῆθος: εἰ γὰρ ἑξακισχιλίων ἐλάττονες οἱ γράψαντες εἴεν, ἀτελής ἦν ὁ ἐξοστρακισμός.⁵⁾ De ὀστρακοφορία igitur id valuisse constat. Ex omnium autem ψηφισμάτων ἐπ' ἀνδρῶν inter sese similitudine senum milium suffragia semper tributim in foro lata esse a populo E. Curtius [„Att. Stud.“ II 40⁶⁾] coniecit. Nam, ut tributim in ὀστρακοφορία testae⁷⁾ a populo ferrentur,⁸⁾ lex erat, quoniam haec aliquanto commodior erat ratio et decuplo brevior,⁹⁾

¹⁾ Cf. CJA. II 377. 381. 392.

²⁾ cf. CJA. II 307.

³⁾ cf. CJA. II 401. 417; Reusch: »de dieb. cont. ordin.« p. 4.

⁴⁾ Quare poeta quidam (cf. Hesych. s. v. κεραι[σ]ική μάστιξ) non in facete de »κεραική μάστιξ« dicit. De hac re cf. schol. ad Arist. Equ. 855; Philoch. fr. 79b; Lex. Rhet. Cantabr. (ed. Pors.) p. 675, 12 sqq. (ed. Houtsma p. 24); Poll. VIII 20; Schoemann: »de com. Ath.« p. 244 sq.; eundem: »Gr. Alt.« I 398; Perrot: »le droit publ.« p. 7 sq. 43; Wachsmuth: »Die Stadt Athen im Altert.« I p. 538.

⁵⁾ cf. Schoemann: »de com. Ath.« p. 245. — De archontibus huic muneris praefectis cf. Valeton: Mnemos. n. s. XV p. 26.

⁶⁾ vel in Abhdl. d. k. Ges. d. Wiss. zu Gött. XII 156; cf. eundem: Monatsber. d. Berl. Akad. d. Wiss. 1878 p. 86 sq.; Gilbert: »Staatsalt.« I p. 271 et adn. 5; Busolt: »Gr. Alt.« § 189 p. 170; Wachsmuth l. l. I 538; cf. etiam Valeton l. l. XV p. 25.

⁷⁾ De his cf. Valeton: Mnemos. n. s. XVI p. 16 sqq.

⁸⁾ De modo eius suffragii lationis cf. Valeton ibid. p. 12 sqq.

⁹⁾ cf. Fränkel: »Die att. Geschworenenger.« p. 15.

imprimis autem propter huius contionis sollemnitatem. Quod aequae ad omnes senum milium suffragii rationes pertinet, in quibus non pars populi comitia habet, sed totus populus — aut qui eius vice funguntur —, ut summa potestate utatur.¹⁾ Haec autem comitia nullo alio loco habebantur nisi in foro.²⁾ Quo civitas vetere et sollemni more, ut collegii instar de rebus gravissimis consilia caperet, convenit „κατὰ φυλάς“,³⁾ quarum heroes in proximo Areo colle collocati erant.⁴⁾ In ipso medio foro arae Duodecim Deorum⁵⁾ fuerunt, quibus praesentibus populus summum ius exercuit, nec procul Misericordiae ara, qua supplices perfrugio utebantur.⁶⁾ Denique hoc loco, ut Curtius⁷⁾ studuit demonstrare, antiquus expiationis locus fuit, Leocorium,⁸⁾ quo populum in his sollemnibus contionibus vetere more usum esse videtur verisimile. Nam piacula et lustrationes cum uniusque actioni publicae antecedebant,⁹⁾ tum imprimis populi consiliis; sollemnitas autem sacrorum ante illa comitia, in quibus ἡγῆματα ἐπ' ἀνδρῶν rata fiebant, immolatorum Leocorii sanctitate acta est. Haec igitur nova et gravis causa videtur esse, cur comitia ἀδέσῃ dandae hoc loco habita sint. Accedit, quod, ut supra demonstrare studuimus,¹⁰⁾ in ἀδέσῃ notio aliqua ad res

¹⁾ V. supra cap. III passim.

²⁾ De voce ἀγοράς, qua ἐκκλησία significatur, cf. e. c. Curtius: Abhdl. Gött. Ges. d. Wiss. XII 127; Wachsmuth l. l. I p. 486 et adn. 3; Paulyi: Real-Encycl. I 1 p. 579.

³⁾ cf. Busolt § 189 p. 171, 2; Valeton l. l. XV p. 31.

⁴⁾ cf. Bursian: »Geogr. v. Griech.« I p. 283.

⁵⁾ De hac ara cf. Herod. VI 108; Thuc. VI 54, 6; Lyc. adv. Leocr. 93. De eius situ cf. Wachsmuth l. l. I p. 200. 201 et adn. 1; Bursian l. l. I p. 281.

⁶⁾ De arae situ cf. Wachsmuth l. l. I p. 211 adn. 7. 212.

⁷⁾ cf. Monatsber. d. Berl. Akad. 1878 p. 77 sqq.

⁸⁾ Thucydides I 20, 2 id commemorat his: τὸ Λεωκόριον καλούμενον; cf. Dem. LIV 7. De situ Leocorii cf. ea, quae Wachsmuth exposuit I 204, 1. 212, 2 sq. — Forum eorum conciliorum, de quibus agitur, locum fuisse nemo fere est, qui neget; sed quae pars fuerit, in eo non consentiunt homines docti. A Curtio dissentit Valeton l. l. XV p. 32 adn. 1.

⁹⁾ cf. Harpocr. s. v. καθάρσιον (quem locum Suidas s. v. exscripsit): Ἐθος ἦν Ἀθήνησι καθάριον τὴν ἐκκλησίαν καὶ τὰ θέατρα καὶ ὅλως τὰς τοῦ ἡμοῦ συνέδους μικροῖς πάντο χωριδίοις, ἅπερ ὀνόμαζον καθάρσια; Curtius: Monatsber. d. Berl. Akad. 1878 p. 81.

¹⁰⁾ v. supra libri alterius cap. I s. f.

sacras pertinens et ea expiationis cuiusdam fuit. Potuitne igitur aptior ad eam dandam locus inveniri quam forum, si quidem Leocorium ibi fuit? Adde, quod e. c. ei ἀδείξ opus fuit, qui, ut ex aerario deorum pecuniae in usum publicum et profanum depromerentur, rogaturus erat, quae rogatio, quia deos ipsos violabat, praecipue expianda erat. Sed id, quamquam probabile videtur, pro certo dici non potest. Id unum tenendum est, ut opinor, de ἀδείξ datione in foro suffragia lata esse a populo, id quod iam Augustus Boeckh [„Staatsh. d. Ath.“ II³ p. 51] coniecit. Verum vir doctissimus, qui ἀγοράν ordinarium comitiorum locum fuisse putat, de perfectae quidem democratiae temporibus in eo mihi videtur errare. Nam antiquioribus tantum temporibus si non semper, tamen plerumque in foro comitia habita sunt,¹⁾ quem morem usque ad postrema tempora populus tenebat, cum tota civitas collegii instar conveniebat,²⁾ et tum quidem forum extraordinarius locus extraordinariarum contionum fuit.

His extraordinariis comitiis, in quibus de ipsa venia danda aut deneganda agebatur, ordinaria antecessisse demonstravimus, in quibus rogatorem supplicis nomine populum adire necesse erat. Quae ordinaria comitia non in foro, sed multis aliis comitiorum locis habita esse per se ipsum intellegitur. Supplices enim aut in ara Matris Deorum aut Misericordiae considerare solebant aut in ara Dianae Munichiae aut aliis locis sacris,³⁾ dum in senatum⁴⁾ aut in contionem productis facultas daretur impune a populo, ut extraordinaria contio convocaretur, petendi, in qua ipsa venia rogationis cuiusdam ferendae irrogaretur. Atque Gilbert quidem [„Staatsalt.“ I p. 294] supplices omnes in ara Phycis ramum oleae posuisse putat. Sed constitutum locum omnino non

¹⁾ Cf. Schoemann: »Gr. Alt.« I p. 382; eundem: »Antiqu.« p. 219 sq. Perrot: »le droit publ.« p. 4 sqq.; Wachsmuth l. l. I p. 487 sqq.

²⁾ cf. Wachsmuth l. l. I p. 490. 538.

³⁾ Matris Deorum et Misericordiae arae, ut supra 120,6 dixi, in foro erant; cf. Aesch. I 60; Paus. I 17,1; Wachsmuth l. l. I 211 sq. De ara Dianae Munichiae cf. Lys. XIII 24 et Frohbergeri adn. ad h. l.; v. etiam supra p. 112,3.

⁴⁾ In tholo (aut in curia) κοινὴ ἐστία erat, qua supplices utebantur per fugio [de hac re cf. Preller: »Gr. Mythol.« I⁴ 425; Curtius: Abhdl. XII 175 sqq.; v. supra p. 134 adn. 5]; itaque id quoque fieri potuisse opinor, ut supplices statim ad illam aram confugerent.

fuisse equidem opinor. Itaque cum prytaes edixissent, quo loco illa contio, in qua impune verba facere (ἀδεῶς λέγειν) liceret, haberetur, supplices ad aram aliquam eo loco exstructam se conferebant, ut in tutela dei essent. Quod quinto et imprimis quarto a. Chr. n. saeculo plerumque in Pnyce factum esse verisimile est.¹⁾ Sed Munichiae²⁾ quoque comitia habita esse accepimus,³⁾ tum supplices saepissime ad aram Dianae Munichiae⁴⁾ confugisse opinor.⁵⁾

Nunc ad eam contionem, in qua de ipsius veniae rogandi datione actum est, redeamus. Quam ex ὀστρακοφορίας similitudine in foro habitam esse pro certo statuendum est. Atque eodem loco quin

¹⁾ Nam Pnyx illo tempore ordinarius comitorum locus fuit; cf. Gilbert I p. 270,4; Wachsmuth l. l. I 538; Busolt § 189 p. 170, 2.

²⁾ in theatro scilicet; cf. Wachsmuth l. l. I 320; Bursian l. l. I 269.

³⁾ cf. Thuc. VIII 93; Xen. H. Gr. II 4,32; Lys. XIII 32. 55. — Posterioribus temporibus plerumque in theatro comitia habebantur; »ἀρχαιφεσίαι« tantum in Pnyce fiebant; cf. Poll. VIII 133; Hesych. s. v. πνύξ; Busolt § 189 p. 170, 4 sq.

⁴⁾ cf. Wachsmuth l. l. I p. 319 sq.

⁵⁾ Omnino cum contiones aut in urbe aut in Piraeo erant constitutae, tum eo se conferebant supplices. Et priore quidem aetate tantum rerum navalium causa in Piraeo contiones habebantur, posteriore autem saepius; cf. Gilbert I 271 et adn. 4; Busolt § 189 p. 170,5. — De titulis Atticis huc pertinentibus cf. Reusch l. l. p. 4 sq. — Alia ἀδείας acquirendae μηχαναίς causa fuerit, si quidem id populiscitum privum in eadem contione, in qua μηχαναίς supplex rogabat, ratum est factum. Quod si verum est, ad eam solam contionem scriptorum, imprimis oratorum, loci pertinent, quibus μηχαναίς aliquem supplicis ritu Munichiam aut in forum ad aras quasdam confugisse significatur. Plerumque inquilinos quidem, qui in Piraeo habitabant, Munichiam aut in forum, ubi cives peregrinique negotia gerebant, se contulisse constat. [Utrum illis locis semper de urbis foro (de hoc cf. Valeton: Mnemos. n. s. XV p. 25; cf. etiam Pauly: »Real-Encycl.« I 1 p. 580 sq.; Curtius: Abhdl. d. Gött. Ges. XII 159 sq.; Bursian l. l. I p. 280 sq.) an interdum de ἀγορᾷ Piraei (ἡ Ἰκποδύμτος ἀγορά; cf. Bursian l. l. I p. 269 et adn. 1) cogitandum sit, non satis liquet.] Velut Menonem, Phidiae indicem, in foro supplicem consedisce accepimus; cf. Plut. Per. XXXI. Agoratus Munichiae in ara supplex invenitur, quia postea Munichiae in theatro comitia habita sunt; cf. Lys. XIII 24. 32. Nec secus illa loca in iudiciis a servis factis saepe commemorantur. — Ceterum scriptorum loci, quibus de impunitate μηχαναίς concessa agitur, argumento esse possunt, quod illa ἀδεία in eadem contione petita et rata facta est; cf. de hac re e. c. Lys. XIII 55: . . . ὅτε ἡ ἐκκλησία Μουνησιασιν ἐν τῷ θεάτρῳ ἐτίγνετο . . . , παράγει αὐτὸν εἰς τὸν δῆμον καὶ εὐρισκονται αὐτῷ [statim in illa videlicet contione, id quod in omnibus iudiciis factum esse verisimile est] ἄδειαν. De hac igitur impunitate, omnino de hoc ἀδείας genere [de quo s. B egi], non in foro suffragia lata esse opinor.

civitatis donatio sex milium civium suffragiis confirmata sit, non dubito.¹⁾ In foro igitur comitia illa fuerunt, in quibus prytanes nihil aliud nisi populum in suffragium miserunt; contio autem praecedens, in qua populus peregrinum aliquem civitate donandum esse decrevit, modo in Pnyce, modo in Piraeo, modo in theatro habita est. Velut ἐκκλησίαν ἐμπεραιώσει civitatem tribuisse titulus [CIA. II 401] docet, sed id decretum nondum ratum fuisse verba, quae sequuntur, aperte demonstrant.²⁾

Iam absoluta quaestione de ἀδελφείᾳ dationis modo actionis tenorem paucis repetere liceat; utque res clarior fiat, exemplo utar eo, de quo Demosthenes copiosius egit, debitorum remissionem dico.

In aliqua quattuor prytaniae cuiusque contionum ordinarum debitori aerarii, postquam in foro aut Munichiae aut aliis locis sacris supplex factus senatum, ut in contionem produceretur, oravit, impune rogare licet, ut in contione extraordinaria de veniae rogandi datione agatur. Deinde senatus probuleumate perlecto disceptationeque facta prytanes populum in suffragium mittunt. Quodsi populus extraordinaria comitia haberi iussit, constituto tempore, plerumque in proxima³⁾ contione,⁴⁾ prytanes programmata promulgata populum extra ordinem convocant, in quibus comitiis probuleumate senatus ad populum non delato nec deliberationibus habitis nihil aliud nisi veniam auferroget ille aut deneget. Quae comitia sollemni modo in foro facta sunt, ubi populus universus tributim (κατὰ φολάδας) et occulte (κρύβδη) calculis (ψήφοις)⁵⁾ suffragium inicit, cui rei prytanes⁶⁾

¹⁾ Cf. Valetton: Mnemos. n. s. XV p. 25 sq.

²⁾ Comitiorum, quae ad confirmandam aut antiquandam civitatis dationem habita sunt, tabulae non extant; v. supra p. 140 adn. 7.

³⁾ De constituto horum comitiorum tempore in civitatis decretis cf. e. c. CJA. II 54, ubi haec leguntur: τὴν δὲ ψήφον δοῦναι . . . ἐν τῇ πρώτῃ ἐκκλησίᾳ (vel in aliis titulis haec: εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν); CJA. II 243. 272. 273; Hartel: »Stud.« p. 207; Szántó: »Untersuch.« p. 21 sqq. Haec autem verba: τὴν δὲ ψήφον δοῦναι κτλ. ad extraordinariam contionem pertinere supra (p. 141) dixi. — Ceterum haec quoque res hominibus doctis, quibus sententia Harteliana probatur, magnam affert difficultatem; cf. e. c. Szántó l. l. p. 21 sqq.

⁴⁾ vel potius ante hanc ipsam contionem, si quidem senum milium suffragii latio non specialis ἐκκλησία fuit; v. supra p. 138 adn. 2.

⁵⁾ In ostracophoriis tantum testae a populo latae sunt.

⁶⁾ Ostracophoriis quidem novem archontes et senatores praefecti erant, id quod ad illa tempora quadrat, quibus ostracismus institutus et adhibitus

praesunt. Atque si minimum sex milia civium et unus suffragia tulerunt, *φήρισμα ἐπ' ἀνδρῶν* confectum est. Quod maiori parti placuerat, ius ratumque fuit h. e., si populus veniam denegarat, nihil amplius de hac re actum est; sin dederat, ante proximam contionem ordinariam de debiti remissione rogator cum senatu egit, antequam in ipsis comitiis apud populum verba fecit. Senatus autem probuleuma ad populum defert, quod accipere aut mutare aut antiquare ei liberum est. Qua in actione rogator suae causae defendendae ipse facultatem habet. Quodsi populus remissionem scivit, quaestores eius, cui summa debeatur, aerarii nomen debitoris expungere iubentur.¹⁾ Tum demum τὸν ὀφειλοντα τῷ δημοσίῳ debitum solvisse fictum et in pristinum statum capite deminutus restitutus est.

est; cf. Philoch. fr. 79b; Lex. Rhet. Cantabr. (ed. Houtsma) p. 24; Valetton: *Mnemos. n. s. XV* p. 26.

¹⁾ cf. Andoc. de myst. § 77 sqq.



Addenda et Corrigenda.

- p. 1 adn. 2 vs. 3 lege: II (Lips. 1875)
- p. 3 adn. 3 adde haec: In libro altero editione recentissima (i. e. tertia) usus sum.
- p. 4 adn. 1 vs. 2 adnota haec: Aliis locis Hermanni »Antiquitates publicas« sic laudavi: »Gr. Altert.« I, aliis sic: »Gr. Staatsalt.«; editione usus sum quinta, uno loco sexta, ubi id adnotavi.
- p. 9 vs. 3 lege: cur,
- p. 9 vs. 27 lege: *impunitas commissi delicti*
- p. 12 adn. 1 vs. 3 post (§ 23 et 27). adde haec: Sed de hac re v. infra p. 99 adn. 3.
- p. 12 adn. 1 vs. 4 lege: licuit;
- p. 14 vs. 21 dele comma post negligitur
- p. 16 adn. 1 vs. 7 lege: esset;
- p. 16 adn. 5 vs. 3 lege: coniecit: si
- p. 16 adn. 5 vs. 7 dele punctum ante Ceterum
- p. 17 adn. 6 vs. 1 adde post adn. 1; haec: cf. etiam 14, 2
- p. 21 vs. 9 lege: δ
- p. 23 adn. 4 vs. 1 lege: in-
- p. 24 adn. 6 vs. 1 lege: eis debitoribus
- p. 25 adn. 4 vs. 2 lege: p. 22 sq.
- p. 27 adn. 3 vs. 4 lege: Thumser:
- p. 27 adn. 8 adde haec: De ἀνυδία: alii aliter sentiunt homines docti; cf. adnot. Fränkelii 883 ad Boeckhii »Staatsh.« I^o 675.
- p. 28 adn. 5 adde haec: Cf. etiam Thumser: »Wien. Stud.« VII p. 60 adn. 55 (qui — non secus ac Busolt l. l. — ad verba vs. 1 allata CJA. II 411 per errorem laudat).
- p. 30 vs. 18 lege: trierarchiae
- p. 32 vs. 20 lege: ratio quaestuum (sic enim apud Tacitum legitur!)
- p. 32 vs. 27 comma post dederit delendum est
- p. 33 adn. 3 vs. 2 lege: p. 229 sq.
- p. 33 adn. 4 vs. 2 lege: p. 229 sqq.
- p. 33 adn. 5 vs. 3 lege: venditata essent. Ibidem adde haec: Si bona venissent, pretium redditum esse Meier arbitratur.
- p. 34 adn. 4 vs. 3 verba: adn. 47 delenda sunt
- p. 35 adn. 3 vs. 2 dele comma post erant
- p. 36 adn. 8 vs. 3 adde post »Die athen. Gerichtsverf.« haec: (Colon. 1822)

- p. 37 adn. 1 vs. 1 Meieri locus, quem laudavi, huc non pertinet.
- p. 38 adn. 1 vs. 3 lege: Caillemer in »Dict. des antiqu.« I 66. —
- p. 39 vs. 12 lege: constitutae essent.
- p. 41 vs. 10 lege: <πρὶ ἀπίστω<
- p. 42 vs. 10 lege: expers esset,
- p. 44 adn. 3 post pertinent, adde haec: i. e. ad cap. I, ubi de ea ἀδεία agebamus, qua summam potestatem (τὸ κέρων) violaturis opus fuit.
- p. 45 vs. 3 lege: quaestores
- p. 45 vs. 8 lege: est,¹⁾
- p. 45 adn. 5 adde: Cf. etiam Fränkelii adn. 739 ad Boeckhii »Staatsh.« I³ 525.
- p. 46 adn. 12 vs. 1 lege: »de pecuniis sacris in Parthenonis opisthodomos«
- p. 47 adn. 4 adde haec: Cf. etiam Schaefer: »Demosth. u. seine Zeit« I³ (Lips. 1885) p. 209.
- p. 48 vs. 15 lege: qui imminente
- p. 50 adn. 6 vs. 11 adde haec: Ceterum num Solonis iam temporibus ἀδεία institutum publicum valuerit, nescio equidem; v. supra p. 7.
- p. 59 adn. 3 vs. 3 lege: CJA.
- p. 60 vs. 17 et 20 lege: aut (epistata)
- p. 61 adn. 1 vs. 1 lege: l.
- p. 61 adn. 3 vs. 6 sqq. adde haec: Locum, quem Hartel: »Stud.« p. 132 de Koehlero deprompsisse dicit, equidem l. l. invenire non potui.
- p. 61 adn. 3 vs. 22 punctum ante — delendum est
- p. 76 adn. 3 vs. 12 lege: πρὶ ἰσρών
- p. 80 vs. 30 post iudicavit dele comma
- p. 80 adn. 2 lege: »Antiqu.«
- p. 90 adn. 3 vs. 5 lege: fuit.
- p. 91 vs. 10 post verba: ad priorem commentationis partem, insere haec accuratius ad eam partem, de qua sub A. egimus,
- p. 92 adn. 2 vs. 6 adde haec: Cf. Caillemer in »Dict. des antiqu.« s. v. δημόσιοι fascic. 12 (1888) p. 92 sq.
- p. 92 adn. 4 vs. 3 post 354; adde: cf. Caillemer in »Dict. des antiqu.« s. v. δημόσιοι p. 92.
- p. 92/93 adn. 7 vs. 13 lege: Schenkl l. l.
- p. 104 adn. 3 vs. 3 lege: ἀσι]
- p. 104 adn. 4 vs. 1 lege: Büchschütz:
- p. 108 adn. 7 lege: Meier
- p. 110 vs. 26 lege: homines docti olim credidissent.
- p. 115 adn. 5 vs. 2 lege: Fränkel: »Die att. Geschworenenger.« p. 92 adn. 1
- p. 118 adn. 1 vs. 2 lege: p. 124/5
- p. 129 adn. 3 vs. 3 lege: adn.
- p. 131 adn. 5 vs. 2 lege: coepit Heydemann:
- p. 132 adn. 7 vs. 1 lege: po-
- p. 135 vs. 13 lege: quae esset
- p. 136 adn. 6 vs. 1 lege: Schoemann:

Index.

~~~~~  
Liber prior:

## DE ΑΔΕΙΑΣ NOTIONE ET USU IN IURE PUBLICO ATTICO. . . . .


|                                                                                                                                                                                              |    |       |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----|-------|
| De ἀδείας notione . . . . .                                                                                                                                                                  | p. | 1-112 |
| De ἀδείας usu . . . . .                                                                                                                                                                      | p. | 1-8   |
| De ἀδείας usu . . . . .                                                                                                                                                                      | p. | 8-112 |
| <b>A. Venia vel impunitas rogandi a populo concessa. . . . .</b>                                                                                                                             | p. | 10-87 |
| <b>I. Populus ei veniam dat, qui rogatione summam potestatem (τὸ κέρτιον) violaturus est. . . . .</b>                                                                                        | p. | 10-32 |
| 1. De revocatione eorum, qui expulsi sunt δειρακισμῶ, ante legitimum tempus cum populi venia decreta. . . . .                                                                                | p. | 10-15 |
| 2. de remissione poenae iis acquirenda, qui in perpetuum ex-terminati sunt ἀειφογία . . . . .                                                                                                | p. | 15-19 |
| 3. qui capite damnati sunt . . . . .                                                                                                                                                         | p. | 20    |
| 4. qui sempiterna ἀτιμία multati sunt. . . . .                                                                                                                                               | p. | 20-27 |
| 5. de remissione liturgiæ a populo impositæ . . . . .                                                                                                                                        | p. | 27-32 |
| <b>II a. Populus ei veniam dat, qui rogatione publici aerarii integritatem violaturus vel qui aerarium publicum (τὸ κοινόν) illegitime deminuturus est. . . . .</b>                          | p. | 32-44 |
| 1. De restitutione bonorum exulibus revocatis acquirenda . . . . .                                                                                                                           | p. | 33-34 |
| 2. de remissione debitorum publicorum . . . . .                                                                                                                                              | p. | 34-44 |
| <b>II b. Populus ei veniam dat, qui rogatione aerarium sacrum violaturus vel illegitime deminuturus est. . . . .</b>                                                                         | p. | 44-58 |
| <b>II c. Populus ei veniam dat, qui (quinto quidem a Chr. n. saeculo) εὐφορῶν rogaturus vel qui civium res familiares illegitime h. e. tributis extraordinariis deminuturus est. . . . .</b> | p. | 58-66 |
| De nonnullis extraordinariis supplendi aerarii rationibus. . . . .                                                                                                                           | p. | 66-68 |

## II.

|                                                             |            |
|-------------------------------------------------------------|------------|
| Prælegia quaedam præmii causa data . . . . .                | p. 68—85   |
| Privilegio ἐγκτήσεως γῆς καὶ οἰκίας . . . . .               | p. 69—75   |
| Privilegio προσόδου πρὸς τὴν βουλήν καὶ τὸν δῆμον . . . . . | p. 75—81   |
| Remissione tributorum . . . . .                             | p. 81—83   |
| Privilegiis ἀτελείας, ἰσοτελείας, προξενίας. . . . .        | p. 83—84   |
| Ab magistratus accusaturis acquirenda. . . . .              | p. 86—87   |
| <b>Impunitate, quæ non ad rogationes quas-</b>              |            |
| <b>ferendas, sed sua ipsius causa petitur.</b>              | p. 88—110  |
| ἑίρα (impunitate) danda μνηστοταῖς i. e. iis, qui           |            |
| eris cuiusdam ipsi affines delaturi sunt socios.            | p. 88—99   |
| Protestate accusandi servis danda. . . . .                  | p. 91—94   |
| ἑίρα sive fide publica Atheniensium. . . . .                | p. 99—110  |
| fide publica, quæ ad ius publicum Atheniensium              |            |
| pertinet, h. e. exulibus in patriam redituris acquirenda    | p. 99—101  |
| fide publica Atheniensium, quæ ad ius gentium per-          |            |
| tet . . . . .                                               | p. 101—110 |
| α. de fide publica peregrinis Athenas profecturis ac-       |            |
| quirenda . . . . .                                          | p. 101—105 |
| β. de fide publica histrionibus concessa . . . . .          | p. 105—110 |
| de differentiis verborum: ἀδείας, ἀσφαλείας,                |            |
| ἀσουλίας. . . . .                                           | p. 109—110 |
| Iam libri prioris. . . . .                                  | p. 110—112 |

### Liber alter:

|                                                             |            |
|-------------------------------------------------------------|------------|
| <b>ἈΔΕΙΑΣ DATIONE.</b> . . . . .                            | p. 113—149 |
| Ἀδεία nisi maximo in comitiatu irrogari non potuit. . . . . | p. 113—123 |
| Ἀδείας notione, quæ ad res sacras spectat. . . . .          | p. 121—123 |
| De contionibus, in quibus de ἀδείας datione actum est.      | p. 123—131 |
| contionibus, in quibus actum est                            |            |
| et de ostracismo habendo. . . . .                           | p. 125—127 |
| et de civitatis datione. . . . .                            | p. 128—129 |
| De senatus in ἀδείας datione functionibus. . . . .          | p. 131—143 |
| contionibus, in quibus actum est                            |            |
| et in ostracismo habendo                                    | p. 134—137 |
| et in civitatis datione. . . . .                            | p. 138—139 |
| et in civitatis datione. . . . .                            | p. 137     |
| et in civitatis datione. . . . .                            | p. 139—142 |
| De loco, quo comitia ἀδείας dandæ habita                    |            |
| . . . . .                                                   | p. 143—148 |
| Iam libri alterius. . . . .                                 | p. 148—149 |





**BRESLAUER  
PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.**

**VIERTER BAND.**

**ZWEITES HEFT.**

---

**DE MARTIALE VERBORUM NOVATORE**

**SCRIPSIT**

**AEMILIUS STEPHANI**

**DR. PHIL.**

---

**BRESLAU.  
VERLAG VON WILHELM KOEBNER.  
1889.**

**DE MARTIALE  
VERBORUM NOVATORE**

**SCRIPSIT**

**AEMIUS STEPHANI**  
**DR. PHIL.**

---

**VRATISLAVIAE**  
**APUD GUILIUM KOEBNER**  
**1889**





M. Valerii Martialis epigrammaton editionibus laudabili Sidewini<sup>1)</sup> cura paratis (editione critica a. 1842, altera e a. 1852) studia hominum doctorum ad hunc poetam conversa sunt. Veluti Ludovicus Friedlaender in indischoll. Regimontanis (1862 et 1865) et in hist. morum volumine tertio (1881<sup>5</sup>, pg. 424—440) tempora librorum Martialis scriptorum editorumve definivit; indicem personarum, commemorantur a poeta, sive verarum sive fictarum con- Paulus Giese (Gryphiswaldiae 1872); Oscarus Guttmann er grammatica quaedam rei metricae partem illustravit slavicae 1866, dissert. pg. 46—52<sup>2)</sup>; quatenus antiquiores s cum alios tum Catullum et Ovidium imitatus esset Mar-, ostenderunt R. Paukstadt (Halis 1876), A. Zingerle ponti 1877 et 1878), E. Wagner (Regimonti 1880)<sup>3)</sup>; hic, tertio loco nominavi, et illis priorum exemplis et pleris- orum locorum, quibus posteri Martialem imitati sunt aut verunt, collectis ornavit editionem a Friedlaendero paratam. ina Martialis ipsa a Walthero Gilbert multis locis bene lata codicibusque familiae B, de quorum indole Schneide- ; erraverat, rectius adhibitis a. 1886 edita sunt<sup>4)</sup> addito

---

) cf. de eo iudicium Friedlaenderi in edit. pg. 123.

) Continuata et absoluta res est in edit. Frdl. pg. 26—50. — cf. prae- Fh. Korsch, *Metrisches zu Martial*, in *mus. Rhen.* 41 a. 1886 pg. 55.

) Addidit non paucos locos K. P. Schulze, *Catull und Martial*, in *N. f. Philol.* 1887 pg. 637 sqq.

) cf. de hac editione iudicia: *Berl. philol. Wochenschr.* 1886 n. 31. 32. *he Litt. Ztg.* 1886 n. 44. *Literar. Centralblatt* 1886 n. 38. *Philol. er* 1887 pg. 283 sq. *Bl. f. d. bayr. G.-W.* 1888 pg. 97.

nominum indice; eodemque anno Friedlaenderi editio<sup>1)</sup> in lucem prodiit, et prolegomenis uberrimis et adnotationibus difficiliora illustrantibus et indicibus nominum propriorum et verborum<sup>2)</sup> sollertissime instructa.

Restat, ut de Martialis copia verborum dedita opera quaeratur. Nec enim ullo modo sufficit illud Caroli Pauckeri ‚epimetrum‘, quod legitur in ‚Anhang zu Beiträge z. lat. Lexikogr. u. Wortbildungsgesch. I—III‘ Dorpati 1875; qui vir doctus in quattuor pagellis (41—44) Statii, Valerii Flacci, Silii Martialis, Iuvenalis ‚vocabula novicia‘ enumeravit, omisit autem et Graecas voces omnes et adiectiva de propriis nominibus derivata neque errores evitavit. Itaque de Martiale verborum novatore hac commentatione denuo agam, has potissimum secutus rationes.

1. Primum animadvertendum est, quatenam verba apud nullam scriptorem antiquiorem inveniuntur<sup>3)</sup>, si quidem in his multa sunt, quae aut ab ipso scriptore novata putari possint aut quae illis demum temporibus in sermone exstitisse<sup>4)</sup> veri simile sit. Item in verbo unoquoque quaerendum est, resne ipsa nova sit an, si non sit, quibus antea vocabulis ea expressa fuerit; neque inutile erit addere, quae praeterea ad eandem rem significandam postea inventa sint vocabula.<sup>5)</sup>

<sup>1)</sup> cuius textus a Gilberti editione paucissimis locis discrepat. Cf. de Friedl. editione iudicia: Berl. philol. Woch. 1886 n. 49. Revue critique 1886 n. 50. Deutsche Litt. Ztg. 1887 n. 5. Lit. Centralbl. 1887 n. 14. Woch. f. kl. Phil. 1887 n. 26. 27. Philol. Anz. l. c. Bl. f. d. bayr. G.-W. l. c.

<sup>2)</sup> cf. Woelfflinus in Arch. f. lat. Lex. 1887 pg. 148 sq.

<sup>3)</sup> Quoniam iniuria temporum permulta veterum scripta interierunt. huiusmodi quaestionibus non quid verum, sed quid veri simile sit requiritur: conf. etiam C. Zangemeister de Horatii vocibus singularibus pg. 2 sq.

<sup>4)</sup> Eorum, quae praeter Martialem unus alterve ex aequalibus (Silii Statii; Quintilianus) exhibet, quis inter hos auctor sit, in medio relinquo. Quae Statio cum Martiale communia sunt, neuter fortasse ab altero mutuatus est propter mutuum ac tacitum odium (cf. edit. Frdl. pg. 8. 9). Violantilla quidem, Stellae uxor, alteri ‚Asteris‘ est, alteri ‚Ianthis‘: noluit videlicet posterior prioris inventum adoptare. — Ferdinandus Buchwald (quaest. Silianae. 1886) docet anno 92 p. Ch. n. Silii Punicorum libros I—X editos esse videri, ceteros XI—XVII annis 92—100 confectos.

<sup>5)</sup> Quae de eiusmodi synonymis attuli, inclusa sunt uncis rotundis ( ). Cetera perspicuitatis causa allata saepsi angularibus uncis < > .

Deinde quoniam poetas constat posteriores priorum exempla in copia verborum plerumque sequi, refert cognoscere, si genus Martialis a superioribus poetis ita discesserit, ut vocabula nondum antea a quoquam poeta posita — nos quidem sciamus — primus in versibus<sup>1)</sup> usurparet. Hoc genus abulorum (dicamus autem „genus b“), quae in prosa oratione ante exstabant, insignivimus litteris *inclinatis*; ea autem, quae omnino nova videntur („genus a“), *diductis*.

2. Posteriorum vero scriptorum loci, quibus illi vocabula Martiale quae videntur novata exhibent, accurate colligendi sunt; nam ex parte eorum aperte cognosci potest imitatio, atque certe ex omnibus apparet, quae verbis eis quasi sors postea saepe perennitas fuerit. In quo lectores ad lexica delegare fas est, quia loci saepe per compluria lexica dispersi, saepe, si opus fuerat, conexu verborum non addito indicati, nondum in toto plerumque, id quod caput est, temporum ordine digesti sunt. Itaque dedimus operam, ut ex locorum serie uniuscuiusque loci quasi fata comparerent. *Ἀπὰξ λεγόμενα* autem, i. e. quae praeter Martialem nusquam leguntur, cruce † notavimus. Contra in vocabulis generis b plurimis satis habuimus prosarium, nec ceteris vetustiore intra uncas rotundos adicere, poeticos tantummodo locos omnes enumerare.

3. Dividimus vocabula in Graeca et Latina; Latina in I substantiva simplicia, II adiectiva simplicia, III substt. et adii. composita, IV substt. et adii. deminutiva, V verba simplicia, VI verba composita, VII adverbia. Derivata secundum suffixa, quibus formata sunt, collegimus, ut intellexeretur, quoniam vocabulorum genera quaeque suffixa scriptor plurimum amavisset.

4. Sed ne illud quidem neglegendum est, quatenus formatae novae metricis legibus explicentur; atque cum Martialis grammata metra compluria prae se ferant, numerandum dicitur est, qua numerorum ratione in metris singulis novatae generis reperiantur. Itaque, quoniam id adhuc a nullo factum est, dinumeravimus metra Martialis atque computavimus, quantum verborum quotam partem quodque metrum contineret.<sup>2)</sup>

<sup>1)</sup> Vocabula in lemmatis tantum (lib. XIII et XIV) aut in praefationibus a oratione scriptis posita stellula \* designavimus.

<sup>2)</sup> Significamus per totam hanc commentationem metra hisce notis:

## Continet autem

|                  | h    | p    | $\varphi$ | s   | sen. | dim. | sot. |
|------------------|------|------|-----------|-----|------|------|------|
| liber spect. . . | 109  | 110  |           |     |      |      |      |
| liber I . . .    | 290  | 248  | 211       | 65  | 21   | 27   |      |
| " II . . .       | 188  | 187  | 136       | 36  |      |      |      |
| " III . . .      | 194  | 194  | 64        | 170 | 2    | 2    | 2    |
| " IV . . .       | 209  | 209  | 205       | 40  |      |      |      |
| " V . . .        | 180  | 180  | 187       | 86  |      |      |      |
| " VI . . .       | 231  | 198  | 160       | 28  | 2    |      |      |
| " VII . . .      | 262  | 261  | 172       | 42  |      |      |      |
| " VIII . . .     | 252  | 252  | 130       | 30  |      |      |      |
| " IX . . .       | 350  | 350  | 101       | 48  | 3    | 3    |      |
| " X . . .        | 270  | 270  | 243       | 115 |      |      |      |
| " XI . . .       | 297  | 297  | 157       | 51  | 5    | 2    |      |
| " XII . . .      | 189  | 189  | 266       | 77  |      |      |      |
| " XIII . . .     | 135  | 135  | 2         | 2   |      |      |      |
| " XIV . . .      | 220  | 220  | 18        |     |      |      |      |
| omnes libri      | 3376 | 3300 | 2052      | 790 | 33   | 34   | 2    |

Atque quoniam hi versus sunt diversi ambitus, etiam syllabae computentur:

|           |                         |         |           |      |                   |       |
|-----------|-------------------------|---------|-----------|------|-------------------|-------|
| h         | continet (13—17, i. e.) | 15      | syllabas; | 3376 | h = 50640         | syll. |
| p         | " (12—14, i. e.)        | 13      | "         | 3300 | p = 42900         | "     |
| $\varphi$ | "                       | 11      | "         | 2052 | $\varphi$ = 22572 | "     |
| s         | "                       | fere 12 | "         | 790  | s = 9480          | "     |
| sen.      | "                       | 12      | "         | 33   | sen. = 396        | "     |
| dim.      | "                       | 8       | "         | 34   | dim. = 272        | "     |

Itaque dactylici versus (h + p = 93540 syll.) comparati cum  $\varphi$  (= 22572 syll.) quater tanto maiorem molem verborum efficiunt; cum iambicis (s + sen. + dim. = 10148 syll.) comparati noviens maiorem.

h = hexameter dactylicus

p = pentameter dactylicus

$\varphi$  = Phalaecius versus hendecasyllabus

s = trimeter iambicus scazon sive choliambus

(rariss.)  $\left\{ \begin{array}{l} \text{sen.} = \text{senarius iambicus} \\ \text{dim.} = \text{dimeter iambicus acatalectus} \\ \text{sot.} = \text{Sotadeus.} \end{array} \right.$

Errasse videtur Th. Birt, qui (in edit. Friedl. pg. 38 m.) hexametrorum numerum reddit 3358; nam etiam si a Martialis versibus detrahimus I 93. h (et 6 p) ut alienum, III 3, 1. 3 h (et 2. 4 p) ut fortasse spurios, XI 3. 5. 7 h (et 4. 6. 8 p) ut Caesaris Augusti versus, relinquuntur non 33 sed 3370 h (et 3294 p).

Postremo ratio reddatur eorum vocabulorum, quae, si lexicis<sup>1)</sup> les habetur, non vetustiora Mart. epigrammatis existimantur : tamen sunt; omitto ea, quae in commentatione ipsa commemorandi occasio erit.

*Ganymedēus*: laus Pisonis<sup>2)</sup> 153 h.

*macellus* (pro ‚macellum‘): Pompon. Bonon. 38 Ribb.<sup>3)</sup>

\* *monobiblos*: cf. Friedl. ad locum (XIV 189 L).

*paedico*, onis: Priap. 68,8p: pēdicōnum.

*Sybariticus*: Ovid. trist. 2, 417 Riese: Sybaritica, n. pl., Armen Hemitheonis (Merkel: ‚Sybaritida‘, f. sing. acc.).

Sequantur ea verba, quae apud Martialem primum in versu currere falso e lexicorum silentio concludi potest:

*cognatio*: Afran. 56 ex sententia Ribbeckii, Hermanni, uecheleri.

*coliculi*: cauliculi Bibaculus<sup>3)</sup> fr. 1, 6  $\varphi$  Mueller = 3, 6 aehrens; coliculi Petron. 132 sot. 2.

*ensorius*: censorio (codd. censori[a]e) Pacuv. praetext. 2 ibb.<sup>2)</sup>

*expingere*: Phaedr. append. 15, 2 sen.

*fructuosus*: Priap. 61, 2  $\varphi$ .

*indecens*: Priap. 12, 13  $\varphi$ .

*inquilinus*: Priap. 70, 1  $\varphi$ .

*luscus*: Pers. 1, 128. (adde: Sidon. carm. 23, 139  $\varphi$ ).

*mango*: [Lucil. 29, 88 M.] Horat. epist. 2, 2, 13 h.

*municeps*: Catull. 17, 8.

*paganicus*: Calpurn. 4, 125 h.

*prurigo*: Priap. 27, 3 h.

*Setinus*: Titin. 121 Ribb.<sup>2)</sup>: agrum Setinum.

*sēlibra*: Bibaculus fr. 1, 6  $\varphi$ <sup>4)</sup>.

<sup>1)</sup> scil. Forcellini-De Vit, Klotz, Georges<sup>7</sup>, Quicherati thesaur. poet.<sup>2</sup>, Alföldi thesaur. italogr. (Vindob. 1884), Pauckeri suppl. lexicorum Lat. Berlin. 1885), Georges, Lex. d. lat. Wortformen (Lips. 1889, a—confirmo).

<sup>2)</sup> Carmen hoc Calpurnio tribuendum esse denuo diserte ostendere studet Maricus Schenkl in praefatione editionis bucolic. Calp. et Nemesiani (1885).

<sup>3)</sup> Huius enim, non Suetonii (apud quem nobis servati sunt) versus esse ica non profitentur.

<sup>4)</sup> Locum, qui Martialem non primum hac prosodia (pugnante cum mi- et ‚sēmodius‘) usum esse docet, adferre debuit Friedlaender ad I 99, 5.

*sturnus*: Priap. 61, 10 *q.* (adde: Anthol.<sup>1)</sup> 762 [= PLM 5 pg. 364], 17 h.)

*theca*: plur. Propert. 2, 8, 30 Muell.

Caput I.

VOCABULA GRAECA.<sup>2)</sup>

Quaestio prima est, quaenam verba, rariora praesertim. Graecis litteris scribenda sint, quoniam codicum in ea re auctoritas vel parva vel nulla est; cf. quod habent I 27, 7: Misomne monasymptoten, I 45, 2: tonda pamibomenon, IV 9, 3: echis asotos, V 38, 3: syca merize, etc.<sup>3)</sup> Itaque certi aliquid ibi solum statuere licet, ubi ex toto conexu verborum auxilium peti potest. Assentiendum certe Friedlaendero est, qui IX 94. 4 dederit *χάλκεια* — *χρύσεια*, siquidem apertum est poetam partim Homeri ipsa verba <Z 235 sq.: *τεύχε' ἄμειβεν χρύσεια χαλκείων*> ponere voluisse, quod si nolisset, profecto Latina eiusdem mensurae ‚aerea — aurea‘ scripsisset. Altero loco ad modum simili VII 57, 2 et Gilbert et Friedl. bene pro Schneidewini Πυθαγόθος — Hippodamos‘ secundum versum Homeri Γ 237 <Κάστορα δ' ἰππόδαμον καὶ πύξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεια> scripserunt πύξ ἀγαθὸς et ἰππόδαμος. Alia de causa probandum est, quod Friedl. exhibet III 77, 10: *σαπροφαγῆις*, non ‚saprophagis‘ ut codd., Schneidew., Gilb.; nomina enim ut saepissime a Graecis mutuabantur Latini, ita verba <praeter participia> rarissime: equidem exceptis duobus <clepere, psallere; et vocab. dub. ‚hymnire‘> nulla inveni nisi in -are exeuntia <propinare, philosphari, paedagogare, harpagare, gargarissare, evangelizare.

<sup>1)</sup> ‚Anthologia‘ utique Rieseii, PLM Baehrensii, poetae lat. minores dicti sunt; FPR eius ‚fragmenta poett. Rom.‘ (1886).

<sup>2)</sup> Cf. O. Weise, Griech. Wörter in der lat. Sprache, Lips. 1882.

<sup>3)</sup> Dubitari quidem potest, rectene V 38, 8 editores exhibeant cum parte codicum ‚σολοικισμόν, Calliodore, facis‘, at XI 19, 2 iidem ‚soloecismum mentula nostra facit‘; vocabulum hoc iam Lucilius (9,2 M.: soloecismōn genera = 9, 244 Baehrens (FPR): soloecismum genera), Cornificius et Seneca rhetor tamquam terminum technicum usurpaverant.

exenterare, chalare, blasphemare etc.). At haud scio an VII 41, 1: *χοσμικὸς* et 2: *χοσμικὰ* scribendum fuerit (in quo cum Klotzio et Saalfeldio consentio); ut enim II 43, 1 et 16: *χοινὰ φίλων*, sic hoc loco graecissantis alicuius ‚magniloca‘ vox illudatur, minime in usum Romanum recipitur. Cf. quae dixi pg. 22 adnot. 4.

Cetera vocabula (praeter ea quae collecta sunt in edit. Friedl. vol. 2 pg. 532) recte Latinis litteris scribunt; nam et sermo cotidianus illorum temporum multis Graecis verbis inquinatus erat et Martialis saepenumero ab eo sermone prope abest.

Quod quam vere dixerim, tum maxime intellegemus, ubi Martialem cum Statio aequali comparaverimus.

Hic enim in 10839 versibus epicis Achilleidos et Thebaidos Graeca verba, quae apud antiquiores Latinos scriptores frustra quaeras, non habet nisi haec tria: *nebris* A. 1, 609 Th. 2, 664; *gymnas* Th. 4, 106, plur. A. 1, 358; *pale* A. 2, 155 (ubi Kohlmann prave ‚Pale‘), Th. 6, 805; in 3892 versibus Silvarum praeter ea quae nominavi *nebris* (1, 2, 226) et *gymnas* (2, 2, 8) non plus sex haec: *trichora*, n. pl. (1, 3, 58), *hypocausta*, n. pl. (1, 5, 59), *caryotis* (1, 6, 20), *molybdus* (3, 2, 30), *gomphus* (4, 3, 48), *synthesis* (4, 9, 44); cetera nova sunt in lemmatis 1, 4: *soteria*, n. pl., 4, 2: *eucharisticon*, 4, 5: *ode*, et in praefationibus prosariis libri 1 (et 1, 2 L): *epithalamion*, lib. 2 (et 5, 3 L, 5, 5 L): *epicedion*, lib. 2 (et 2, 7 L): *genethliucon*, lib. 4 (et 4, 6 L): *epitrapezios*. Ergo in 14731 versibus Stadius 9 tantummodo nova habet Graeca; [praeterea extra versus: septem]; id est 1 : 1636.

Martialis autem in 9587 versibus novavit 55; [extra versus: quattuor]; id est 1 : 174. Hic igitur fere deciens tanto plura quam Stadius novavit, praesertim cum Statii versus paene omnes (14160) hexametri, Martialis autem maior pars sint breviores versus (p. q, s).

Accedit alterum genus („b“) vocabulorum Graecorum, quae in versu primus videtur Martialis usurpavisse, 76 nostra quidem computatione.

Iam quaeritur, utrum in aliquibus metris horum (55 + 76 =) 131 verborum sit frequentior usus quam in ceteris necne. Conferatur igitur haec tabella, in qua quae verba in metris pluribus inveniuntur, horum in unoquoque semel numerantur.

| Novata in | h  | p  | q  | s  | dim. | sen. |
|-----------|----|----|----|----|------|------|
| generis a | 28 | 19 | 15 | 8  |      |      |
| generis b | 46 | 26 | 20 | 16 | 2    | 1    |
| amborum   | 74 | 45 | 35 | 24 | 2    | 1    |

Ergo pro ratione numerorum plurima novata exstant in scazontibus, minor exspectatione numerus in pentametris; media frequentia in hexametris et hendecasyllabis. Vel si, ut supra pg. 4, dactylicos cum iambicis comparamus: in dactylicis sunt 119 Graeca, in iambicis 27; ergo in iambicis duplo maior numerus quam qui ex dactylicorum numero exspectatur (13). Hendecasyllabi quoque paulo plura exhibent (35) quam exspectantur (30).

In choliambis igitur Martialis propius quam in ceteris metris ad pedestrem sermonem et cotidianum accessit. —

Iam transeamus ad vocabula ipsa; quae secundum rerum genera quam secundum verborum et formarum classes grammaticas disponere maluimus.

**Litterae** (ex parte pro numeris ordinalibus positae).

*alpha*<sup>1)</sup> (= primus) II 57, 4 s V 26, 1 s: Cordus alpha pae-nulorum. Prud. cath. 9, 11: (Christus) álpha et Ω cognóminatus, ipse fons et cláusula. Paul. Nol. 30, 89 h: alpha itidem mihi Christus et ω.

*bēta*<sup>2)</sup> (= secundus) V 26, 4 s: dicas licebit beta me togatorum.

*īōta* (littera), n. II 93, 4 p. (Cic., al.) Auson. technop. 122 et 138 h: jota, ae, f. Orient. de trinit. 77 h. Coripp.<sup>3)</sup> in laud. Iustini 1, 353 h.

cf. *sigma* pg. 18.

cf. *thēta* VII 37, 2 p et Friedl. ad locum.

#### Quae ad libros pertinent.

*bibliōpōla*, ae, m. IV 72, 2 p XIII 3, 4 p XIV 194, 2 p (semper initium alterius hemistichii faciens). [βιβλιοπόλις]. Plin.

<sup>1)</sup> = littera: Varro l. L. 8, 64. Iuven. 14, 209: hoc discunt omnes ante al-pha et beta puellae. — alibi.

<sup>2)</sup> = littera: Iuven. 14, 209.

<sup>3)</sup> omiserunt lexica.



1, 2, 6 et 9, 11, 2. Porphyr. Hor. sat. 1, 4, 71. epist. 1, 20, bybliopola Sidon. ep. 2, 8, 2<sup>1)</sup>. 5, 15, 1. Isidor. orig. 6, 14, 1: librarios ante bibliopolas dictos. Librum enim Graeci βιβλιον vocant. librarii autem iidem antiquarii vocantur, sed librarii sunt, qui nova scribunt et vetera; antiquarii, qui tantummodo vetera, unde et nomen sumpserunt. bybliopola CIL 6, 9218. bibliōpōla<sup>2)</sup> Anthol. 64, 11 h. (Cum vocabuli Latini ‚librarius‘ significatio altera scriba) et vetustior et usitator<sup>3)</sup> esset, fieri non potuit, quin a sepe perspicuitatis causa Graecum vocab. usurparetur. Invenitur tamen illo sensu ‚librarius‘: (plur.) Catull. <sup>4)</sup> 14, 17 φ. Sen. en. 7, 6, 1. Gell. 5, 4, 2 et 18, 4, 1. Sulpic. Sev. dial. 1, 23, 4. — bellio (eo sensu) Stat. silv. 4, 9, 21 φ: de capsula miseri libellionis. Gloss. Graeco-Lat. pg. 257, 38: βιβλιοπώλης libellio.)

*bibliōthēca*, ae, f. VII 17, 1 et 12 φ XIV 190, 2 p. (Cic., cet.) bybliotheca [bibl. Peiper] Auson. epigr. 40, 1 h Schenkl. bybliotheca Sidon. <sup>5)</sup> ep. 4, 11 v. 4 φ. 9, 16 v. 28 adon. idem carm. 4, 92 φ. bibliotheca Anthol. <sup>6)</sup> 899 [= PLM 5 pg. 407], 4 p. bibliōthēca Alcuin 65 (p. l. aevi Carol. 1 pg. 283), 3 h. Theouulf 42 (ibid. pg. 540), 1 h.

*cōrōnis*, īdis, f. X 1, 1-h: nimius seraque coronide longus liber. [χορωνίς]. Sueton. pg. 140, 13 Reiff.: coronis tantum in fine libri posita invenitur. Auson. prof. carm. 26 L.

† *eschātōcollion*, ii, n. = extrema pagina, II 6, 3 φ. ἐσχάτο-κόλλιον nusquam exstare videtur].

*lemma*, ātis, n. (= inscriptio carminis cum carmine ipso) X 59, 1 h: consumpta est uno si lemmate pagina, transis. plur., = inscriptiones carminum) XI 42, 2 p XIV 2, 1 h et 2 p. [λήμμα]. <sup>7)</sup>lin. ep. 4, 27, 3: lemma (= argumentum, Stoff, Thema) sibi impersit, quod ego interdum versibus ludo. . . . si mihi ex hoc ipso lemmate secundus versus occurrerit. Victorin. <sup>7)</sup>

<sup>1)</sup> omiserunt lexica.

<sup>2)</sup> deest in lexicis.

<sup>3)</sup> etiam Mart. ter hoc sensu.

<sup>4)</sup> A lexicographis partim omisus locus, partim non recte intellectus. also etiam Haenny (Buchhaendler u. Schriftst. in Rom', [1884], pg. 23.): Erst der Römer der Kaiserzeit nennt seinen Buchhändler librarius.

<sup>5)6)7)</sup> omiserunt lexica.

ad Cic. inv. (rh. l. m. Halm) pg. 193, 39: (firmamentum) ... lemma dicitur, id est falsum argumentum. Donat. Ter. Andr. 3, 3, 14 et 37 (plur.) = sumptio<sup>1)</sup>. Auson. parent. praef. in (pg. 41 Sch.): lectorem solum lemma sollicitat tituli. idem eglog. 24, 1, 6<sup>2)</sup>: mihi praeter lemma nihil placet. idem epist. 16, 2, 90: nutricis inter lémmata (= carmina vel cantus) lallique somniferós modos. Sidon.<sup>3)</sup> ep. 8, 9, 3: videris, quam tibi sit epigrammatis flagitati lemma placiturum. (inscriptio, titulus, epigramma; sumptio.)

*tōmus*, i, m. I 66, 3 s: scriptura quanti constet et tomus vilis. (de signif.<sup>4)</sup> cf. Frdl. ad locum). [τόμος]. M. Aurel. ap. Front. ad M. Caes. 2, 10 (13) pg. 34, 14 N.: feci ... excerpta ex libris sexaginta in quinque tomis. Hieron. ep. 22, 38: accipe tibi tomum magnum, novum, et scribe in eo stilo hominis: 82. 7: sex mille Origenis tomos non poterat quisquam legere, quos ille non scripsit. (volumen, liber.)

*schūda*, ae, f. (v. l. scheda) IV 89, 4 *q*. (cf. Frdl.) (Cic. ep., al.)

#### Artes metrica et musica.

*tetrastīcha* quaedam (carmina) VII 85, 1 h. [τετραστιχες]. Quint. 6, 3, 96: Ovidius ex tetrastichon Macri carmine librum in malos poetas composuerit. Treb. Poll. Gallien. 18, 5: (porticus) tetrastichae fierent. Sidon.<sup>5)</sup> pg. 250, 9: non distichorum aut tetrastichorum stringit angustiis. Anthol. 2 [= PLM 4, 178]. 3 h: tetrasticha, n. pl.; -on ibid. 395 L, 555 [= PLM 4, 137] L: tetrasticha de Vergilio, 567 [= PLM 4, 138] L: tetrasticha de quattuor temporibus. 658 L: dialogon tetrastichon.

*gallīambos*, i, m. II 86, 5 *q*: mollem debilitate galliambon. (Caes. Bass.<sup>6)</sup> (GL 6) pg. 261, 28; 271, 22 etc.; alii.)

<sup>1)</sup> cf. Cic. divin. 2, 108 Muell.: sed demus tibi istas duas sumptiones (ea quae *λήμματα* appellant dialectici, sed nos Latine loqui malumus), adsumptio tamen (quam *πρόσληψιν* iidem vocant) non dabitur.

<sup>2)</sup> omis. lexica.

<sup>4)</sup> ea enim, quam lexica praebent, aperte inepta est.

<sup>5)</sup> omis. lexica.

<sup>6)</sup> huius enim, non Atilii Fort., ut lexica praebent, illud fragmentum esse Westphalius et Keilius docuerunt. cf. sequens vocabulum.

*scazon*, ontis, m. I 96, 1 s VII 26<sup>1)</sup>, 1 et 10 s. (Caes. Bass. g. 257, 3 etc.; alii.) *σκάζων* Ter. Maur. 2400 s. *scazon* Rufin. in etr. Ter. <GL 6> pg. 559, 30 h.

*ēpigramma*: viciens bis (in 18 h, 3 φ, 1 s). (Cic., al.) Prud. rist. 11, 8 p. Sidon.<sup>2)</sup> ep. 9, 16 v. 57. Anthol.<sup>3)</sup> 21 [= PLM 211], 269 h. 287 [= PLM 4, 441], 22 φ.

*mētrum* IV 6, 4 φ. (Vitruv. 103, 10; alii.) Ter. Maur. passim. Iuven. 2, 141 h. Auson. epist. 20, 1 h. Sidon. epist. 8, 9, 16 φ. Anthol.<sup>4)</sup> 131 [= PLM 4, 319], 5. 671 [= PLM 5 pg. 85], 20.

*crūsmāta* Baetica, n. pl. VI 71, 1 h. [*χροῦσμα*]. Censorin. . spur. 11, 1 Hultsch: *crusmata* pulsus decori sine carmine vocantur. (pulsus lyrae Ov. fast. 5, 667.)

*āscaúles*<sup>5)</sup>, ae, m. X 3, 8 s. [*ἀσκ-ἀλύς*; nusquam legi videtur]. Not. Tiron. pg. 173: *monaules* *ascaules* *calamaules*. (Latinum vocab. 'utricularius' praefert Sueton. Ner. 54: *voverat* — — *proturum* se — etiam *hydraulam* et *choraulam* et *utricularium* ac *ovissimo die histrionem* —.)

*chōraules*, ae, m. V 56, 9 φ VI 39, 19 s IX 77, 6 dim. I 75, 3 φ. (Petron., al.) Iuven. 6, 77 h. Sidon.<sup>6)</sup> ep. 9, 13, 78; *carm.* 23, 300 φ. Mim. anon. 27 Ribb.: *choraula*. Ven. Fortun.<sup>7)</sup> 3, 6, 47 h.

*mōnaulos*, i, m. XIV 64 (= 63 Gilb.), 2 p. (Plin. 7, 204).

#### Ars medica.

*clīnīcus*, i, m. (= *medicus*) I 30, 2<sup>8)</sup> p IV 9, 1 φ IX 96, h. [*κλινικός*]. Cyprian. ep. 69, 13 et Lact. 3, 8, 10: *clanicus* = homo aeger in lecto iacens. Prud. apoth. 205 h: *clanicus* deus Aesculapius). Orell. inscr. 2983 et CIL 6, 2532: *medicus clanicus*. Gloss. Vatic. (et Thom. thes. pg. 152 a): *clanicus*, *paralyticus*.

[De 'archiclinico', quod III 93, 24 Schneidew. scripserat tque immerito Gilbertus quoque <dubitanter> recepit, adsentior 'riedlaendero; cf. eius adnot.]

<sup>1)</sup> hoc loco 'Scazon' editores, inconstanter. Omisit locum index ed. Frdl.

<sup>2)3)</sup> omis. lexica.

<sup>4)</sup> cognomen viri in inscr. Pomp. CIL 4, 636: . . . Vesbinus. rog. crib. Ascaules.

<sup>6)7)</sup> omis. lexica.

<sup>8)</sup> ubi etiam de libitinario cogitandum est.

*ophthalmicus*, i, m. (scil. medicus) VIII 74, 1 h. [*ὀφθαλμικός*]. adiect. Cassian. coll. 24, 15: in otalgicum, sive in ophthalmicum vertitur morbum. (ocularius medicus Cels. 6, 6. 8. alii. ocularii, subst. Scribon. 37 et 38. Marcell. Emp.<sup>1)</sup> 8 fol. 93, 2 m. ocularius chirurgus Grut. inscr. 400, 7. — ocularis medicus Murat. inscr. 927, 5.)

*drōpax*, ācis, (f.?) III 74, 1 h X 65, 8 φ: dropace cotidiana (-no Schn. Gilb.) [*δρωπάξ*]. Auson. epigr. 92 (131), 1 h: dropace calido. Th. Prisc. 2, 11 fol. 304, 1: dropaces. Cael. Aur. chron. 1, 1, 36: dropax adhibendus; 37: dropacem. Schol. Iuv. 9, 14 Buech.: fascia visci. psilothrum significat, dropacem quo solebat se accurare.

*psilōthrum*<sup>2)</sup>, i, n. III 74, 1 h VI 93, 9 h. (Sen. rh., al.)

*ēpāphaerēsis*, is, f. VIII 52, 9 φ: facitque longam detonsis epaphaeresin capillis. [*ἐπαφαρῆσις*]. epaphaeresis (scil. sanguinis) Vegetius (qui excusat vocabulum apposito, quasi<sup>3)</sup>) mul. 3<sup>4)</sup>, 45, 2: postero quoque die quasi epaphaeresis fit et — — sanguis detrahitur. 5, 24, 5: tertia die epaphaeresin quasi facturum denuo fistulam appones. Cass. Felix<sup>4)</sup> 24: flebotomare oportet et secundam detractioem facere quam epaphaeresin vocant. item 36 et 73. (detractio sanguinis Cels. 2, 7, alii. detractio (eod. sensu) idem 2, 10. Plin. 16, 244. alibi. — detractio capillorum Cael. Aur. chron. 3, 8, 131.)

*hȳdrōcēlae*,<sup>5)</sup> arum, f. XII 83, 3 φ. [*ὕδρο-κῆλη*]. Th. Prisc. 1, 26 m.: hoc herniarum perseverantiam intus sub ligatura, etiam veterum, percurabit: et hydrocelas et sarcocelas et enterocelas similiter. (hirnea (hernia) Cels. 7, 18. Mart. III 24, 9 h XII 83, 1 φ. alii.)

*entērocēlae*, arum, f. X 56, 7 h XI 84, 5 h. (*ἐντεροκῆλη*. Cels., enterocele Plin. 26, 134. al.)

<sup>1)</sup> omis. lexica.

<sup>2)</sup> Apud Novium v. 35 olim legebatur 'psilothrum', nunc 'cilotrum'.

<sup>3)</sup> lexica falso 2, 45, 2<sup>1)</sup>.

<sup>4)</sup> omis. lexica.

<sup>5)</sup> cf. Cels. 7, 18 pg. 276, 27 D.: Graeci communi nomine, quidquid est. *ὕδροκῆλην* appellant: nostri, ut scilicet nullis discriminibus satis cognititis, haec quoque sub eodem nomine, quo priora habent. — Adiect. 'hydrocelicus' iam Plin. 30, 74.

*entērocēlicus unctor* XII 70, 3 h. (Plin.)

† *hystēricam* se diceret XI 7, 11 h; *hystericam* se dixerat  
 XI 71, 1 h. [*ύστερικός*].

*hēmītrītaeos*<sup>1)</sup>, i, m. (scil. *πυρετός*) II 40, 1 h XII 90, 2  
 — at IV 80, 3 h = is qui ea febre laborat. [*ήμι-τριταῖος*].  
 pr. de sing. cler. 9 pg. 184, 3 H.: hemitritaeo insanabili la-  
 rare. Seren. Samm. n. 51 L (Baehrens): hemitritaeo depellendo.  
 m 932<sup>2)</sup> h: mortiferum magis est, quod Graecis hemitritaeon<sup>3)</sup>  
 vulgatum verbis; hoc nostra dicere lingua | non potuere ulli,  
 to, nec voluere parentes. Th. Prisc. 4 fol. 314 b. Cael. Aur.  
 it. 2, 22, 133. [Apul.] de herbis 123.

(hemitritaeus Marc. Emp. 30 fol. 131 a. alibi. hemitritis,  
 Theod. Prisc. 4 fol. 311 b.)

*lichēnes*, um, m. XI 98, 5 s. (Plin. 21, 127).

*phrēnēsis*, is, f. IV 80, 1 h. (Sen., al.) Iuven. 14, 136.  
 rēnēsis Ser. Samm. 87 h et Prud. hamart. 125 h.

*phhīsicus* cinaedus XI 21, 7 h. (Sen. rh., al.)

#### Unguenta et similia.

*glaučina pallida* (scil. unguenta) IX 26, 2 p. [*γλαύκινος* de  
*λίχιον* (herba quaedam et eius succus) deductum non videtur  
 reniri.] Pompon. dig. 34, 2, 21, 1: unguentis — — qualia sunt  
 magena glaucina crina etc. Plin. Val. 3, 12: olei glaucini  
 tantum sufficit.

*cērōma*, ātis, n. IV 19, 5 h V 65, 3 h VII 32, 9 h XI 47, 5 h  
 V 50, 1 h; plur. IV 4, 10 q. (Sen., Plin., alii.) Iuven. 6, 246.

*narthēcia*, orum, n. XIV 78, 1 h. (Cic. fin. 2, 22: doloris  
 medicamenta illa tamquam de narthecio proment.)

*splēnia*, orum, n. (= Pflaster) II 29, 9 h 10 p VIII 33, 22 p.  
 lenium (Pflaster) Plin. 29, 126 et 131; al.)

*aphrōnītrum*, i, n. XIV 58, 2 p. (Plin. 31, 113<sup>4)</sup>; alii.) Stat.  
 v. 4, 9, 37 q: panes viridantis áphrōnītri.

<sup>1)</sup> cf. Cels. 3, 3 pg. 77, 20 D.: id genus plerique *ήμιτριταῖον* appellant.

<sup>2)</sup> falso Georges et Saalfeld ,491' (pro 941 prior. edit.)

<sup>3)</sup> *ήμιτριταῖον* priores editores, quod rectius puto.

<sup>4)</sup> idem 31 (falso ,XXI' Frdl. in adnot.), 112: spuma nitri.

*däpasma*, ätis, n. I 87, 5 h. (Plin. 13, 19 et 21, 125.)  
*räsina*, ae, f. III 74, 4 p XII 32, 21 s. (Cels., al.)

### Fruges et arbores.

*äpÿrina*, orum, n. pl. XIII 42, 1 h 43, 1 h. (Sen. ep., al.)  
*cärÿöta*, ae, f. VIII 33, 11 h XIII 27, 1 h. (careota Varro r.  
 r. 2, 1, 27 Keil. cariota Scrib., alii.)

*cärÿötides*, acc. -idas, f. XI 31, 10 *q*. [*καρυώτις*]. Stat. silv.  
 1, 6, 20 *q*.

*conchis*, is, f. V 39, 10 *q* VII 78, 2 p XIII 7, 1 h. [*κωνχίς*  
 apud Graecos non legitur.] Inv. 3, 293<sup>1)</sup>: conche. 14, 131:  
 conchem (cf. schol.: id est fabam coctam). Fronto ad M. Caes.  
 ep. 4, 6 (pg. 69, 17 N.): conchim. Prisc. 1, 35 (GL 1 pg. 26, 25):  
 vetustissimi — — ,cunchin' pro ,conchin'. (fäba Plaut., cett.:  
 Mart. deciens.)

*cottäna*, orum, n. pl. IV 88, 6 p VII 53, 7 h XIII 28, 2 p.  
 (Plin. 13, 51.) Stat. silv. 4, 9, 28 *q*. Iuven. 3, 83: cottöna.

*bötrÿon*,<sup>2)</sup> önis, m. XI 27, 4 p. [*βοτρυών* non invenitur.]  
 Itala cant. 1, 12: botryo. Pall. Sept. 17 et Nov. 12, 1: bo-  
 tryones. Serv. Verg. Georg. 2, 60 Thilo: sane racemus botry-  
 onis est pars, et botryo Graecum est. Cassiod. var. 12, 15 in.:  
 civitas — — in modum botryonis pendet in collibus. Isidor.  
 orig. 17, 5, 14 (cf. Serv. l. c.): racemus est botrionis pars, et  
 botrio graecum est. Ps.-Acro Hor. sat. 2, 4, 71: vennucula:  
 uvae genus est, cuius botryones ollis servari possunt. Gregor.  
 Turonens. de curs. stell. 28 Krusch: has stellas quidam massam  
 vocant, nonnulli Pliadas, plerique vero butrionem. Paulin.  
 Aquilei. 1 in ep. pros. (p. l. aev. Car. 1 pg. 130): flores qui  
 clusas celant botrionum gemmatas suo in tempore producendas  
 uvas. Gloss. Vatican.: botryones, latices<sup>3)</sup>. Thomae thes. pg.  
 80a: botryo, botrus, uva, racemus.

† *pütÿönes*<sup>4)</sup>, acc. -önas, m. (ex emend. Salmasii) XII

<sup>1)</sup> falso Georges et Saalf.: 2, 273.

<sup>2)</sup> cf. CIL 10, 1501: M. Caninius Botryo et Caninia Paezusa. 6, 668:  
 Butrionis.

<sup>3)</sup> cf. Loewe, Prodröm. pg. 78.

<sup>4)</sup> Deest adhuc in lexicis. (supplevit nuper Georges in Woelfflini Ar-  
 chivi 3 pg. 354.)

), 1 h. [*πιπινών*, pinetum Gloss.] (pinetum Ov. fast. 2, 275. 4, 273. lin. 27, 66.)

*daphnōn*, acc. sg. -ōna X 79, 5 h; acc. pl. -ōnas XII 50, 1 h. (Petron. 126).

*plātānōn*, acc. pl. -ōnas XII 50, 1 h. (Vitruv., al.) Sidon. i. 8, 9, 13 φ.

### Animalia.<sup>1)</sup>

*būbālus*, i, m. sp. 23, 4 p. (Plin., al.) būfālus<sup>2)</sup> Ven. Fort. rm. 7, 4, 21 h.

*ginnus*<sup>3)</sup>, i, m. VI 77, 7 h. (hinnus Varr. r. r. 2, 8, 1 et 6; ii. ginnus (codd. innum) Plin. 8, 174 Detl.)

*ōryx*, ŷcis, m. XIII 95, 2 p. (Colum., al.) Iuven. 11, 140.

*ichneumon*, ōnis, m. VII 87, 5 h. (Cic., al.) Nemes. cyn. 54 h: *ichneumona* (acc.).

*sciūrus*, i, m. V 37, 13 s. (Varro l. L. 8, 68. al.)

† *lāgālōpex*<sup>4)</sup>, ěcis, f. VII 87, 1 h: auritā gaudet lagalocce Flaccus. [*λαγ-αλώπηξ, εκος*; quamquam Graecus locus non stat.]

*ōnocrōtālus*, i, m. XI 21, 10 p. (Plin. 10, 131. al.)

† *chersos* feminea<sup>5)</sup> XIV 88, 1 h. [*χέρσος* eo sensu nusquam ŷi videtur.] (Plin. 8, 38: sunt et terrestres (scil. testudines), ae ob id in operibus chersinae vocantur.)

*sālāmandra*, ae, f. II 66, 7 h. (Petron., al.) Seren. Samm. 4 h. Walahfrid Strabus 61 (p. l. aevi Carol. 2 pg. 404), 7 h.

*cōrācīnus*<sup>6)</sup>, i, m. XIII 85, 1 h. (Plin., al.)

*cammārus*, i, m. II 43, 12 p. (Varro r. r., alii) Iuven. 5, 84.

<sup>1)</sup> cf. O. Keller, Thiere des class. Altertums in culturgeschichtl. Beziehung, Oeniponti 1887.

<sup>2)</sup> falso Georges: būfālus.

<sup>3)</sup> vocabulum in indice ed. Frdl. omissum.

<sup>4)</sup> vocab. adhuc in lexicis deest. Videtur mihi animal sic nominatum ex aurium longitudine (‘aurita’) aut quia fortasse ad venandos lepores hibebatur, ut vertragus (XIV 200, 2: illaesum leporem qui tibi dente feret). n. n. (Bl. f. d. bayer. G.-W. 13 [1877] pg. 212—214) emendari vult agalopex’.

<sup>5)</sup> cf. adnot. Frdl.

<sup>6)</sup> Nomen viri IV 43, 1. 4. 11 φ VI 54, 4 φ.

*cordyla*, ae, f. III 2, 4 φ XI 52, 7 h XIII 1, 1 h. (Plin. 9. 47. — cordula Apic.)

*cýbium*, i, n. V 78, 5 φ XI 27, 3 h XI 31, 14 φ. (Varro l. L. 5, 77. alii.)

*spondylus*, i, m. VII 20, 14 s. (Sen. ep., al.) sphondylus Paul. Nol. 3, 7 h (Auson. ed. Peiper pg. 309).

### Esculenta

(praeter ea quae iam inter fruges et animalia rettulimus).

† *copta Rhodia*, ae, f. XIV 68 (= 69 Gilb.) L. ibid. 2 p. [κοπιτή]. (coptoplacenta Petr. 40. Anthol. 199 [= PLM 4, 379], 47 h. — cf. Schuch Apic. pg. 148 b.)

*oxygārum*, i, n. III 50, 4 p. [ὀξύγαρον]. Apic. 1, 35: oxygarum digestibile. Sidon. epist. 9, 13, 4: circa ordinandum oxygarum. Ps.-Apul. herb. 60, 3: herbam consolidam si cum oxygare edat. ,Plin. Val.' 2, 23: oxygarum, quod ventrem malaxat (et in sqq. verbis). Dosith. hermen.<sup>1)</sup> pg. 323 Bouch.: ὀξ; ὀξύγαρον, pone oxogarium. (gārum Horat., cett.; Martialis septiens. — allec Plaut., Hor., alii; Mart. bis. — mūrīa Cato, Hor., alii; Mart. XIII 103 L.)

†\* *palathium*<sup>2)</sup> caryotarum XIII 27 L. [παλάθιον]. (palatha ae, f. Vulg. Iudith 10, 5. reg. 2, 16, 1 et 2.)

*ēp̄dipnis*, acc. pl. -idas, f. XI 31, 7 φ. (Petron. 69, 6.)

*mattea*, ae, f. (ματτία) X 59, 4 p XIII 92, 2 p. (Varro l. L. 5, 112; al.)

*mēlandrĳa*, orum, n. III 77, 7 h. (Varro l. L. 5, 77. Plin. 9, 48.)

*tisāna* (,ptisana' Schn. et priores)<sup>3)</sup>, ae, f. XII 72, 5 h. (ptisana Varro sat. Men. 318 Buech., alii.)

### Vasa; artificum opera.

† *rhýtium*, i, n. II 35, 2 p: in rhytio poteras, Phoebe, lavare pedes (scil. curvos). [ῥυτίον (demin. vocab. ῥυτίον) Graeco

<sup>1)</sup> deest in lexicis.

<sup>2)</sup> ex emend. Salmasii; ,Petalion' vel ,Petalium' [ ,Petacium' h., ,Petavinum' T] plerique codd., ,Spathalium' a Scriver.

<sup>3)</sup> ,ptisanarium' iam Hor. sat. 2, 3, 155.



co non invenitur.] Forma magis Latina Dosith. hermen. pg. 39 Boucherie: (ῥυτόν: rutium<sup>1)</sup>). Eam Lucilio (3,20 M.) tribuere volunt Stowasser<sup>2)</sup> et Baehrens<sup>3)</sup>, qui conicit ibi scribendum: itio (cavus) caulis habetur (ein hohler Stengel dient dabei als rinkhorn).

*diätreta*, orum, n. XII 70,9 h. [διά-ίρητος]. Ulp. dig. 9, 27, 29: calix diatretus. — cf. Frdl. ad locum.

*phiala*, ae, f. III 41, 1 s VIII 33, 2 p 23 h: Quid tibi cum hiala? VIII 51, 1 h: Quis labor in phiala? (Plin., al.) Iuven. 5, 39: Virro tenet phiala. Luxorius anthol. 303 [= PLM, 457], 4 p.

*cōtūla*, ae, f. VIII 71, 8 p. (Cato ag. cult. 114, 1; alii.) coyle carm. de pond. 73; (acc. pl. -as) ibid. 67 h.

*pārapsis*, idis, f. XI 27, 5 h: parápside rúbra; XI 31, 18 φ. paropsis Petron. 34 et 50, al.) parópside cénat Iuven. 3, 142 ahn-Buech.; parápside iúngit Prud. psych. 532 h Dressel.

*synthēsis*<sup>4)</sup>, is, f. IV 56, 14 φ: crasso figuli polita caelo eptenaria synthesis Sagunti. [σύν-θεσις]. Stat. silv. 4, 9, 44 φ: ynthesis alborum calicum atque caccaborum.

*crystallina*, orum, n. I 53, 6 h III 82, 25 s IX 59, 13 h XIV 11, 1 h. (Sen. ep., alii.) Iuven. 6, 155.

*chrýsendēta*, orum, n. II 43, 11 h II 53, 5 h VI 94, 1 h II 29, 7 h; lances chrysendetae XIV 97 L. [χρυσ-έν-δετος]. sidor. orig. 20, 4, 8: chrysendeta, vasa deaurata. — cf. Frdl. d II 43, 11.

*ănăglypta*, orum, n. IV 39, 8 φ. (Plin. 33, 139 Detl. et inscr.) *encaustus* Phaëthon IV 47, 1 h. (encausto pingendi duo fuere antiquitus genera Plin. 35, 149 Detl., al.) hinc per iocum dicitur † *dīpýrus* Phaëthon = bis ustus IV 47, 2 p. [δί-πυρος].

### Lecti, lecticae.

† *hexaclīnon* testudineum, n. IX 59, 9 h. [ἑξά-κλινος].

<sup>1)</sup> non est in lexicis.

<sup>2)</sup> in Woelfflini Archivi 1 a. 1884 pg. 117.

<sup>3)</sup> ibid. 2 a. 1885 pg. 476 et FPR pg. 154 num. 109.

<sup>4)</sup> De alio usu verbī 'synthesis' vd. pg. 19 sq. — praeterea = medicamentum compositio vel mixtura ap. Ser. Samm. 573 et 1064.

*sigma*<sup>1)</sup>, ātis, n. X 48, 6 p: septem sigma capit; XIV 87, 1 h: lunata scriptum testudine sigma. octo capit. [*σίγμα* metaphora formae alias res (lunam, orchestram, porticum) apud Graecos significat.] Spart. Hadr. 17, 4 Peter<sup>2)</sup>: cum pluribus simmatibus pasceret. Lampr. Heliog. 25, 3: invenit simma in terra sternere. non in lectulis. ibid. 29, 3: octo longos et octo pingues, cum capi non possent uno sigmate. Sidon. epist. 2, 2, 5: quot solet sigma<sup>2)</sup> personas (recipere). idem carm. 17, 6 p: Assyrius murex nec tibi sigma dabit. 22, 212<sup>3)</sup> h: dominis hibernum sigma locare. Alc. Avitus<sup>4)</sup> append. 24, 2 p (pg. 195 Peiper): Assyrius murex nec tibi simma dedit. (cf. hemicyclium Cic. Lael. 2.)

\* *stibadia*, orum, n. XIV 87 L<sup>5)</sup>. [*σιβάδιον*]. Plin. ep. 5. 6, 36: in capite stibadium candido marmore vite protegitur. Serv. Verg. Aen. 1, 698: antiqui stibadia non habebant, sed stratis tribus lectis epulabantur. Sidon. epist. 1, 11, 14: stibadii circulus. 2, 2, 11: stibadium et abacus. Orell. inscr. 2358. CIL 5, 3929.

*hexāphōron*, i, n. II 81, 1 h IV 51, 2 p VI 77, 10 p. (hexaphori = sex homines, qui portant aliquid Vitruv. pg. 254. 22 R.: maxima pondera cum feruntur a phalangariis, hexaphoris et tetraphoris).

*octāphōron*<sup>6)</sup>, i, n. VI 84, 1 h. (octophoron Cic.) Anthol. 865 [= PLM 5 pg. 405], 1 h: octōphōro fertur.

### Reliqua supellex.

*dactylōthēca*, ae, f. XI 59, 4 dim. (Plin. 37, 11 et inserr.)

† *myrae*<sup>7)</sup>, arum, f. = rostra lucernae XIV 41, 2 p. [*μύρα*].

†\* *polymyxos*<sup>8)</sup> lucerna XIV 41 L. [*πολύ-μυξος* e Graecorum scriptis non adfertur].

<sup>1)</sup> Littera (non lectus, ut Saalfeldio videtur) ap. Lucil. 9, 34 Muell.: nostrorum, etiam Graece quod dicimu' sigma (= 330 b Lachm.: s nostrum et semigraece quod dicimu' sigma).

<sup>2)</sup> Hoc loco Grupe et lexica recte interpretantur: „solum, Badewanne“.

<sup>3)4)5)</sup> Loci non sunt in lexicis.

<sup>6)</sup> Georges et alii falso: octōphoron.

<sup>7)</sup> cf. Groeber, Vulgärlat. Substr., in Woelffl. Arch. 4 a. 1887 pg. 127.

<sup>8)</sup> Exemplum omisit Neue, Formenl. 2<sup>s</sup> pg. 20 ex.

*stäterā*, ae, f. X 55, 7 *q* in clausula. (Cic., alii.) Stat. silv. 4, 3, 35 *q* et 4, 9, 46 *q* item in clausula.

*clepsydra*, ae, f. VI 35, 1 h et 6 p VIII 7, 3 h. (Cic., al.)

*antliā curva*, f. IX 18, 4 p: curva laboratas antlia tollit aquas. [*ἀντλία*]. Suet. Tib. 51: uno ex iis, equestris ordinis viro, et in antliam condemnato. Isidor. gloss. 111: antlia, rota exhauritoria. Anthol.<sup>1)</sup> 284 [= PLM 4, 438] L: de ancla [antlia Baehrens]: Fundit [Pandit B.] et haurit aquas, pendentes evomit undas, Et fluvium vomitura bibit. mirabile factum! Portat aquas, portatur aquis. sic unda per undas Volvitur et veteres haurit nova machina lymphas. Thom. thes.<sup>2)</sup> pg. 277: haustum<sup>3)</sup>, rota hauritoria, quae et girgillus dicitur, et haec anclia.

(cf. Georges et Frdl. ad locum; ubi de rota cogitare vetatur et epitheto ‚laboratas‘ et quia ‚Marciam vicinam‘ sibi aquam non praebere ‚sicca domus queritur‘ (v. 5). Etiam apud Suet. l. c. conexu verborum cogimur machinam ab hominibus agitatam intellegere.)

### Vestimenta; colores.

*endromis*, acc. -ida (-idam Schm.<sup>2)</sup>, Gilb.), f. IV 19, 4 p XIV 126 L et 2 p. [*ἐν-δρομῖς*] apud Graecos utique calceamentorum genus esse videtur, non vestimentum athletarum ut his locis.] Iuv. 3, 103 Buech.: endromidem; 6, 246: endromidas. Tertull.<sup>4)</sup> de pallio 4: sicut vestigia cestuum viriis occupavit, ita et endromidis solocem aliqua multicia synthesi extrusit. — cf. Sidon. ep. 2, 2, 2: endromidatus.

*synthēsis*<sup>5)</sup>, is, f. IV 66, 4 p V 79, 2 p 6 p X 29, 4 p XIV 141 L; plur. II 46, 4 p XIV 1, 1 h. [*σύν-θεσις*]. Act. fr. Arval. anni 91 p. Chr. n. = CIL 6, 2068, 8: (in triclinio discumbentes) cum sintes(ibus) epulati sunt. Tert.<sup>6)</sup> pall. 4 (vd. supra).

<sup>1)2)</sup> non sunt in lexicis. — cf. Loewe, Prodrum. pg. 372 sq.

<sup>3)</sup> Cf. Lucretius 5, 515 Bernays: ut fluvios versare rotas atque austravidemus.

Praeterea conf. Vitruv. 10, 9 et quae de vocab. ‚austrum‘ disputavit Wolff, De Lucretii vocabulis singularibus, Halis 1878 pg. 14—16.

<sup>4)</sup> Omiserunt lexica.

<sup>5)</sup> cf. ‚synthesis‘ pg. 17.

<sup>6)</sup> Omiserunt lexica.

Scaev. dig. 34, 2, 38, 1: quaero an ex universa veste, id est an ex synthesi tunicas singulas et palliola Sempronia eligere possit etc. (synthesina Titin. com. 168 Ribb.<sup>2</sup>: tunicis sordidis, synthesinis<sup>1</sup>). Suet. Ner. 51: synthesinam indutus.)

*bombȳcina*, orum, n. VIII 68, 7 h XI 50, 5 h XIV 24, 1 h. (Plin. 24, 108; al.) Iuven. 6, 260: panniculus bombycinus. Ven. Fort. vit. S. Mart. 2, 86 h: bombycina, n. pl.

*gausāpinae* (scil. paenulae), f. VI 59, 2 p et 8 p. (Petron. 21.<sup>3</sup>)

*indon*, ōnis, f. IV 19, 12 p: sindōne Tyria.<sup>3</sup>) [σινδών, ὄνος.] Auson. eph. in parecb. v. 2 pg. 4 Sch.: et linream da sindonem. Vulg. iudic. 14, 12 et 13: sindones. prov. 31, 24. Isaia 3, 23. Marc. 14, 51. 52 et 16, 46. Matth. 27, 59. Luc. 23, 53. Nonius pg. 537, 19: plagae, grande linream tegmen quod nunc torale vel lectuariam syndonem dicimus. (cf. carbasus Lucr. 6, 109. al. — lina xylina Plin. 19, 14.)

*Tȳrianthina*<sup>4</sup>) urbica, n. pl. I 53, 5 h. [Tyq-t-árvnos non videtur Graeco loco exstare.] Vopisc. Carin. 20, 5: pallium tyrianthinum.

*ianthina*, orum, n. II 39, 1 h. (ianthina vestis Plin. 21, 27. al.)

*coccina*, orum, n. II 16, 2 p II 39, 1 h II 43, 8 p XIV 131. 1 h; coccinae (scil. lacernae), f. pl. IV 28, 2 q. — coccina aluta II 29, 8 p. (coccina gausapa Petr. 28, 4.) Iuven. 3, 283: coccina laena. Ven. Fort. carm. 8, 7, 12 p.

*amēthystinae* vestes I 96, 7 s; lanae amethystinae XIV 154 L. — amethystini trientes X 49, 1 q. [ἀμεθύστινος.] Iuv. 7. 136: amethystina, orum. Suet. Ner. 32: interdixisset usum amethystini ac Tyrii coloris. Prud. psych. 860 h: sardonychen pingunt amethystina. Ven. Fort.<sup>5</sup>) carm. 8, 3, 265 h et vit. S. Mart. 3, 470 h: amethystina vitta. Walahfr. Strab. 54 (p. l. aevi Carol. 2 pg. 401), 23 h: nec sic augustum decorant amethystina collum.

<sup>1</sup>) ,sint et dicis' codd., ,syntheticis' Ribb.<sup>1</sup> sec. Palmerium.

<sup>2</sup>) Cum ibi ,gausapia' traditum sit, vulgo ,gausapina' legitur; minus veri similiter Buech. ed. 3: gausapa.

<sup>3</sup>) XI 1, 2 h: ,sindone' Scriv., ,sidone' Schn., ,Sidone' Gilb., Friedl.

<sup>4</sup>) omis. index ed. Frdl.; cf. vol. 2 pg. 366.

<sup>5</sup>) omis. lexica.

*calläinae* lacernae XIV 139, 2 p. (callaini tali Plin. 8, 11; al.)

*präsina* synthesis<sup>1)</sup> X 29, 4 p. — prasinum flabellum III 2, 11 s. — prasinus (de factione circensi hoc colore vestita) [ 48, 23 h XI 33, 1 h 4 p XIII 78, 2 p XIV 131, 1 h. (Petron., lii.) Sidon. ep. 2, 10, 15 *φ*. Luxorius Anthol.<sup>2)</sup> 328 [= PLM 482], 1 h. Venant. Fort. 8, 7, 13 h. Anthol. 191 [= PLM 371], 5 h. Incerti Genesis (ed. Oehler post Tertull.) 59 h: räsīnus.

### Balneum. Palaestra. Theatrum.

*thermae*, arum, f. viciens quinquiens (10 h, 3 p, 8 *φ*, 4 s). Sen., Plin., alii.) Iuv. 7, 233. 8, 168. Paul. Nol. 10, 242. idon.<sup>3)</sup> carm. 22, 128. 180. 184 h; 23, 42. 498 *φ*. Anthol. 124 = PLM 4, 313], 3 h; 210 [= 389], 11 h; 211 [= 390], 1 h; 12 [= 391], 11 h; 213 [= 392], 7 h.

† *harpastum*, i, n. VII 67, 4 *φ*; plur. IV 19, 6 p VII 2, 10 p XIV 48 L. [ἀρπαστόν.] (cf. pila raptim ludere Nov. com. 3. — pila paganica XIV 45 L; paganica VII 32, 7 h XIV 45, 1 h. — follis: sexiēns. — trigon Lucil. fragm.<sup>4)</sup> (cf. Gundermann mus. Rhen. 41 a. 1886 pg. 632), Hor. sat. 1, 6, 126. Maralis ter.)

*haltēr*, ēris, m. XIV 49, 1 h; plur. VII 67, 6 *φ* XIV 49 L. [ἄλτιρες.] Schol. Iuv. 6, 421 (cum lassata gravi ceciderunt racchia massa): halteras dicit, quibus utuntur athletae cum kercent. (cf. Sen. ep. 15, 4: cum aliquo pondere manus motae. lem 56, 1: manus plumbo graves. Iuven. l. c. — manipuli ael. Aur. chron. 5, 2, 38: manipulos tenendos, quos palaestritae ἄλτιρας appellant.)

*hāphe*, es, f. VII 67, 5 *φ*. (Sen. ep. 57, 1.)

*amphithēatrum*, i, n. spect. 1, 7 h 2, 5 h 28, 9 h IX 68, 7 h. Plin., al.) Rutil. 1, 239 h. — cf. ‚amphitheatralis‘ in cap. alt. *cōmoedi*, orum, m. VI 6, 1 h VII 82, 2 p XIV 215, 1 h.

<sup>1)</sup> non ‚prasina toga‘, quae verba in ind. ed. Frdl. falso coniuncta sunt; toga Romanorum erat alba.

<sup>2)</sup> omis. lexica.

<sup>3)</sup> non est in lexicis.

<sup>4)</sup> addendum editionibus lexicisque.

(Cic. al.) Iuven. 6, 396; comoedus 3, 94; natio comoeda 3, 100. Sidon. carm. 23, 129 *q*: comoedus.

*sōphōs*, adverbium instar substantivi positum = acclamatio secunda I 3, 7 h I 49, 37 sen. I 66, 4 s I 76, 10 p III 46, 8 p VI 48, 1 h. (Petron. 40.) Sidon. epist. 9, 13 alt. carm. 108 <dim. troch.> et carm. 1, 4 p 5, 8 h 8, 10 p 23, 234 *q*. *sōfōs* Anthol. 3 [= PLM 5 pg. 110], 9 h.

### Varia.

*schōla*, ae, f. I 35, 2 *q* II 64, 7 h III 20, 8 s IV 61, 3 s. (Cic., al.) Ter. Maur. 302. Auson. 13 <edyll. 4>, 6 h 31, 15 h. Coripp. in Iust. 3, 158 h 4, 188 h.

*barbārisimus*, i, m. VI 17, 2 *q*. (Cornific., al.) cf. *soloeecismus* pg. 6 adn. 3.

*cōlossus*, i, m. spect. 2, 1 h I 70, 7 h VIII 60, 1 h; acc. colossou II 77, 3 h VIII 44, 7 s. (Sen. ep., alii.) Stat. silv. 1, 3, 51 h. Auson. 26, 2 <edyll. 11>, 70 h. CIL 8, 212, 82 h.

† *lygdos*<sup>1)</sup>, acc. -ou, f. VI 13, 3 h VI 42, 21 *q*. [*λίγδος*] (cf. Plin. 36, 62: *lygdinos* in Paro repertos. Iul. Val. 1, 4 ed. Car.<sup>2)</sup> Mueller: at vero horoscopus *lygdinus* erat. Isidor. orig. 16, 5 <de marmoribus>, 8: *Parius candoris eximii, Ligdinos cognomento*.)

*cosmīcos*<sup>3)</sup>, i, m. VII 41, 1 h; *cosmica*, orum, n. ibid. 2 p. [*κοσμικός*] Firmic. math. 2, 32 <pg. 43, 5>: *cosmica sidera*. (mundanus Cic. Tusc. 5, 108: *Socrates quidem*

<sup>1)</sup> Mirabili errore Klotzius et Saalfeld s. v. addunt: „Adiectivisch: Mart. 6, 13, 3 und 6, 42, 6 (sic) marmor *lygdon*.“ Georges falso *lydos*. — Cognomen virile <temp. Tib. imp.> Tac. ann. 4, 8. 10. 11: *Lygdus spado*. Mart. XI 41, 7; <puer exoletus> VI 39, 13; 45, 3 XI 73, 1 XII 71. (in mortuario Pompeiano) CIL 10, 8048, 15: *Lygdi*. 5, 3155: P. Aelio P. L. *Lygdomensori* . . . . *Lygdamo nepoti* . . .

<sup>2)</sup> Falso Teuffel RLG<sup>4</sup> 399, 1: „L. Müller“.

<sup>3)</sup> cf. tamen quae de vocabulo hoc Graece scribendo dixi pg. 7 in — Friedlaenderi interpretatio, qui dubitanter verbum a Cosmo unguentario deducit, reicienda maxime ob hanc rem videtur, quia isto modo interpretantibus distichi pentameter multo deteriorem sensum praebet, quam si dicere poetam statueris: <mundanum esse lausne an potius opprobrium sit incertum esse, nam> in mundo et mala et bona sunt.

**cum** rogaretur, cuiatem se esse diceret, ‚mundanum‘, inquit, totius enim mundi se incolam et civem arbitrabatur. — — **mundana** = mundus Chalcid. Tim. 251.)

*änälecta*, ae, m. VII 20, 17 s XIV 82, 2 p. (Sen. ep. 27, 6.)

*draucus*<sup>1)</sup>, i, m. IX 27, 10 s XI 72, 1 *φ* XIV 48, 1 h; plur. I 96, 12 s VII 67, 5 *φ*. [*δραῦκος* Saalfeld: „von *δραῦν* (Ggstz. pathicus von *παθεῖν*)“<sup>4</sup>; ex Graecis scriptoribus non adfertur.] (cf. tribas [*τριβάς*], f. Phaedr. 4, 16, 1. Martialis ter.)

*zēlotypus*, a, um I 92, 13 h. (Petron., al.) Iuv. 5, 45. 6, 278. Auson. epigr. 9, 1 h. (eodem semper versus loco.)

*pragmäticus*, i, m. XII 72, 6 p. (Cic., al.) Iuv. 7, 123.

*proxēnēta* (ae, m.) Vatiniorum fractorum X 3, 4 s. (Sen. ep. 119, 1. Dig.)

*cätaplus* Niliacus XII 74, 1 h. (Cic. p. Rab. Post. 14, 40: **cataplus**<sup>2)</sup> ille Puteolanus. Sidon. ep. 6, 8, 1 et 7, 7, 1.) Auson. 19 (ordo urb. nob.), 127 h. Anthol. 910, 67 h: Lagaea **cataplus**. (utroque loco in clausula ut apud Mart.)

*celeuma*, atis, n. III 67, 4 *φ*: lentos tingitis ad celeuma remos; IV 64, 21 *φ*: nauticum celeuma. [*κέλευμα* rarius quam *κέλευμα*.] Vulg. Ierem. 25, 30: celeuma quasi calcantium concinetur adversus omnes habitatores terrae. ibid. 48, 33: nequam calcator uvae solitum celeuma cantabit. ibid. 51, 14: super te celeuma cantabitur. Rutil. Nam. 1, 369: his mecum pigri solabar taedia venti, dum resonat variis vile celeuma modis. Sidon. ep. 2, 10, 27 *φ*: amnicum celeuma; ep. 8, 12, 5<sup>3)</sup>: hic tuas laudes modificato celeumate simul inter transtra remiges, gubernatores inter apustria canent. Ps.-Asconius ad Cic. div. in Caecil. 55 m.: cani remigibus celeuma solebat et per assam vocem, id est, ore prolatam, et, ut in Argo

<sup>1)</sup> Cognomen muliebri Drauca in ‚vico del lupanare‘ Pompeis CIL 4, 2193. — Orell 5002. — CIL 14, 158/9 (Ostiae): Corneliam Draucen. — CIL 7, 1336, 436 (Londinii): DRAVCVSF.

<sup>2)</sup> Sic Kayser et C. F. W. Mueller secundum Lambinum; ‚artata plus‘, ‚arcata plus‘ codd. — — cf. CIL 6, 12615: L. Atilius Cataplus. 10, 8068, 3 et 4: Cataplus (libertus) et Limen (filius). 14, 2675: M. Anius Cataplus.

<sup>3)</sup> omis. lexica.

navi, per citharam. Ven. Fort. carm. 8, 19, 6 p: quando  
(nauta) celeuma canit. idem vit. S. Mart. 4, 423 h: atque petens  
portum vada complet nauta celeumā. Vita S. Galli (p. l. aevi  
Carol. 2 pg. 406) 682 h: non cessat sanctum Gallus cantare ce-  
leuma. Gesta Apollonii (ibid. 2 pg. 490) 207 h: ac nautae laeti  
fuerant celeuma secuti. Thom. thes. pg. 138 a: celeuma, cla-  
mor nauticus.

(Lucan. 2, 688: ne litora clamor | nauticus exagitet. — cf.  
modi Sen. ep. 56, 5: pausarius (= κελουσιγῆς) voce acerbissima  
remigibus modos dans.)

† *trōpis*, acc. -in, f. XII 82, 11 h: feret ipse tropin de  
faece lagonae.<sup>1)</sup> [τρώπις carina; metaph. = fundamentum.] (cf. usus  
metaphoricus vocab. ‚sentina‘.)

*condylus*<sup>2)</sup>, i, m. V 78, 30 p: parvi tibia condyli. [κρί-  
δυλος.] (metaphorice hoc loco pro harundinis geniculo dictum:  
sensu autem proprio) Mart. Cap. 1, 88: complicatisque in con-  
dylos digitis. Paul. ex Festo 38, 14: condulus anulus. Thomae  
thes. pg. 143 a: condylus, nodus.

(†) *trāgus*<sup>3)</sup>, i, m. = foetor caprinus alarum XI 22, 7 h.  
[τράγος.] (caper Catull. 69, 6 p: (tibi fertur) valle sub alarum  
trux habitare caper. Ovid. a. am. 3, 193 h: ne trux caper iret  
in alas. — hircus Horat. epod. 12, 5 h: gravis hirsutis cubet  
hircus in alis. — apud Mart. nec ‚hircus‘ nec ‚caper‘ eo sensu, at  
‚hircosus‘.)

*gēlāsīnus*, i, m. VII 25, 6 p: nec grata est facies, cui  
gelasinus abest. [γελασίνος.] ‚gelasinos<sup>4)</sup> tuos‘ legendum esse  
censeo in inscr. Capuana CIL 10, 4483 („in CEIASINOS quid  
lateat, nescio“ Mommsen).

<sup>1)</sup> Friedl.: ‚Worin hier die Dienstleistung besteht, ist nicht klar.‘ Equi-  
dem sic intellego, Menogenem ipsum ei, quem adulatur, etiam faecem (cf. Hor.  
a. p. 277. Ov. a. am. 3, 211) imam (i. e. eximiam) apportare ad illinendam  
faciem. Scilicet in thermis balneisque omnis praesto erat talis apparatus.

<sup>2)</sup> Condylus, nomen propr. IX 98, 2 p.

<sup>3)</sup> Omittere vocabulum nolimus, quamquam iam Ovidius habet halient.  
112; translatum autem apud hunc nomen quadrupedis in piscem est, sicut  
(apud Plin.) alopes, hippos, asellus, lepus, lupus (Ovid., Mart. XIII 89).

<sup>4)</sup> = sulculos qui sunt in natibus, vd. lexica Graeca; cf. ibidem DICTI  
pro ‚digiti‘ scriptum. — Cognomen Gelasinus CIL 2, 1742. 9, 6083. 4  
10, 3063; 2852. 14, 936. Gelasina 14, 1911.



*orthōpŷgĭum* anatis macrae III 93, 12 s. [ὄρθο-πύγιον, saepius ὄρρο-πύγιον.] spurio loco Apul. met. pg. 930 Hild.

*rhonchi*<sup>1)</sup>, orum, m. III 82, 30 s; metonymice = superbia I 3, 5 h IV 86, 7 φ. [ῥόγγος rarius quam ῥέγγος.] Apul. met. 1, 9 m.: cauponem — — deformavit in ranam, et nunc senex ille — — adventores pristinos — — officiosis ronchis (= Quaken) raucus appellat. — cf. rhonchisonus Sid. carm. 3, 8 p. rhonchare<sup>2)</sup> id. epist. 1, 6, 3.

*poppysmāta* (n. pl.) fatui cunni VII 18, 11 h. [πόπυσμα.] Iuven. 6, 584: frontemque manumque | praebebit vati crebrum poppysma roganti. (poppysmi [ποπυσμῶς] Plin. 28, 25: fulgebras poppysmis adorare consensus gentium est.)

*stigma*, ātis, n. XII 61, 11 φ; plur. VI 64, 26 h X 56, 6 p XI 84, 13 h. (Vitruv., Sen., al.) Iuven. 10, 183. Anson.<sup>3)</sup> 20, 13 h: priorum stigmata vatū. Damas. carm. 7, 22 h. Alc. Avitus 3, 9 h. Ven. Fort. vit. S. Mart. 2, 232 h. Anthol. 772, 7 h.

*symplegma*, atis, n. XII 43, 8 φ. (Plin., al.)

*aenigma* Thebanum I 90, 9 h. (Cic., alii.) Iuv. 8, 50 h. Anson. 26, 2, 38 h et epist. 4, 72 dim. Prud. apoth. 331 h: ἔνigmata<sup>4)</sup>. perist. 2, 118 et cath. 10, 136: aenigmata. Ven. Fort.<sup>5)</sup> vit. S. Mart. 2, 394 h.

*sōtērĭa*, orum, n. = dona revalescenti data XII 56, 3 h. [σοτήριος.] Stat. silv. 1, 4 L: soteria Rutillii Gallici. —<sup>6)</sup>

*xēnĭa*, orum, n. XIII 3, 1 h. (Vitruv., alii.) Alcuin 1 (p. l. aevi Car. 1 pg. 171), 56 h: ast indigna vident tantis exēnia<sup>7)</sup> votis. Walahfr. Strab. 11 (ibid. 2 pg. 359), 7 h: xēnia sed mundas tantum pascentia mentes.

<sup>1)</sup> Singularis '(h)onchus' e lexicis Latinis removendus est.

<sup>2)</sup> cf. Groeber, Vulgärlat. Substr., in Woelffl. Arch. 5 a. 1888 pg. 239: rōncare.

<sup>3)</sup> non est in lexicis.

<sup>4)</sup> cf. L. Mueller d. r. m. pg. 358 m.

<sup>5)</sup> omiserunt lexica.

<sup>6)</sup> Cognomen Soteria, ae CIL 3, 2268. ὁ, 88; 131. 9, 91; 319. 12, 797; 4197; 5070.

<sup>7)</sup> haec forma, quam Paucker ex Augustino et P. Diac. vit. Gregor. lexicis Latinis addidit, invenitur etiam in Thom. thes. pg. 628 et in codicibus Martialis TN in inscriptione libri XIII.

† *trōpā* (ex emend. Brodae) ludit IV 14, 9 *φ.* [τρόπα. cf. adnot. Friedl.]

*triētēris*, idis, f. = triennium VI 38, 1 h VII 96, 3 h IX 84, 9 h X 53, 3 h: trieteride (semper in quinta sede). (Trieterides (scil. *ἐορταί*) Cic. n. d. 2, 58 Muell.) trieteris (*ἐορτή*) Stat. Theb. 4, 722 h 7, 93 h; = triennium silv. 2, 6, 72 h. Auson. Caes. 2, 7 h. Sidon. ep. 2, 8, 13 *φ.* Anthol. 671 [= PLM 5 pg. 89], 125 h.

\* *parazonium*, i, n. XIV 32 L. [Gloss. Graeco-Latinae pg. 394, 38: παραζώνιος μάχαιρα, haec sica.] Gloss. Amplon. pg. 361, 163: parezonium, cingulum (lege: parazonium, cingulum). — Hoc tamen loco 'parazonium' nou plane idem esse atque pugionem et ex epigrammate ipso apparet (cf. Frdl.) et ea re quod proximum (33) munus, quo minus pretium repraesentatur, est pugio.

Ad haec appellativa Graeca adiciantur

#### adiectiva

#### a nominibus propriis derivata Graecanica,

quorum prorsus alia est condicio. Ut enim illa, quo elatior sermo erat, tanto magis repudiata esse supra vidimus, ita adiectiva haec Graecanica potissimum terebantur ab epicis, tragicis, lyricis poetis, quippe qui cum argumentis ipsis et nominibus deorum, heroum, hominum, locorum etiam adiectiva eorum nominum a Graecis auctoribus recepissent, accommodatis aliquatenus ad os Latinum vocalibus. — Consentaneum argumentis carminum est Valerium Flaccum et Statium epicos (in eo genere) formis a superiore poesi receptis multo plura addidisse quam Martialem aequalem epigrammaticum; id quod iam singillatim persequemur.

Fiebant illo modo e suffixis Graecis his: 1) *αἰος* 2) *ῥιος* 3) *ιχός* 4) *εος* 5) *ιος* 6) *ειος* 7) *ιαχός* 8) *ος* 9) *ηρός* 10) *ἴρος* 11) *ἰς ἴδος* 12) *ιάς ἰάδος* apud Latinos haec:

1) *-aeus*. Eius modi Flaccus quidem tria nova posuit: Cŷtaeus, Draŋcaeus, Nēphēlaeus; Statius haec quinque: Alal-

omēnaeus, Ātālantaeus, Ĕrīphŷlaeus, Ītōnaei, Pyrrhaeus. Martialis (receptis viginti) nullum addidit, nec plus novavit suffixo

2) -ēius,<sup>1)</sup> quo formata adiectiva a prioribus poetis recepit duo. Flaccus quattuor haec nova: Boebēius, Crēthēus, Dōlōpēius, Pāgāsēius; Statius sex habet: Cāpānēius, Chārōnēius, Mēgārēius, Mŷcālēius, Pēlēius (cum Silio), Sīpŷlēius; idem Latino nomine (Tībērīūs) ad Graecorum nominum exemplum metri necessitate unus finxit: Tībērēiā aula.

3) -īeus, quod suffixum Graecis cum Latinis commune est, cf. cap. alt. Graeca duo novavit Statius: Tēgēātīcus, Centaurīcus; Martialis pro Ovidii 'Mithridātēus' posuit hendecasyllabo idoneum *Mithridātīcum* bellum VI 19, 5 q. (Cic., al.) Sidon.<sup>2)</sup> carm. 9, 257 q: Mithridaticus triumphus; 22, 164 h: Mithridaticus miles.

#### 4) -ūs.

De his adiectivis ob causas plures uberius disserendum est, quamquam nec Flaccus nec Statius nec Martialis novum praebet.

Primum secernamus<sup>3)</sup> ab eis diligenter nomina in εὐς<sup>4)</sup> cadentia substantiva, ut Pentheus, Orpheus, Thēseus, Pānōpēus, Cāphēreus, Tŷphōeus, itemque epitheta masculina (substantiva) a locis suffixo εὐς derivata, ut apud Horatium Pātārēius Apollo,

<sup>1)</sup> Suffixi Graeci -ēius semper trisyllabi eos tantum casus ponere dactylicis licebat, qui brevem faciebant syllabam finalem. Contra in Latinis nominibus (subst. et adiectivis, ut Nannēius, Pompēius, Saufēius, Tarpēius etc.) suffixum semper disyllabum est. Ad horum exemplum Valerius Flaccus Colchi alicuius nomen usurpavit 5, 582: Carmēiūs ait.

<sup>2)</sup> Omiserunt lexica.

<sup>3)</sup> Confuderunt terminationes -εὐς et -ūs, ēa, ēum editores Val. Flacci C. Schenkl (1871) et Aem. Baehrens (1875), qui ex versu 7, 301 (saevus Echioniā ceu Penthēā Bacchus in aulā) in indicibus praebent: Penthea aula.

<sup>4)</sup> Th. Birt, Über die Vocalverbindung eu im Lateinischen, in mus. Rhen. 34 a. 1879 pg. 1 sqq., imprimis pg. 13 sqq., docuit Latinis diphthongum eu aversantibus etiam poetas dactylicos saepissime, ubi ictus diphthongum non feriret, diaeresis facultatem dedisse, eo quod dedita opera vocabulum a vocali incipiens sequeretur. Itaque verbi causa pronuntiabant (Ov. met. 13, 683 sq.): Alcon | Hŷlēūs ét longo . . . ; quin etiam alicubi metro diaeresis postulabatur, ut Culicis 117 h in fine: . . . Órphēūs Hébrum, et Phaedr. 5, 1, 1 sen.: Demétrius qui dictus est Phalérēūs (pro Φαλήρεὺς). Tanto magis cavendum est, ne epitheta in -eus (εὐς) ut Hŷlēus, Sinópeus, Phalérēus habeantur pro adiectivis in -ūs, ēa, ēum (= εὐς, εἴη, εὐρ).

candide Bássarēū, apud Ovidium Nýseūs<sup>1)</sup>, Sinópeus (in clausula trisyll.), Alcon Hýleus; quorum genitivos (ut Orphēi<sup>2)</sup>, Íliōnēi) et dativos ablativosque (Orphēō) et in clausula accusativos (Typhōēā, Orphēā) dactylici quidem poetae usurpare nequibant nisi per synizesin.

Quam difficultatem dactylici feliciter effugerunt in adiectivis exeuntibus in -ēus, ēa, ěum. Mutuati enim quae Graecis poetis erant<sup>3)</sup> (in εος, ές, εov) posuerunt: Cýānēus, Hectōrēus, Hýperbōrēus, Nestōrēus, Tantalēus, finxeruntque ad horum normam. quia plurimis casibus ad metrum dactylicum bene quadrabant. non solum haec: Aesārēus, Aeschýlēus, Agēnōrēus, Āminnēus<sup>4)</sup>, Antēnōrēus, Bosphōrēus, Caucāsēus, Cerbērēus, Eugānēus, Gorgōnēus, Mentōrēus, Mimallōnēus, Pégāsēus, Pergāmēus, Phásidēus<sup>5)</sup>, Taenārēus<sup>6)</sup>, Tartārēus, (Tyndārēus), sed etiam a Latinis nominibus: Apollīnēus, Caesārēus, Cupīdīnēus, Hercūlēus, Poenīcēus vel Pūnicēus, Rōmūlēus.

Ergo quoniam metri dactylici causa in his adiectivis omnibus<sup>7)</sup> trochaeus terminationem -ēus antece-

<sup>1)</sup> Errore metrico ‚Nysēus‘ Klotzius.

<sup>2)</sup> Graecus in -ēōs genitivus dactylis habilior nondum a Vergilio positus est, at in Culicis v. 269 (Orphēōs), apud Ovidium, alios; Martialis in re metrica severus hunc solum sumpsit (Tērēōs, Pēlēōs); prorsus enim syuizesin in eo genere vitavit, cf. pro dativo nominis ‚Eurystheus‘ IX 65, 5 h: Argolicu tyranno; contra Vergilii Aen. 8, 292 (ablativus): rege sub Eúrysthēō.

<sup>3)</sup> Onomastico quidem Papei (ed. 3 Benseler) si credimus, apud Graecos ex eisdem adiectivis quinque tantum illa servata sunt.

<sup>4)</sup> Sic Ausonius, at Vergilius alia totius vocabuli mensura Āminēus vel Āminnēus.

<sup>5)</sup> Non est in lexicis; legit sic Riese in Ovid. rem. am. 261.

<sup>6)</sup> Sic Propertius (ed. Baehrens); etiam apud Valerium Flaccum haec forma e codicibus revocari potest.

<sup>7)</sup> Collegi illa ex nominibus Catulli, Vergilii, Horatii, Tibulli, Propertii, Ovidii, Persii, Lucani, Petronii poēt., Calpurnii, Valerii Flacci, Statii, Martialis (qui a prioribus recepit quindecim), Iuvenalis, Ausonii, Sidonii, denique Anthologiae Rieseī. Duo adiectiva, quae sola ei legi obstare videntur, legem adeo non infringunt, ut potius confirment; sunt enim etiam aliunde suspecta: 1) Typhōēa tela Verg. Aen. 1, 665 Ribb. et codd.; at ‚Typhōia‘ Haupt (1873) suo iure, nam iam Servius testis est hanc lectionem aequae vetustam esse. — 2) Caphārēa saxa Prop. 4, 6, 39 Muell. = 3, 7, 39 Baehrens; at quod in cod. V manus altera ‚capharia‘ correxit, subtilius est, quam quod nullo codice

dit<sup>1)</sup>, falsum est, quod novissimi editores dederunt X 42, 3 h XIII 24 L et 1 h: *Cýdōnēa* (māla), pro Schneidewini ‚Cydōniā‘<sup>2)</sup>.

5) -īus.

Suffixo hoc omnium frequentissimo novata apud Valerium Flaccum occurrunt haec: Aeētius, Aesēpius, Ātrācius, Dōliōnīus<sup>3)</sup>, Electrīus, Hýpērīōnīus; apud Statium undecim: Abantiūs, Aepýtius, Anthēdōnīus, Asōpius<sup>4)</sup> Th. 7, 723, Ithācēsīus (cum Silio), Labdācius, Līcymnīus, Mēlēagrius, Palae-mōnīus, Phāēthontīus (cum Silio), Sangārius, Teumēsīus. Martialis nova tantummodo tria habet:

*Arsācia* aula IX 35, 3 h. [Arsāces, Ἀρσάκιος adiect.] (Claudian. carm. 8, 216 h: Arsacium os. Sidon. carm. 2, 450 h: Arsaciae domus.

† *Hēlicāōniā* regio XIV 152, 2 p. [Helicaon X 93, 1.]

† *Lampsāciūs* versus XI 16, 3 h; Lampsaciae puellae XI 51, 2 q. [Lampsacus.] (Lampsācēni [Λαμψακηνός] Cic. Verr. 1, 63. Lampsacena urbs Val. Max. 7, 3, ext. 4.)

adhibito correctum videatur, ac re vera quibusdam locis ea manus altera geminum sola exhibet; cf. C. Weber, De auctoritate codd. Propert. (progr. Hagen. 1887) pg. 12 sq.

<sup>1)</sup> Prorsus alia erat causa adiectivorum in -īus = *ιος*, quae innumera-bilia a Graecis iam formata non erat cur Latini poetae dactylici repudiarent idoneis formis casibusque, ut Āchēlōiā cornua, Phāēthōntīā fabula; Sangāri-usque puer, Palaēmōnīō Lechaeo). In -ēus = *εως* adiectiva ea dactylis ac-commodabantur, quae aut longam syllabam aut duas breves ante suffixum exhibent (Phāēthōntēus, Pēlōpēus). Ergo in nomine eodem et -ēus et -īus, in altero et -īus et -ēus comparere possunt, non possunt et -ēus et -ēus in eodem apud dactylicos. De qua re falso Georges aliique iudicant s. v. Aeschylēus, Capharēus.

<sup>2)</sup> XIII 24 codd. fere omnes: Cydonea, at X 42 omnes praeter TX: Cydonia. Atque ex eis quas exposui legibus postulat forma aut Cydōnēus (sic Ov., Sil., Stat.) aut Cydōnīus (sic Verg., Hor., Prop., Calp., Anthol.). Plinii ‚Cydoneus‘ a Gilberto (in edit. Frdl. vol. 1 pg. 115) allatum neque quomodo dimetiendum (-ēus an -ēus) sit scitur neque cum poeticis exemplis coniun-gendum est.

<sup>3)</sup> Falso Georges: Dōliōnīus.

<sup>4)</sup> Non est in lexicis.

## 6) -ēus.

Terminatio haec, quae apud dactylicos nominibus eiusdem mensurae applicatur atque -aeus, -ēius, (-ēnus), apparet in adiectivis a Flacco novatis duobus: Lāgēus, Thŷnēus, a Statio novem: Adrastēus, Cāpānēus, Cenchrēus, Cīnŷrēus, Clŷmēnus, Dicarchēus (Sil.), Eurysthēus, Mēnoecēus, Phōrōnēus. A Latinis nominibus poeta unus quantum vidi Statius non dubitavit ad Graecam normam derivare Mārōnēus<sup>1)</sup> et Nērōnēus (cf. supra eiusdem ,Tībērēus<sup>2)</sup>).

Martialis receptis a prioribus poetis viginti adiectivis unum de ,Ianthis<sup>3)</sup> (Ianthidōs VII 15, 1, Ianthida VI 21, 1), quod nomen ipse excogitaverat pro Violantilla, (non ut debuit ,Ianthideus<sup>4)</sup>, sed metri causa quasi esset nominativus ,Ianthē<sup>5)</sup>) derivasse putatur ab editoribus:

† *Īanthēac*<sup>3)</sup> Stella sititor aquae XII 3, 12 p.

## 7) -iācus.

Longae adnexum syllabae a doctis poetis Romanis ad dactylos efficiendos libenter usurpatur. Itaque Flaccus novavit Thespiacus<sup>6)</sup>, Statius (recepto hoc et decem praeterea): Amphrŷsiacus, Byzantiacus, Caspiacus, Isthmiacus (cum Silio), Lemniacus (cum Martiale), Sestiacus, Telphŷsiacus; Martialis (receptis sex) nova haec addidit:

*Lemniācae* catenae V 7, 7 h. [Lemnos]. Stat. Theb. 3. 274 h: Lemniacae catenae; silv. 3, 1, 132 h: antra Lemniaca. Sidon.<sup>4)</sup> carm. 11, 33 h et 23, 290 g: Lemniacae catenae. (Lemnius [*Λήμιος*] Plaut., cett.; Lemnia vincula Stat. silv. 1. 2, 60 et alibi sexiens. — Lemnias [*Λήμιός*], ādis Ovid., Stat. plur. Anthol.<sup>5)</sup> 65 [= PLM 4, 253], 1 h 2 p. — Lemniensis Plaut.)

<sup>1)</sup> Quod apud Tibull. (et Plin. maiorem) legitur Mārōnēus, a Thracica urbe *Μαρόνεια* derivatum est. — Statio videlicet auctore Vomanus in Anthol. 514, 2 p: Mārōnēum ingenium. (omiserunt lexica).

<sup>2)</sup> siquidem suffixa stirpi in casibus obliquis integrae adnectuntur, cf. Atlas Atlantēus, Athamantēus, Phāsis Phāsīdēus pg. 28, Thētis Thētīdēus etc.

<sup>3)</sup> ex emendatione Scriverii; ,Yantheae<sup>6)</sup> P ,Yanteae<sup>6)</sup> B; ,Hyanteae<sup>6)</sup> ceteri codd. et vulgata ante Schneidewinum lectio, quam etiam nunc lexica praebent. Itaque (vd. adn. praeced.) ipse quoque a codicibus recedere vereor.

<sup>4)</sup> <sup>5)</sup> Omiserunt lexica.

† *Maurūsīācus* citrus XII 66, 6 p. [Maurusia]. (Maurusius Verg., alii. — Maurus Horat., alii, Martialis quater. — Maurīcus<sup>1)</sup> Coripp. Iohann. 2, 137.)

## 8) -us.

Hoc modo interdum finguntur adiectiva nominum ipsorum quoque in -us (-os) vel in -a (-a, -a) exentium. Ita a Flacco: Ācēsīna agmina [Acesinus, flumen Sarmatiae], a Statio: Inācha pubes [Inachus]; a Martiale, si recte emendatum est:

† *Mīnŷus* XI 99, 6 p: et Minyas<sup>2)</sup> intrant Cyaneasque nates. (cf. adn. Frdl.) [Minyae = Argonautae Ov., Lucan., Val. Flaccus.] (Mīnŷēus Ov. met. 4, 389. cf. apud eundem Mīnŷēias, ādis (= filia Minyae) et Mīnŷēides, um; Minyas, acc. -ada (herba) Plin. 24, 157.)

† *Mŷrinus* IX 42, 1 p: campis dives Apollo sic Myrinis<sup>3)</sup> — fruare. [Myrina; cf. adn. Frdl.]

## 9) -ēnus et 10) -īnus.

Suffixis his non frequentibus novavit Flaccus: Tībīsēna ostia; (Stattius ab Ovidio recepit: Abŷdēnus); Martialis in choliambis:

*Dāmascēnus* V 18, 3 s: senibus cum Damāscēnis (scil. prunis). (Plin., al.)

† *Phālāntīnus*<sup>4)</sup> Galaesus V 37, 2 s. [Phalantus conditor Tarenti.] (Phalantēum Tarentum Sil. 11, 16 h.)

## 10) -is (īdis vel idos) et 11) -īas (īadis vel iādos).

Terminatione utraque (a virorum aut locorum nominibus) derivata substantiva feminina huc non pertinerent, nisi a poetis rebus inanibus adiectivorum instar saepe attributa essent. Nova eiusmodi apud Flaccum sunt: Aeētis, Messēides undae; apud

<sup>1)</sup> At (L. Iunius) Maurīcus (in lexicis [praeter Quich.] non notatum) Mart. V 28, 5 s; Maurīcius Ven. Fort. carm. 2, 14, 5 h.

<sup>2)</sup> Sic vetere emendatione pro codicum ,nimias'; ,minias' Q, Koestlin.

<sup>3)</sup> Sic Gilb., Frdl.; ,marinis' Scalig., Schneidewin; ,semurinis', ,sic murinus' etc. codd.; ,Myrines' Buecheler. — — Myrinus, cogn. CIL 10, 1403 g 1, 30. Myrina 3, 5389.

<sup>4)</sup> cf. Ērŷcīnus, Euēnīnus etc.

Stadium: Bacchēis Ephyre, Eubōis tellus, ora, Hōmōlōides ingentes (portae), Mārāthōnis quercus, silva, Scūrēides, Tithōnis; apud eundem: Ērŷmanthiādes nymphae, Sēstias; apud Martialem:

*Castālis* (unda) IX 18, 8<sup>1)</sup> p; Castālides sorores IV 14, 1 q. [*Κασταλίδες*.] Sidon.<sup>2)</sup> carm. 1, 9 h: Castalidum chorus; 2, 314 h: Castalides. (Castalia umbra Lygd. 1, 16 p. arbor Prop. 4, 2, 13 h. aqua Ov. am. 1, 15, 36 p et Mart. VII 22, 4 p; domus VIII 66, 5 q. Castaliae guttae Col. 10, 267 h.)

*Delphis*<sup>3)</sup> tua IX 42, 4 q. [*Δελφίς*.] Lact. 1, 6, 7: Delphidis; ibid. 1, 6, 9 et inst. epit. 5, 1: Delphida. (Delphica, ae XII 66, 7 et apud posteros (cf. Marquardt, Privatleben 310) mensae genus significat, quod 'mensae Delphicae' dicit Cic. Verr. 2, 4, 59.)

† *Permessis* I 76, 11 h: Permesside nuda; VIII 70. 3 h: sacram Permessida. [*Περμησσίς*.] (Permessius fons Claud. laud. Seren. 8.)

<sup>1)</sup> Locus omissus in indice edit. Frdl.

<sup>2)</sup> Omiserunt lexica.

<sup>3)</sup> Delphis, cogn. CIL 2, 2289. 5, 7044. 9, 706; 3330; 4694. 10, 6770. Delpis 9, 3325.



## Caput II.

# VOCABULA LATINA.

---

## I. Substantiva simplicia.<sup>1)</sup>

### A. Substantiva derivata.

exeuntia 1) in **-tor** <-sor> et **-trix**.

His terminationibus substantiva cum omnibus Latinae linguae temporibus et in poetica et in prosa oratione nova sunt formata, tum a recentioribus et recentissimis scriptoribus omnium plurima; cf. Paucker in ‚Materialien zur latein. Wörterbildungsgeschichte‘ Berolini 1884 pg. 28 sq.<sup>2)</sup> Valerius quidem Flaccus novavit fortasse haec sex: frenator, mugitor, pulsator, gestatrix, memoratrix, sociatrix; Statius haec octo: nutritor (cum Martiale), reparator, rotator, temerator, populatrix (cum Martiale), praedatrix, simulatrix, turbatrix. Ex Silio Paucker l. c. (pg. 2 huius libelli) nova non indicavit, ex Iuvenale: secutor.

Etiam Martialis non pauca huius generis videtur novavisse; sunt enim apud eum 15 nomina, quorum antea neque masculina neque feminina forma exstabat; accedunt sex, quorum ad priorem formam in **-tor** aut **-trix** alteram in **-trix** aut **-tor** adiecit; de-

---

<sup>1)</sup> Inter simplicia nomina et verba nimirum ea quoque rettulimus, quae a compositis vocabulis derivata, non ipsa compositione orta sunt; itemque inter Latina, quae a Graecis nominibus ducta sunt suffixis Latinis.

<sup>2)</sup> Omnia in **-tor** et **-trix** exeuntia habes collecta ab eodem in ‚Meletemat. lexistor. alt.‘ parte I (Dorpati 1875) pg. 52—65. — Praeterea cf. Henricus Ploen, De copiae verborum differentiis inter varia poesis Rom. antiquioris genera intercedentibus (Dissert. Argent. vol. 7 a. 1882) pg. 42, de quo libello et doctissime et sollertissime scripto non recte indicavit Guilelmus Deecke in Bursiani ‚Jahresbericht‘ 32 a. 1884 pg. 334 sq.

nique 12, quae inter poetas videtur primus posuisse. Haec 33 vocabula ita singulis metris continentur:

| insunt in | h  | p  | φ | s  | sen. |
|-----------|----|----|---|----|------|
| generis a | 6  | 7  | 2 | 6  | 1    |
| generis b | 6  | 5  | 4 | 4  |      |
| amborum   | 12 | 12 | 6 | 10 | 1    |

Ergo in iambicis versibus numerus circiter quattuor partibus maior est, quam qui ex dactylicorum comparatione expectatur; hendecasyllabi autem numero novorum vocabulorum cum dactylicis congruunt.

*bāsīator* XI 98, 13. 16. 19 s; plur. ibid. 1 s. [.,basiare, basiatio' Catullus novaverat.] Glossae nominum pg. 569, 33: basiator, amator, osculator. Gloss. Graeco-Lat. pg. 471, 31: φιλητής, basiator, amator.

*calcūlator* X 62, 4 s. [calculare Chalcid., Prud., al.] Edict. Diocl. 7, 67 (= CIL 3 pg. 801). Rufin. Origen. in num. hom. 27, 12. Ulpian. dig. 38, 1, 7, 5. Modestin. dig. 27, 1, 15, 5: καλκουλάτορας, οὗς διαψημιστὰς λέγομεν. Isidor. orig. 10, 43. Ps.-Acro Hor. sat. 1, 6, 72. CIL 5, 3384. 14, 472. Gloss. nomenclinum pg. 572, 8: calculator, computator. Thomae thes. pg. 149b: calculator, numerator. — — calculatrix Beda de mundo const. tom. 1 pg. 403. (calcūlo, onis Fest. breviar. 1 Wagener. Augustin. ord. 2, 12, 35. Anthol. 96 [= PLM 4, 284], 1 h. — ratiocinator Cic. ad Att., al.)

† *cēlēbrator* VIII 78, 3 h: Hyperborei celebrator Stella triumphii.

*conturbator*<sup>1)</sup> aper VII 27, 10 p; conturbator macellus X 96, 9 h. — subst.: Ps.-Quintil. declam. tribun. Marian. 6 ex. Hegesippus 4, 4, 1. Facund. defens. trium capitulorum 4, 1 et 12, 5 (Mignei patrol. Lat. tom. 67): Ecclesiae conturbatores.

*grātūlator*<sup>2)</sup> X 74, 1 s. Augustin. in Ioannis ep. ad Parthos tract. 8, 9.

*invītator* IX 91, 2 p. Tertull. ad Marc. 4, 25 ex. Chal-

<sup>1)</sup> Exempla huiusmodi (adiectivi) usus plurima collegit Neue, Formel. 2<sup>a</sup> pg. 35 sqq.

<sup>2)</sup> Spurio loco Cic. de fin. 2, 108 Mueller.

d. Tim. 17 A. Hieron. in Matth. 1, 9, 13. Augustin. ad Doct. 20. Salvian. gub. dei 1, 36. Sidon. ep. 9, 13, 4. Cod. Just. 12, 59 (60), 10, 5. CIL 6, 8857—8862. Gloss. Graeco-Lat. pg. 350, 51: *κλήτωρ*, invitator. — — invitatrix Symmach. ep. 1, 59 in.: hortatio invitatrix religionis. Cassiod. var. 11, 38: invitatrix pulchritudo chartarum. (vöcator Sen. de ira 3, 37, ii; Mart. VII 86, 11 *φ*.)

*malleator* palucis Hispanae XII 57, 9 s. [malleatus<sup>1</sup>], a, m Col., alii.] Vulg. genes. 4, 22; Iob 41, 15. Hieron. Orig. in Jerem. hom. 3, 1: quotiescunque in tentationem incideris, scito malleum diabolum esse, et malleatorem eum, per quem te zulus insequitur. Orell. inscr. 3229: malleatores. Gloss. Graeco-Lat. pg. 449, 52: *σφυροκόπος*, malleator. Thomae thes. pg. 366 b: malleator, cum malleo percutiens.

† *masturbator* XIV 203, 2 p. [masturbare, vd. infra.] ? mascarpio<sup>2</sup>) Petron. 134.)

*plorator* vernula XIV 54, 1 h. Vulg. sap. 18, 10: flebilis adiebatur plactus ploratorum infantium. (lamentator CIL 8, 519, 14 h. al.)

† *ructatrix* mentha<sup>3</sup>) X 48, 10 p.

*sciscitator* urinae III 82, 16 s. Auson.<sup>4</sup>) 8, 5, 21: quid te oneras sciscitator? Amm. Marcell. 22, 16, 16: Herodianus stium minutissimus sciscitator. Prud. cath. 7, 193 sen.: exorat arte sciscitator callida. Gloss. Graeco-Lat. pg. 471, 48: *ελοπεύστης*, sciscitator. (inquisitor Cic., alii. — investigator Cic., alii. — scrutator Lucan. 4, 298, alii.)

*mōtor* cunarum fueras mearum XI 39, 1 h. Gromat. vet. p. 351, 4: motores (scil. terminorum). (commotor Augustin. civ. i 7, 3.)

† *dormitor* Endymion X 4, 4 p. (cf. dormitator Plaut. trin. 2 et 984.)

<sup>1</sup>) malleare: Groeber, Vulgärlat. Substr., in Woelffl. Arch. 3 a. 1886 pg. 524.

<sup>2</sup>) Cf. Stowasser in Woelffl. Arch. 1 a. 1884 pg. 287 et Thielmann ibid. 3 1886 pg. 541. Praeterea cf. cognomina Mascarpio CIL 12, 5876, Maspus ibid. 5686, 555.

<sup>3</sup>) Cf. cetera metonymiae exempla collecta a Friedl. ad I 15, 7 (catenatique orea), ubi typhothetarum errore legitur 'mentha circulatrix'.

<sup>4</sup>) Omiserunt lexica.

† *ēsūrītor* Tuccius III 14, 1 sen. [‘esuritio’ Catullus novaverat.] (ēsūrīo, onis Plaut. Pers. 103. — fāmēlicus Plaut. ceteri.)

*sītītor* Stella aquae Ianthae XII 3, 12 p. Apul. met. 1, 2: sititor alioquin novitatis. Mart. Cap. 1, 82: iuvenis sititor sanguinis.

Altera utra forma (aut feminina aut masculina) iam exstabat horum nominum:

*gestator* (passive) IV 64, 19 *q.* (active) Plin. epist. 9, 33, 8: delphinus gestator conlusorque puerorum. Rufin. Orig. in Levit. hom. 5, 8: gestator aquae. Prud. apoth. 932 h: innocui gestator corporis. Anthol. 617 [= PLM 4, 142], 6 h: iuvenis gestator aquae (caeli signum). — — *gestatrix* Val. Flacc. 4, 605: Gorgonei gestatrix monstri. (vector (passive) Cic., Vergil., Ovid. Lucan., alii. (active) Lucil., Ovid., Sen., Mart. II 14, 17 h, alii.)

*pōpūlatrix* Hymetti apis XIII 104, 1 h. Stat. silv. 3, 2, 86 h: Siculi populatrix virgo profundi. Auson.<sup>1)</sup> 18, 2, 241 h: scrutatur toto populatrix turba profundo. Claudian. rapt. Proserp. 3, 167 h: populatrices catervae. — — Troiae populatrix Ovid. met. 13, 655; alii. Val. Flacc. 1, 685: Calabri populatrix Sirius arvi. Mart. VII 27, 1 h: Tuscae glandis aper populatrix.

*sālūtatrix* pica VII 87, 6 p; charta salutatrix IX 99, 2 p. Iuven. 5, 21: salutatrix turba. — — *salutator*, vd. infra.

† *sūdatrix* toga<sup>2)</sup> XII 18, 5 *q.* — — *sudator* Plin. 23, 43: sudatoribus e longa tussi.

*trāctatrix* III 82, 13 s. Charis. GL 1 pg. 44, 7: tractatrix tractatrix. — — *tractator* Sen. ep. 66, 53. Charis l. c. Claud. Mam.<sup>3)</sup> septiens. Sidon. ep. 2, 9, 5 et 4, 11 v. 9 *q.* tractatores Alc. Avit.<sup>4)</sup> poem. 6, 406.

*nutrītor* VIII 28, 5 h: Tartesiacus stabuli nutritor Hiberi Baetis. Stat. Theb. 10, 228 h: volucrum nutritor equorum. Suet. gramm. 7: M. Antonius Gniphos . . . a nutritore suo ma-

<sup>1)</sup> Omiserunt lexica.

<sup>2)</sup> Cf. pg. 35 adnot. 3.

<sup>3)4)</sup> Locos omiserunt lexica.

numissus. Lampr. Al. Sev. 13, 4: nutritor Philippus. Firm. Mat.<sup>1)</sup> 5, 8: equorum nutritores. Charis. GL 1 pg. 44, 8: nutritor nutritrix, quamquam in usu nutritrix dicatur. Claudian. in Eutrop. 1, 104 h: dotalem genero nutritoremque puellae | tradidit. Pelagon. art. vet. 17 (pg. 70 Sarchiani): nutritor equorum. Ruricius<sup>2)</sup> 2, 40, 4: nutritor dominus. Dracont. de deo 1, 685 h; 2, 2 h; Orest. 353 h. Ven. Fort. carm. 9, 16, 9 h: te tutorem alii nutritoremque fatentur. CIL 5, 4241; 4400; 7188. 6, 8425. 10, 189; 295; 482; (648). 14, 2540; 2828. Gloss. Graeco-Lat. pg. 460, 14: τροφῆνς, nutritor, educator, altor, nutric(i)us. Gloss. nominum pg. 577, 50 et 586, 10. (nutricius, adiect. Varro r. r. 2, 1, 9, al.; subst. Caes. b. c. 108, 1, al. — altor et educator Cic. n. d. 2, 86.)

Vocabula generis b:

*ambulator* I 41, 3 φ II 11, 2 s. (Cato ag. cult.)

*cantator* cygnus XIII 77, 2 p. (Varro l. L., al.)

*dispensator* V 42, 5 h VI 73, 2 p VII 71, 3 h XI 39, 6 p.

Cic., al.) Inven. 1, 91.

*fellator* XI 30, 2 p XI 66, 3 φ XII 59, 10 φ XIV 74, 1 h; plur. XI 95, 1 h. [fellare<sup>3)</sup> ut Catull. 59, 1 s.] (Inscr. Pompeian. CIL 4, 1708; 1825 a; 2169; 2400; felator ibid. 1666; 1784; 2170.) Auson.<sup>3)</sup> epigr. 66 L et 3 h. — — felatrix CIL 4, 1389 etc.

*hăbĭtator* nemoris amoeni IX 51, 5 h. (Cic., al.) Juven. 14, 312. Prud.<sup>4)</sup> psych. 745 h. Anthol.<sup>5)</sup> 286 [= PLM 4, 440], 104 h; 838 [= PLM 5 pg. 398], 1 h.

*nĕgōtiator* X 87, 9 φ XI 66, 2 φ. [negotiari, vd. infra.] (Cic., al.)

*nōmencūlator* X 30, 23 s. (nomenclator Cic., al.; nomenclator Sen., al.)

*sălūtator* I 70, 18 p III 58, 33 s VIII 44, 4 s X 10, 2 p X 74, 2 s XIV 74, 1 h. (Q. Cic., al.) Stat. silv. 2, 4, 29 h.

*spōliatrix* amica IV 29, 5 h. (Cic.) — — spoliator (Cic., Liv.) Juven. 1, 46.

*consessores* I 26, 3 h. (Cic., al.)

*dĕlator* spect. 4, 4 p 5 h XI 66, 1 φ. (Liv. 45, 31, al.) Juven. 4, 48.

<sup>1)2)3)4)5)</sup> Locos omiserunt lexica.

*fūtūtrix* manus XI 22, 4 p; fututrix lingua XI 61, 10 s. [*futnere, fututio* apud Catullum primum legitur.] (Inscr. Pomp. CIL 4, 2204: *MOAA ΦΟΥΤΟΥΤΡΙΚ*.) — *fututor* Priap.<sup>1)</sup> 57, 6 φ 58, 4 s 63, 16 s. Inscr. Pomp. 1503, al. *Martialis octiens*. Anthol.<sup>2)</sup> 148 [= PLM 4, 335], 8 p.

*structor* X 48, 15 h. (Cic., al.) Iuven. 5, 120. 11, 136. Ven. Fort. carm. 1, 11, 1 h.

## 2) in -tio et -sio.

Quae *Martialis* vocabula in has terminationes exeunt, omnia multo vetustiora sunt (ac ne apud *Martialis* aequales quidem poetas novicia exstant); tamen dimidia pars (10) nondum antea in versibus occurrit. Eius rei causa in metricis legibus et prosodiacis posita est. Nam cum post florem tragoediae et comoediae tota fere poesis Romana dactylicis potissimum versibus uteretur, propter longitudinem litterae o finalis ea tantum substantiva, quae in anapaestum exhibant (ut *ambitio*), metro accommodabantur. Atqui mutata<sup>3)</sup> paulatim illa mensura litterae o

<sup>1)</sup> Locos lexica omiserunt.

<sup>2)</sup> De universa quantitate litterae o finalis disseruit *Lucianus Mueller* d. r. m. pg. 336—340; quamquam, quod ad *Martialem* et eius aequales attinet, non recte haec scripsit: „licentiam intendere *Seneca Martialis Iuvenalis Statius* ceteri classicorum, qui et verborum ac nominum formas promiscue nec raro corripere adverbium velut *ideo illico intro porro sero subito ac numeralia puta ambo octo*“. Enimvero apud *Martialem* (et *Statium* et *Iuvenalem* et alios) non licentia, sed potius lex quaedam apparet, scilicet ut littera o extrema praeter dativos et ablativos semper brevis sit, si ictu non feriatur; si feriatur, semper longa. Epigrammata quam religiosissime perscrutans laesam eam legem deprehendi tantummodo his 5 locis (1 h, 4 φ): II 18, 1 h: *Captō tuam, pudet heu, sed captō, Māxime, cenam.* IV 43, 7 et 8 φ: *Iūrō pēr Syrios tibi tumores, Iūrō pēr Berecyntios furores.* V 6, 19 φ: *Ultrō pūrpureum petet libellum.* VI 55, 5 φ: *Mālō quām bene olere nil olere.* XI 75, 7 φ: *Érgō nē videaris invidere.* Atqui proprie repugnare legi unum illud „*captō*“ (h) dici potest, quoniam cetera vocabula in prima sede hendecasyllabi leguntur, hoc autem loco apud *Catullum*, quem *Martialis* multis aliis rebus imitatur, etiam trochaeus saepe occurrit. Quae licentia quamquam *Martialis* prorsus abstinuit (cf. *O. Guttmann*, *Observ. in M. Val. Mart.* pg. 51; *Friedl.* in praef. pg. 28), tamen coniunctis his duabus causis, scilicet antiquiore hendecasyllabi forma et antiquiore litterae o quantitate, suo iure se excusatum putavit; cum praesertim idem usus compareret in hendecasyllabis carminum *Priapeorum*: in quorum initio (semper spondeo praeter unum iambum

Martiali et aequalibus sequentibusque poetis nulla iam difficultas erat in his vocibus usurpandis, quin etiam libenter eisdem nominativis quintum dactylum hexametri efficiebant. — Inveniuntur igitur apud Martialem in h 8, p 2, φ 2, s 1:

*cēnatio* II 59, 1 h. (Sen. ep., al.) Iuven. 7, 183. Sidon. carm. 22, 207 h.

*cōmissatio* XII 48, 11 h. (Cic., al.)

*gestatio* (passive) V 20, 8 φ. (Cels., al.)

*missio* spect. 29, 3 h XII 29, 7 h. (Cic., al.)

*oscūtationes*<sup>1)</sup> II 6, 4 φ. (Cels., al.) Stat. silv. 4, 9, 20 φ.

*pensio* III 30, 3 h III 38, 6 p VII 92, 5 h XII 32, 3 s. (Cic., al.) Iuven. 9, 63.

*portio* spect. 15, 2 p. (Cato, al.) Iuven. 3, 61. 9, 128. Auson. parent. 15, 11 h. Rutil. Nam. 1, 426 p. Sidon. ep. 7, 17 v. 4 p; carm. 7, 157 h; 21, 4 p. Alc. Avit. 2, 420 h.

*praefatio* III 18, 1 h. (Cic., al.)

*vēnatio* XIII 100, 1 h. (Cic., al.)

*vexatio* X 82, 1 h. (Cic., al.)

Adicere ad haec liceat duo in -io, ad quae eadem leges metricae et prosodicae pertinent:

*pūgio*, onis, m. XIV 33, 1 h. (Cic., al.) Prud. cath. 12, 116 dim.

*tālio* XII 63, 10 φ: sine talione. (duodecim tabulae, al.)

### 3) in -tus quartae declinationis.

Suffixum -tus (-sus) elatioris generis poetae praeferebant terminationi alteri -tio (-sio) in prosa oratione et cotidiana multis partibus frequentiori, dactylici vero antiquiores etiam metri necessitate (vd. supra et cf. Ploen l. c. pg. 43). Etiam Statius octo habet novicia; ex his in Silvis: certatus, distinctus, natatus, precatus, spumatus; in Achilleide: rotatus; in Thebaide: applausus, proflatus. Valerius Flaccus novavit

4, 2) habes: érgō 2, 9. 14, 9. 77, 8. pórrō 26, 1. némō 32, 8. quaésō 77, 16, quamquam ceteris locis o finalis nisi ictu non producitur.

<sup>1)</sup> Cf. apud Catullum item in fine hendecasyllabi collocata: osculationis, aestimatione, allōcutione et -is, ambulatione, approbationem, irrumatione, (et quae eo auctore Martialis quoque sic posuit:) basiationes, cogitationes (-e M.), esuritione et -um (-em M. bis), fututiones (-is M.). In scazontis initio uterque habet: oratione(m).

hoc: ovatus; Silius hoc: extentus. At Martialis, qui versuum plus tertiam partem non dactylico metro incluserit et suffixo -tīō in casu recto libenter ad dactylos fingendos usus sit, unum non ab ipso inventum introduxit in poeticam linguam

*rēātus*<sup>1)</sup>, us, m. II 24, 1 h in clausula, ut plerumque sequentes poetae. (Messala ap. Quint. 8, 3, 34; alii.) Anson.<sup>2)</sup> 4, 3, 79 h. Prud. c. Symm. 2, 473 h; cathem. 7, 175 sen.; 11, 104 dim.; hamartig. 929 h. Prosper ingr. 1, 20 h. Sidon. carm. 9, 270 *q*. Sedul. carm. pasch. 4, 237 h. Alc. Avit. 2, 51; 180: 346; 397. 3, 91. 4, 414. 5, 223; 708. 6, 167 h. Ven. Fort. 5, 6 v. 30 h; vit. S. Mart. 1, 218. 3, 525. 4, 203; 557; 595 h. Anthol.<sup>3)</sup> 794 [= PLM 5 pg. 389], 15 h.

4) in -mentum<sup>4)</sup>.

Substantiva in -men desinentia sublimioris dicendi generis (h. e. epicorum tragicorumque), contra pleniorum terminationem -mentum tenuioris et familiaris poesis fuisse recte notavit numerisque comprobavit Ploen l. c. pg. 42 sq. Quocirca Valerius Flaccus finxit: adspiramen, lustramen; Silius: decoramen, meditamen, nutamen; Statius in Thebaide: litamen. Martialis autem cum raro sermone elatiore uteretur, in -men nullum novavit, sed solus in versu posuit<sup>5)</sup> haec in -mentum desinentia:

*lōmentum* III 42, 1 h. (Cael. ap. Cic. ep. 8, 14, 4, alii.)

*tōmentum* XIV 160, 1 h. (Varro l. L., alii.)

5) in -ētum<sup>6)</sup>,

quibuscum comparentur Graeca vocabula tria vel quattuor in -ών novata pg. 14 sq. Novum Statius habet ‚nūcētum‘ (in *q*): Martialis haec:

<sup>1)</sup> Non a verbo, ut cetera quae nominavi, sed a nomine ‚reus‘ ductum: cf. vocabula: consulatus, flaminatus, magistratus, tribunatus.

<sup>2)</sup> Non sunt in lexicis.

<sup>3)</sup> De terminationibus -men et -mentum disputavit Corssen, Krit. Nachträge pg. 124 sqq. — Paucker, Laterculi nominum in -men et -mentum extantium, in ‚Meletemat. lexistor. alter.‘ pg. 23—31.

<sup>4)</sup> In initio dactylici versus Catullus quoque novaverat, *ōmentum*<sup>7)</sup> 90, 6 p.

<sup>5)</sup> Cf. G. Bordellé, De linguae lat. adiectivis suffixo -to a nominibus derivatis, Duesseldorfae 1873 pg. 54—57. Paucker, Materialien pg. 43 adnot.



*búxētum* III 58, 3 s; plur. II 14, 5 h. Gloss. Graeco-Lat. 5. 426, 15: *πυξείων*, *buxetum*.

*ilicētum* IV 55, 23 *φ* XII 18, 20 *φ*, utroque loco in clausula. est. pg. 366, 8: *Tifata iliceta*. Sidon.<sup>1)</sup> *carm.* 9, 183 *φ* item clausula. Idiom. cod. Harleiani pg. 500, 33: *ilicetum, πικρών*. loss. nominum pg. 582, 16: *ilicetum*, genus arboris spinosi. (cf. *terquetum* Varro; *quercetum* Horat., alii.)

*ficētum* XII 33, 2 p. (Varro r. r., al.)

6) in *-tas*<sup>2)</sup>.

Nomina in *-tas* cadentia in elatiore poesi magis quam in rone vulgari in usu fuisse Ploenius probat l. c. pg. 39; alta autem, partim prosa oratione trita, dactylicis omnibus metris metri causa repudianda erant. Itaque Martialis (receptis 26 prioris poesi) ex prosa oratione ascivit quattuor in *φ* et s, quamquam unum (*dēbilitas*) ne dactylicum quidem metrum reformidat.

*dēbilitas* II 86, 5 *φ*: *mollem debilitate galliambon*. (Cic., al.) *ven.* 14, 156: *morbis et debilitate carebis*.

*hōspitalitas* IV 64, 28 *φ*: *tam comi patet hospitalitate*. (Cic., al.) Sidon. *carm.* 23, 3; 434 *φ* 24, 83 *φ*: *sancta suscipit hospitalitate*.

*prōcācitas* I 41, 19 *φ* II 41, 17 *φ*. (Cic., al.)

*virilitas* IX 6, 5 s. (auct. bell. Alex., al.)

7) in *-o* et *-io* masculina,

derivata cum vi augendi a vetustioribus formis in *-us exeuntibus*<sup>3)</sup>.

*cāpōnes*, um III 58, 38 s XIII 63 L. [*capus*.] Treb. Poll. *allien.* 12, 5: *caponem*. Apic. 4, 173: *testiculos caponum*. *allad.* Nov. 1, 3: *sanguine caponis*. Charis. GL 1 pg. 103, 26: *po dicitur nunc; sed Varro de sermone Latino 'iterum' ait κ gallo gallinaceo castrato fit capus'*. Anthol.<sup>4)</sup> 132 [= PLM 320] L: *de capone phasianario [phasanacio Baehrens]*. CIL 8247<sup>5)</sup>: *capone(m) Herculi*. (capi Varro r. r. 2, 7, 15 et 3, 3. Colum. 8, 2, 3.) cf. *'pāvus'* Ennius, Varro, alii, et *'pāvo'*

<sup>1)</sup> Omiserunt lexica.

<sup>2)</sup> Cf. Paucker, Die substantiva abstracta auf *-tas*, in Z. f. vgl. Sprachf. a. 1877 pg. 138—169.

<sup>3)</sup> Cf. Guilelmus Meyer, Das lateinische Suffix *ō, ōnis*, in Woelffl. Arch. 5 1888 pg. 223—234.

<sup>4)5)</sup> Omiserunt lexica.

Lucr. 2, 806 h. Cic. fin. 3, 18. alii. Martialis V 37, 12 s; plur. III 68, 13 s: pávónes; XIII 70 L.

*petaso* XIII 55 L; *pētāsōne* III 77, 6 p XIII 54, 2 p 55, 2 p, eodem semper pentametri loco. [*pētāsus*<sup>1)</sup>.] Edict. Diocl. 4, 8: *pernae optimae sive petasonis Menapicae vel Cerritanae*. Thomae thes. pg. 471 a: *petasones vel petasunculi, bacones, pernae avium*. (Alteram terminationem, -io, eadem vox habet apud Varronem r. r. 2, 4, 10 Keil: *pernae comatinae et cavae et petasones*. — — *perna* Cato ag. cult. 158, 1, alii; Mart. X 48, 17 h XIII 54 L.)

*mōrio*<sup>2)</sup>, onis, m. VI 39, 17 s VIII 13, 1 h XII 93, 3 et 7 φ XIV 210 L; plur. III 82, 24 s. [*mōrus*.] Plin. ep. 9, 17, 1: *scurrae cinaedi moriones mensis inerrabant*; ibid. 2: *si quid.... stultum a morione profertur*. Verus in epist. ap. Vulc. Avid. Cass. 1, 8: *me luxuriosum morionem vocat*. Lamprid. Al. Sev. 34, 2: *nanos et nanas et moriones*. Augustin. ep. 166, 17: *quidam vero tantae sunt fatuitatis, ut non multum a pecoribus differant, quos moriones vulgo vocant*. Schol. Iuven. 1, 35: *Massa morio fuisse dicitur, et Carus nanus*. Isidor. orig. 10, 183: *morio a morte vocatus, eo quod non vigeat intellectu*. Not. Tir. pg. 102: *fatuus murio gurridus*.

cf. infra ‚*pumilus, pumilio*‘. — Malchus (auct. bell. Alex., CIL 5, 1619), *Malchio* (CIL 1, 1087, alii; Mart. III 82, 32 s [ubi Friedl.: *malchio*] typice ut Petronii *Trimalchio*).

### 8) in -ar et -al.

cf. adiectiva in -aris et -alis cadentia.

\* *boletaria*, n. pl. XIV 101 L. [*bōlētus*.] Schol. Iuven. 11, 137. — Discerni non potest, nominativus singularis huius verbi sic ut lexica volunt, *boletar* (cf. *coclear*), an *boletare* (cf. *coclearē*), an *boletarium* (cf. *coclearium*) sit, cum praesertim hae

<sup>1)</sup> Hinc enim rectius originem eius vocabuli repetere mihi videor, quam lexicographi a *πετασών*, quoniam nec ante Athenaeum id quidem occurrit, et aliae quoque partes animalium (esculentae) nominibus rerum forma similium nominantur, velut ‚imbrex‘ porci II 37, 2, ‚glandulae‘ apri III 82, 20 VII 20, 4.

<sup>2)</sup> Huic tamen nomini et aliis in -io masculinis Meyer l. c. pg. 230 recte videtur significationem tribuere deminutivam vel *ὑποχοριστικήν*.

tres formae exstent: boletari (abl.) Apic. 2, 41 et 5, 190, boletare (acc.) ibid. 191. — boletar Treb. Claud. 17, 5. bōlētār (falsa mensura) Anthol. 153 [= PLM 4, 340], 3 h. — voletarium Itala Marc. 14, 20.

*sublīgar*, n. III 87, 4 p. (plur. Plin.) Iuven. 6, 70.

*minūtal* varium XI 31, 11 φ (cibus fere, qui nunc dicitur ‚ragout‘). Fortasse omnino primus testis est Martialis; vix enim ad hanc formam pertinet pluralis apud Petron. 47: ‚aqua, lasani et cetera minutalia‘ (= Kleinigkeiten), sed potius ad adiectivum ‚minutalis‘ (Tertull., Hieron.). — Iuven. 14, 129: hesternum minutal. Apic. 4, 173: minutal apicianum; 177: minutal ex iocineribus et pulmonibus leporis; 8, 399: ex sanguine et iocinere et pulmonibus leporinis minutal. Thomae thes. pg. 364: minutal, frustum panis, quod et quadra dicitur.

*cervīcal* XIV 146, 1 h. (Cels., al.) Iuven. 6, 353 (eodem versus loco).

†\* *quinquepedal*, vide substantiva composita.

## B. Cetera substantiva terminationes novas exhibentia.

† *acipensis* XIII 91 L; ācīpensem ibid. 1 h. (ācūpenser, ēris Lucil.<sup>1)</sup>, Cic.; ācīpenser Hor., Ovid., Plinius (qui ‚accipenser‘ quoque semel habet); aqipenser Paul. ex Festo, ἀκνιπῆρσερ Lydus.) Similes metaplasmos collegit L. Mueller d. r. m. pg. 380.

Masculinum (in -us) reperitur in his vocabulis, quorum feminino (in -a) utuntur vetustiores:

*fringillus* IX 54, 7 h: fringillorum<sup>2)</sup>. Dosith. herm.<sup>4)</sup> pg. 422 Bouch.: fringuillus. Gloss. Graeco-Lat. pg. 435, 48: σῆριος, ὁ σῆριος, frincillus, fritigillus. (fringuilla Varro l. L. 7, 104. Avien.<sup>5)</sup> phaen. 1761 h. fringilla Paul. ex Festo 90, 14.

<sup>1)</sup> Accuratius locos indicat Georges, Lex. der lat. Wortformen, s. v.

<sup>2)</sup> Omiserunt lexica.

<sup>3)</sup> Sic TXACGahlpw; ‚terigilonum‘ s; ‚frigido fringuillarum‘ b; ‚fringillarum‘ reliqui.

<sup>4)5)</sup> Non sunt in lexicis.

Thomae thes. pg. 244 a: frigilla, avis quaedam, quae frigore cantat.)

*verträgus*<sup>1)</sup> acer XIV 200, 1 h; canis vertragus ibid. L (vox Celtica). Firm. math. 5, 8: similiter et canum, molossorum, vertagorum (sic) et qui sunt ad venationes accommodati. (verträha, ae, f. Gratius cyneg. 203 h: et pictam macula vertraham<sup>2)</sup> delige falsa. — Not. Tir. pg. 176: veltagra.)

Feminina idem Martialis habet nova:

*condiscipula* X 35, 15 *q*: hac (Sulpicia) condiscipula vel hac magistra Esses doctior et pudica, Sappho. Apul. met. 9, 17: Areten meam condiscipulam memoras. (condiscipulus Pompon. com. 76, Cic., alii.)

*ludia*<sup>3)</sup> V 24, 10 *q*: Hermes (gladiator) cura laborque ludiarum. Iuven. 6, 104: (Eppia) quid vidit, propter quod ludia dici Sustinuit? ibid. 266: quae ludia sumpserit umquam Hos habitus. Thomae thes. pg. 324 a: ludia, ioculatrix, quae et lena dicitur. (ludius (= mimus) Plaut., Cic., cet.; (= gladiator) Iuven. 6, 82. 11, 20. — confer Liv. 7, 2, 4: ludiones ex Etruria acciti; ibid. 6: vernaculis artificibus, quia ister Tusco verbo ludius vocabatur, nomen histrionibus inditum.)

### C. Cetera substantiva non composita.

#### 1) Substantiva barbarae originis.

Celtica haec sunt vocabula:

*bascauda*, f. XIV 99 L et 1 h: barbara de pictis veni bascauda Britannis. Iuven. 12, 46: adde et bascaudas et mille escaria. Schol. (ed. Buecheler): mascaudas. vasa, ubi calices

<sup>1)</sup> Sic T (idem cod. in L: vertricacus); ,vertagus' FO Scriv.; ,artagus' P; ,vetragus' rel. codd. — Arrian. cyneg. 3, 6 (ed.<sup>2</sup> Hercher 1885): *αἱ δὲ ποδώκεις κύνες αἱ Κελτικαὶ καλοῦνται μὲν οὐ ἐριτραγοὶ φωνῇ τῶν Κελτῶν, οὐκ ἀπὸ ἔθνους οὐθενός, ἀλλ' . . . . ἀπὸ τῆς ὀκότητος.* — — Omisit vocabulum index ed. Frdl.

<sup>2)</sup> Sic editores recentiores (Haupt 1838, Baehrens 1879); *parum accurate* Forcell. et in adnot. Friedlaender exhibent ,vertagram'.

<sup>3)</sup> Gilbert in N. Jahrb. f. Philol. 1887 pg. 145 vix recte interpretatur: „Spottname der für Aufführungen und Auftretende passionierten Damen“.

lavantur. et caccabos. Gloss. Vatic.: baschaudas, conchas aereas. Gloss. Isidori (et Thom. thes. pg. 77 a): barcanda, concha aerea. — cf. Loewe, Prodrum. pg. 62 sq.

†\* *panaca*<sup>1)</sup> XIV 100 L.

*carruca*, ae, f. III 47, 13 s III 62, 5 h XII 24, 2 φ.  
(Plin., al.)

*vērēdus*, i, m. XII 14, 1 h: parcius utaris, moneo, rapiente veredo; XIV, 86, 1<sup>2)</sup> h: stragula succincti venator sume veredi. [Pro composito vocabulo Latino<sup>3)</sup> habitum a Festo pg. 372, 25: veredis (lege: veredos) antiqui dixerunt, quod veherent rhedas, id est ducerent.] Festus l. c. Auson. epist. 8, 7 h: vel celerem mannum vel ruptum terga veraedum Conscendas; epist. 14, 3 h: sed cisium aut pigrum cautus conscende veraedum, Non tibi sit raedae, non amor acris equi. Sidon. epist. 8, 11 v. 30 φ: post veredos (v. l. veraedos). Priscian. GL 2 pg. 27, 15: veredus veredarius. Cod. Iust. 12, 50 (51), 4: usurpato uno vel duobus veredis; ibid. 7: in omnibus provinciis veredorum pars quarta reparatur. Ven. Fort.<sup>4)</sup> vit. S. Mart. 3, 300 h: bove nempe veraedo (-edo codd.). Inscr. Orell. 2968: proc(urator) a veredis. CIL 12, 1122 = Anthol. 903, 1: Borýsthenes Alánus Caésareús verédus Per aéquor et palúdes Ét tumulós Etrúscos Voláre qui solébat etc. Gloss. Lat.-Gr. pg. 206, 30: veredus, πῶλος. Gloss. Gr.-Lat. pg. 257, 17: βέρεδος, veredus. — CIL 7, 1336, 1158: VEREDV · M (fortasse cognomen viri).

*vertrāgus*, vd. pg. 44 in.

Hispanicum hoc:

*pālux*<sup>5)</sup> XII 57, 9 s: pālūcis<sup>6)</sup> malleator Hispanae. (Plin. 33, 77 Detl.: aurum — — quod minutum est balucem vocant. Iustin. 44, 1, 7: in palucibus (Ruehl; ,balucibus' Salmasius, ,paludibus' codd.))

<sup>1)</sup> O. Weise l. c. et Saalfeld dubitant an ex Graeca lingua ductum sit.

<sup>2)</sup> Locum omisit index edit. Frdl.

<sup>3)</sup> At enim in vocabulis Latinis ex nomine et verbo compositis verbalis pars secundum locum tenere solet. Perperam lexicographi Festo videntur assentiri.

<sup>4)</sup> Omiserunt lexica.

<sup>5)</sup> ,bālux' Georges et Klotzius propter formam ,balluca'.

<sup>6)</sup> Sic Friedl. (cf. eius adnot.); ,paludis (-es)' codd., Scriv., Schn.<sup>1)</sup>; ,balucis' Turneb., Salmas., Schn.<sup>2)</sup> Gilb.

Punicum hoc:

*lālisio*, onis XIII 97, 1 h. (Plin. 8, 174: pullis eorum ⟨onagrorum⟩ — Africa gloriatur, quos lalisiones appellat.)

2) **E vulgari sermone sumpta quae videntur.**

*āpīnae* (= nugae) I 113, 2 s: apinasque nostras (scil. carmina ea quae ipse fecit, iuvenis et puer quondam<sup>1)</sup>); XIV 1, 7 h: sunt apinae tricaeque et si quid vilius istis. Gloss. Lat.-Gr. pg. 19, 31: apinae, ἀμαλογίαι; ibid. 40: apinae, φάννας.

[Ficta videlicet explicatio apud Plin. 3, 104: Diomedes ibi (in Apulia) delevit . . . . urbes duas, quae in proverbii ludicrum vertere, Apinam et Tricam. — — cf. praeterea Goetz, 'afannae', in Woelfflini Archivi 2 a. 1885 pg. 341 et 597. — O. Ribbeck in Leipziger Studien 9 a. 1887 pg. 337 sq. probabiliter conicit 'apinae tricaeque' ex Italia inferiore i. e. Magna Graecia originem ducere (cf. Plin. l. c.); illud 'apinae, afannae' (cf. εἰς Ἀφάννας = 'in Utopiam', vd. Steph. Byz. pg. 149 M.) ex ἀφανής = 'unsichtbar, unwirklich, nichtig' ortum esse: ut μηχανή machīna, τριάνη trutīna, sic ἀφάν(ν)αι, apīnae; 'trica' ex accusativo vocis θριξ natum esse.]

† *pīpinna* (= parva mentula) XI 72, 1 φ: drauci Natta sui vocat pipinam<sup>1)</sup>, collatus cui Gallus est Priapus. [Stowasser<sup>2)</sup> Graecum esse putat, simile formis Ἡρίσσα, Κόριννα; derivatum a πίπος idem significare quod Latine 'pipio, pipiunculus'. — Aviculae<sup>3)</sup> nimirum nomen statuentibus annominatio comparet ad vocem 'Gallus'.]

*sandāpīla*, ae, f. II 81, 2 p VIII 75, 14 p IX 2, 12 p. Iuven. 8, 175: inter carnifices et fabros sandapilarum. Suet. Dom. 17 ex.: cadaver eius populari sandapila per vespillones exportatum. Sidon. carm. 16, 45 h: ut mortua membra | lecto, sandapila, tumulo consurgere possint. Fulg.<sup>4)</sup> expos. serm. ant. pg.

<sup>1)</sup> Sic ⱮQF; 'bipinam': EXAC; 'bipennam' BV.

<sup>2)</sup> in Woelffl. Arch. 5 a. 1888 pg. 191.

<sup>3)</sup> De avium nominibus obscene translatis conf. Buecheler ibid. 2 a. 1885 pg. 116 sq. et 508. — — Haud scio an 'Pipinna' restituendum sit cognomen mutilum CIL 5, 5325: C. Avianus Pipin . . ; cf. cognomen Alauda apud Mart. XII 58, 2 et 60, 8, praeterea Anser, Corvus, Merula etc.

<sup>4)</sup> Cf. pg. 47 adnot. 2.

558: sandapilam antiqui dici voluerunt feretrum mortuorum, id est loculum, non in quo nobilium corpora, sed in quo plebeiorum atque damnatorum cadavera portabantur, sicut Stesimbrotus Stasius (Thasius) de morte Policratis regis Samiorum descripsit, dicens: posteaquam de cruce depositus, sandapila etiam deportatus est. Thomae thes. pg. 557 a: sandapila, feretrum mortuorum. Gloss. Lat.-Gr. pg. 178, 22: sandapila, νεχρο-φóριον. (feretrum (eodem sensu) Varro l. L. 5, 166, Verg., Ovid., alii. — cf. orciniāna sponda X 5, 9 s.)

*vispillo*<sup>1)</sup>, onis, m. I 30, 1 h I 47, 1 h 2 p; plur. II 61, 3 h. Suet. Dom. 17 ex.: cadaver eius populari sandapila per vespillones exportatum. Fest. pg. 369: vespae et vespillones dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt, non a minutis illis volucris, sed quia vespertino tempore eos efferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt. Hi etiam vespulae vocantur. Apul. floril. 19 ex.: vispillonum manibus extortum (aegrum) — domum rettulit. Firm. math. 2, 10: famosos homines, maleficos, fures, vespillones, pollinctoresque. Serv. Verg. Aen. 11, 143: inde etiam qui funeri praeerant a vespera primum vesperiones, deinde vespillones dicti videntur. Sidon. ep. 1, 11, 9: per cathedrarios servos vispillonibus tetriores; 2, 8, 2: vispillonum sandapilariorumque ministeria. Fulg.<sup>2)</sup> expos. serm. ant. pg. 558 ex.: vespillones dicti sunt baiuli; quamvis Antidamas Heracleopolites vespillones dixerit cadaverum nudatores; sicut in historia Alexandri Macedonis scripsit, dicens: plus quam trecentos cadaverum vespillones reperiens crucibus fixit. Tamen Mnaseas scripsit in Europae libro, Apollinem, postquam a Iove victus atque interfectus est, a vispillonibus ad sepulturam delatum esse. — Gloss. Lat.-Gr. pg. 30, 25: bispello, νεχροφóρος. — Aliter (abusive?) gloss. Isid. pg. 698 (et gloss. Vatic.): vespillo, sepulcrorum violator. Thom. thes. pg. 624 a: vispillo raptor, qui aliis violentiam ingerit.

Alio significatu (= carnifex)<sup>3)</sup> Anthol. 138 [= PLM 4, 304], 3 h: nam te (bicipitem) si addictum mittat sententia campo,

<sup>1)</sup> 'vespillo' Schn.<sup>1</sup>, sicut omnium fere temporum libri ambigunt.

<sup>2)</sup> Scriptores vel scripta, quae Fulgentius laudat, ficticia esse manifestum est (cf. Teuffel RLG<sup>4</sup> 480, 7).

<sup>3)</sup> Non est in léxicis.

vispillo ignorat, quod secet ense caput. (at Mart. II 61, 3 sq.: vispillonum — et carnificis.)

Exstat praeterea forma ‚vispello‘ Ulp. dig. 21, 2, 31: si ita quis stipulanti spondeat, sanum esse, furem non esse, vispellionem non esse etc. Marcell. dig. 46, 3, 72, 5: vispellionem aut alias turpem — hominem. Gloss. Isid.: vespeliones, fossarii qui mortuos sepeliunt. Gloss. Lat.-Gr. pg. 30, 24: bispelliones. νεκροθάπται, κοπιάται. Gloss. Gr.-Lat. pg. 375, 32: νεκροθάπτης, vispillio, libitinarius.

Iam Gracchorum temporibus illud vocabulum in usu fuisse cognoscitur ex Aurel. Vict. 64, 8: ‚cuius (Ti. Gracchi) corpus Lucretii aedilis manu in Tiberim missum; unde ille Vespillo dictus‘. Atque a Cicerone commemoratur (Brut. 178) Q. Lucretius Vispillo, a Caesare (b. c. 3, 7, 1) Lucretius Vespillo; cf. Teuffel in Pauly ‚Realencyklopaedie‘ 4 pg. 1198.

### 3) Cetera substantiva Latina

#### a) primae declinationis.

*cattae*<sup>1)</sup>, arum XIII 69<sup>2)</sup> L; Pannonicas cattas ibid. 1 h. Vulg. Baruch 6, 21: supra corpus eorum, et supra caput eorum volant noctuae, et hirundines, et aves etiam, similiter et cattaes (Septuaginta: αἰλουροι). Placit. de medic. 18 L: de catta seu fele; ibid. 1. 2. 3. 4: cattaes stercus. Rufin. recognit. 5, 21: alii eorum bovem, qui Apis dicitur, colendum tradidere, alii hircum, alii cattas, nonnulli ibim, quidam serpentem. Not. Tir. pg. 176: gliris talpa catta nitella. Gloss. nominum pg. 571, 2: cata, bestiolae genus, quod dicitur merth. Gloss. Graeco-Lat. pg. 220, 32: αἰλουρος (pg. 295, 16: εἰλιουρος), felix, haec catta. Gloss. Servii pg. 518, 8: cata, eluros. Idiom. nominativa pg. 540, 18 (et idiom. cod. Parisini pg. 552, 43): catta, ἰχνεύμων.

<sup>1)</sup> Weise l. c. Graecum putat. — Cognomen mulieris Catta in Pomp. inscr. CIL 4, 1887; 2941 (cf. ibidem 2199 et 2200: Felicla). — 3, 3586; 4263, 5, 5709.

<sup>2)</sup> Argumentum Forcellinii, qui cum Friedlaendero hoc (uno) loco aves dictas esse censet, scilicet quod antecedentia et sequentia epigrammata aves describant, vix sufficere videtur; confer librum XIV turbato ordine traditum.



Masculina forma ‚catus (cattus)‘ Pallad. 4, 9, 4: contra talpas prodest catos (cattos) frequenter habere in mediis carduetis. Luxorius Anthol. 375 [= PLM 4, 529], 1 h: immensi soricis cattus dum membra vorasset. Isidor. orig. 12, 2, 38: musio appellatus, quod muribus infestus sit. hunc vulgus catum (cattum) a captura vocant. alii dicunt, quod catat id est videt etc. Gloss. Isidori: murilegus, catus. Mythogr. tertius 6, 22 Mai: est enim odium aliud naturale, ut hominum et serpentium, canis et cati<sup>1)</sup>, . . . aliud causale etc. Anthol. 181 [= PLM 4, 361], 3 h: cattus in obscuro cepit pro sorice picam. —<sup>2)</sup>

*cisterna*, ae, f. III 56, 1 h. (Varro r. r., al.)

*coxa*, ae, f. VII 20, 5 s. (Cels., al.)

*cücüma*, ae, f. X 79, 4 p. (Petron., al.) cöcüma Ven. Fort.<sup>3)</sup> carm. 6, 8, 14 p.

*gäbätae*, arum, f. VII 48, 3  $\varphi$ : transcurrunt gabatae volantque lances; XI 31, 18  $\varphi$ : gabatas parapsidesque. Ennod. 130 (carm. 2, 22) L Vogel: epigramma de compostile habente septem gavatas. Anthim. 34 Rose<sup>2)</sup>: gavata (ter). Ven. Fort. carm. 11, 10, 3 h Leo: carnea dona tumens argentea gäväta<sup>4)</sup> perfert; carm. 7, 24 L: versus in gavatis. Isidor. orig. 20, 4, 11: lancis gavata, quasi cavata, g pro c littera posita. Gloss. Vatic.: parapsis, gabata vel patinum; pisi, gavata vel patina. — — Forma ‚gävessa‘<sup>5)</sup> utitur Alcimus Avitus carm. 24, 3 h (pg. 195 Peiper): Nec per multiplices abaco splendente gavessas Ponentur nitidae codicis arte dapes.

*länista*<sup>6)</sup>, ae, m. VI 82, 2  $\varphi$  XI 66, 3  $\varphi$ . (Cic., al.) Iuven. 3, 158; 11, 8; plur. 6, 216.

*simila*, ae, f. XIII 10, 1 h. (Cels., al.)

<sup>1)</sup> In editione, quam Bode a. 1834 curavit, omissa sunt verba ‚canis et cati‘, quamquam in indice verborum cum loci eiusdem pagina et versu legitur ‚catta‘.

<sup>2)</sup> Cf. Groeber, Vulgärlat. Substr., in Woelffl. Arch. 1 a. 1884 pg. 543 et ibid. 2 a. 1885 pg. 434: gattus. — Cattus, cogn. CIL 9, 6083, 82.

<sup>3)</sup> Omiserunt lexica.

<sup>4)</sup> Falso Georges: gäväta.

<sup>5)</sup> Non est in lexicis.

<sup>6)</sup> Vocem ‚lanista‘ hibridam esse puto addendamque eis, quas eadem de causa vulgari sermoni tribuit O. Weise in Philologi vol. 47 a. 1888 pg. 51: tablista, computista.

*stillā*, ae, f. XII 70, 3 h. (Cic., al.)

*sūbūla*, ae, f. III 16, 2 p. (Sen., al.)

β) **alterius declinationis.**

*ācus*, acc. plur. -os<sup>1)</sup> (piscium genus) X 37, 6 p. (Plin. 9, 166: *acus* sive *belone*; cf. 32, 145: *belonae* — quos *aculeatos* vocamus —.)

*cūcullus*, i, m. III 2, 5 φ V 14, 6 s X 76, 8 φ; plur. XI 98, 10 s. (Col., al.)

*tūbi*, orum, m. XI 61, 6 s. (Sen., al.)

*pūlēium*, i, n. XII 32, 19 s. (Cic., al.) Seren. Sammon. 15 et 592 h Baehrens.

*tōmācla*, orum, n. I 41, 9 φ. (Petron.) Iuven. 10, 355: *tomacula*.

γ) **tertiaē declinationis.**

*gerres*, plur. III 77, 7 h XII 32, 15 s. (Plin., al.)

*lōdices*, um XIV 152, 1 h. (Pollio ap. Quint. 1, 6, 42: *hos lodices*; al.) Iuven. 6, 195: *sub lodice*; 7, 66: *de lodice paranda*.

\* *udones* Cilicii XIV 140 L. Ulp. dig. 34, 2, 25, 4: *alia causa est udonum, qui usum calciamentorum praestant*. Edict. Diocl. 7, 47: *pro udonibus* ¼ *quattnor*. Th. Prisc. 4 fol. 311 b: *desuper udones induendos*. Excerpt. ex Charis. GL 1 pg. 552, 33: *hic udo, udonis, τὸ ἐμπίλιον, τὸ οὐδωνάριον*. Idiom. nominativa pg. 543, 19: *udo, ἐμπίλιον*.

## II. Adiectiva simplicia.

### A. Adiectiva denominativa.

#### 1) *exeuntia in -ārius* (substantiva et adiectiva)<sup>2)</sup>.

Nomina haec in usu cotidiano frequentissima, a sublimiore poesi fere omni repudiata<sup>3)</sup>, Lucilio autem satirico, qui decem novavit, et Catullo, qui in carminibus tenuiore sermone conditis

<sup>1)</sup> Similem nominis ‚*ficus*‘ in mutata significatione heteroclasin docet ipse Martialis I 65. Neglecto videlicet eo discrimine codd. PQWF: *acus*.

<sup>2)</sup> Cf. Paucker, Die nomina derivata auf -*alis* (*aris*) und -*arius*, in Z. f. vgl. Sprachf. 27 a. 1885 pg. 113—156; collegit nomina in -*alis* et -*aris* cadentia 1220, in -*arius* 1335.

<sup>3)</sup> Cf. Ploen l. c. pg. 55.

⟨φ, s⟩ quattuor et unum in carm. 61, 138 ⟨pherecr.⟩ nova habet, satis grata videntur fuisse. Itaque apud Martialem Catulli imitatoreminimè desunt hoc suffixo novata; sunt enim

| nova in   | h | p | φ | s |
|-----------|---|---|---|---|
| generis a | 2 | — | 3 | 2 |
| generis b | 1 | — | 4 | 5 |

ergo in φ et s ut apud Catullum plurima, quibus metris habitiora sunt quam dactylico. (Statii quoque novicium ‚velaria‘ n. pl. in φ legitur silv. 1, 6, 10.)

*clancularius* poeta X 3, 5 s. [clanculum, adv.<sup>1)</sup>] Tertull. pall. 4: clancularia Lydia („= Omphale cum qua Hercules clam consuescebat“ Oehler). (clandestinus, arcanus, obscurus; abditus, occultus, secretus.)

† *glabraria*, f. subst. = quae glabros amat IV 28, 7 φ.

*grāphiarium*, subst. XIV 21 L; plur. ibid. 1 h. [graphium.] Suet. Claud. 35: calamariae aut graphiariae thecae. Gloss. Gr.-Lat. pg. 265, 12: γραφιοθήκη, grafarium. Idiom. cod. Harleiani pg. 503, 63. Gloss. nom. pg. 581, 41: grafarium, vagina graphi. — — Prorsus aliter (= recepta) posuit ‚grafarium‘ (gerafadium cod.) Soran. Lat. append. 3 et 4 Rose. Alexander Lat. 1, 49: scribam tibi ipsa grapharia.

*helciarii*, subst. IV 64, 22 φ: clamor helciariorum. [helcium<sup>2)</sup>.] Sidon. epist. 2, 10 v. 25 φ: chorus helciariorum.

*infantaria* non est (Bassa) IV 87, 3 h. Marc. apud Tert. ad nat. 1, 2: infantariae („= quae infantes amant“ Oehler). (puerarius<sup>3)</sup>) Tert. anim. 55. Gloss. Lat.-Gr. pg. 164, 24 et Gr.-Lat. pg. 471, 47. — puellarius Petr. 43 (cod. et Buech.<sup>1)</sup>; pullarius Burm. et Buech.<sup>3)</sup>. — puerosus Gloss. Gr.-Lat. pg. 392, 18.)

† *pinguiarius* XI 100, 5 s: sed idem amicam nolo mille librarum: carnarius sum, pinguiarius non sum.

*sabbatariae*, subst. = Iudaeae (sabbata agentes) IV 4, 7 φ. Augustin. epist. 36, 21: sabbatarius temptator. Sidon. epist. 1, 2, 6: luxus sabbatarius.

<sup>1)</sup> Cf. necesse necessarius, temere temerarius.

<sup>2)</sup> Apuleius met. 9, 12 et 22.

<sup>3)</sup> Vocabulum non est in lexicis; supplevit L. Havet in Woelffl. Arch. 1 a. 1884 pg. 194.

*bustuariae* moechae III 93, 15 s. (Cic., al.)  
*congiarium*, sbst. III 7, 2 s. (Cic., al.)  
*fūmaria*, n. pl., sbst. X 36, 1 h. (Col., al.)  
*locarii*, sbst. V 24, 9 φ. (locarium Varro l. L. 5, 15.)  
*notarius* velox X 62, 4 s; notariorum — chorus levis V 51,  
 2 s. (Sen. apocol. 9, Quintil., al.)  
*nummularius*, sbst. XII 57, 8 s. (Petron., al.)  
*plagiarius*, sbst. I 52, 9 φ. (Cic., al.)  
*salarii*, sbst. I 41, 8 φ IV 86, 9 φ; salarium, sbst. III 7, 6 s;  
*Salaria* (scil. via) IV 64, 18 φ. (Cic., al.) *Salaria* Prud. c. Symm.  
 1, 405 h.

*septēnaria* synthesis IV 46, 15 φ. (Cic., al.)

\**dulciarius* pistor XIV 222 L. [dulcium<sup>1)</sup>.] Apul. met. 10,  
 13: pistor dulciarius. Firm. math. 8, 11: pistor dulciarii.  
 Valer. apud Treb. Poll. Claud. 14, 11: dulciarius, sbst. Lampr.  
 Heliog. 27, 3 et Veget. epit. rei mil. 1, 7 in.: dulciarii. CIL 6,  
 9374<sup>2)</sup>: locus Leopardi dulciari. Orell. inscr. 114 = Wilm. 2956:  
 vascul(a) dulciar(iorum). Gloss. Gr.-Lat. pg. 263, 31: γλυκεο-  
 πράτης, dulciarius; ibid. pg. 408, 34: πλακωντάριος, placuntarius,  
 dulciarius. — ibid. pg. 263, 34: γλυκνπράτιον, dulciarium.

†\* *nivarium* colum XIV 103 L; saccus nivarius 104 L;  
 lagona nivaria 116 L. (cf. nivalis (VII 95, 2 φ XIV 118, 1 h),  
 niveus (undeviciens); nivatus, nivosus, nivifer.)

2) in -āris et -ālis<sup>3)</sup> (substantiva et adiectiva).

Huius terminationis et eius de qua modo egimus, -arius,  
 originem esse eandem et significationem similem ostendit Paucker  
 l. c. pg. 140 sqq. Consentaneum igitur est etiam hoc suffixo  
 epicos poetas Martialis aequales novata exhibere nulla<sup>4)</sup>, Mar-  
 tialem autem, cum praesertim Catullus quinque in -alis addidisset,  
 aliquot aut omnino aut inter poetas primum usurpasse; et qui-  
 dem pro ratione metrorum plura in φ et s (4) quam in dacty-  
 licis versibus (5); cetera in lemmatis leguntur (3).

<sup>1)</sup> Apicius, Lampridius, alii.

<sup>2)</sup> Omiserunt lexica.

<sup>3)</sup> Cf. pag. 50 adnot. 2.

<sup>4)</sup> Nisi quod ‚plantaris‘ legitur apud Valerium Flaccum et Statium alia  
 prorsus significatione atque apud priores. In praefatione prosaria libri 4  
 Silvarum novavit Statius: ‚pilaris‘ lusio.

*căpillāre*, n. subst. (scil. unguentum) III 82, 28 s. — adiectivum Paul. ex Festo 57, 17: capillaris vel capillata arbor. Ps.-Apul. herb. 48: herba capillaris.

† *óllāres* uvae VII 20, 9 s. (ollarius Plin. 34, 98: quae <temperatura aeris> vocatur ollaria, vase hoc nomen dante. alibi.)

† *trīnoctiale* domicenium XII 77, 5 φ. <Similiter clauserat Catullus novo vocabulo versum 46, 2 φ: aequinoctialis.>

*bessalis* scutula VIII 71, 17 h. (Vitruv., al.)

*cōclēare* (v. l. cochleare), n. subst. VIII 33, 24 p VIII 71, 10 p XIV 121, 2 p <eodem semper pentametri loco>. (Cels. 3, 22 pg. 113, 2 D., Apicius, Gloss.) Ven. Fort.<sup>1)</sup> carm 3, 13<sup>a</sup>, 4 p <eodem versus loco atque Martialis>.

*extempōralis* factus est meus rhetor V 54, 1 s. (Sen. rhet., al.)

*mūnicipālis* vita IV 66, 1 h. [municeps<sup>2)</sup>.] (Cic., al.) Iuven. 3, 34; 8, 238. Auson. parent. 26, 8 p. Sidon. carm. 9, 309 φ.

*spēcūlāria*, n. pl. VIII 14, 3 h. (Sen., al.) Iuven. 4, 21. Seren. Samm. 372 h. Ven. Fort. vit. S. Mart. 3, 156 h et 4, 505 h: specularē.

*thēātrālis* locus V 23, 2 p. (Cic., al.) Prud. hamart. 310 h.

*amphithēātrales* magistri XI 69, 1 h; amphitheatralis usus XIV 137, 1 h. (Plin., al.) Prud. c. Symm. 1, 385 h. Claud. cons. Manl. Theod. 293 h. Dracont. de deo 3, 187 h. Luxorius<sup>3)</sup> Anthol. 346 [= PLM 4, 500], 1 h; 354 [= 4, 508], 11 h; 373 [= 4, 527], 1 h.

\* *epistolares* chartae XIV 11 L. Ulp. dig. 33, 9, 3, 10: chartae epistolares. Hieron. epist. 53, 6: epistolaris angustia. Augustin. epist. 138, 1: epistolare colloquium. Mart. Cap. 9, 896: epistularis, f. subst. = internuntia <avis>. Sidon.<sup>4)</sup> epist. 1, 2, 1: epistularis pagina; 7, 2, 9: epistularis formula; 9, 1, 1: opus epistolare; 9, 15 v. 41 sen.: epistularis stilus. Ruricius<sup>5)</sup> 1, 7, 3: obsequium epistolare; 2, 4, 1: epistolare officium. Alc. Avit.<sup>6)</sup> epist. 22 (pg. 54, 19 Peiper): rescriptum epistolare; ep. 35 (pg. 65, 20) et 96 (pg. 102, 27): epistularia officia. Ennod.<sup>7)</sup> 77 (= epist. 3, 10), 2: commercium epistolare <et omnino qua-

<sup>1)</sup> Omiserunt lexica.

<sup>2)</sup> ‚municipium‘ falso Forcellini et Georges; cf. princeps principalis, principium principalis; particeps participialis, participium participialis.

<sup>3)4)5)7)</sup> Non sunt in lexicis.

dragies: cf. index ed. Vogel). Cod. Iust. 7, 62, 32, 2: epistulares = scribae. (epistularius Ennod. 29 (epist. 1, 22), 3: scriptio epistularia. Salvian. gub. dei 5, 7, 30 Halm: epistularii = tabellarii. — epistulicus [ἐπιστολικός] Gell. 6 (7), 10, 2: verba Catonis sunt ex primo epistularum quaestionum; idem 14, 7, 3: Varro — in libro epistularum quaestionum quarto; et 14, 8, 2. Hieronym. epist. 32, 1: epistolica confabulatio.)

\* *mamillare*, n. sbst. (scil. amiculum) XIV 66 L. Auct. dynamid. 2, 96: mamillares tumores. Gloss. Gr.-Lat. pg. 373, 16: *μονοξερία*, mamillares. (strophium Catull., alii. — fascia pectoralis Mart. XIV 134 L; cinctus pectoralis Apul. met. — amictorium XIV 149 L.)

†\* *trigonalis* pila XIV 46 L. [trigonum (Dreieck); cf. Friedl. ad IV 19, 5.] (trigonaria pila Isid. orig. 18, 69, 2. — trigonus, adiect. Manil. 2, 276, al. — trigonius Gromat. vet. 288, 8 et 341, 12, alii. — trigonicus [τριγωνικός] Firm. math. 2, 32; 5, 3, 1. — triangulus (-um, sbst. Cic.) Cels., alii. — triquetrus Lucr., alii.)

### 3) in -ōsus<sup>1)</sup>.

Adiectiva in -osus multo magis tenuioribus poesis generibus placuisse quam sublimioribus<sup>2)</sup> docet Ploen l. c. pg. 55. Catullus quidem praeter 17 formas antiquiores in ‚nugis‘ (praecipue *g*) novem primus exhibet; Priapea quoque carmina, in quibus omnino non minus 27 adiectiva in -osus exeunt, nova habent quinque: membrorior (h), ficosissimus (φ; Mart.: ficosus), seminosus, ?pruriosus, fascinosior (s).

Itaque etiam Martiali huius generis adiectiva gratissima erant; recepit enim ex Catullo, Horatio, Ovidio, Priapeis, aliis poetis non minus 56 adiectiva atque nova addidit — pauciora sane expectatione — 3 generis a, 4 generis b:

<sup>1)</sup> Cf. Pancker, Die Adiectiva auf -osus (und -entus), in ‚Materialien‘ pg. 72—92; Schoenwerth et Weyman, Über die lat. Adiectiva auf ōsus, in Woelffl. Arch. 5 a. 1888 pg. 192—222; F. Stolz ibidem pg. 368.

<sup>2)</sup> Cuius tamen rei causam ex parte metricam esse monet Schoenwerth l. c. pg. 201.

*pēdicūlosum*<sup>1)</sup> mentum XII 59, 8 φ. [pēdis, pediculus; vd. Inot.] Placit. de medic.<sup>2)</sup> 24, 12 L: ad pediculosos, quem affectum Graeci phthiriasin nominant; ibid. 16, 22 L: ad phthiricos, id est pediculosos. Cass. Felix<sup>3)</sup> 3: in cachecticis corporibus id est mala habitudine affectis pediculosa passio generatur nam Graeci phthiriasin vocant. Gloss. Graeco-Lat. pg. 470, 6: φθειράριος, peduculosus. (pēdicosus Titin. com. 177 Ribb.)

*pōlyposus* XII 27, 2 φ: nasutum volo, nolo polyposum. polypus longa prima ut semper<sup>4)</sup> apud Romanos; ita Polyamas. sic Dorenses, quorum fuere coloniae in magna Graecia et Sicilia, πολύπος Πολυδάμας“ L. Mueller ad Lucil. 29, 85.] [Ip. dig. 21, 1, 12 pr. (ozinosus [ozina, ὄζαινα] Pelag. vet. 16 pg. 68.)

† *pertrīcosa* res III 63, 14 p. — vd. adiectiva composita.

*contūmēliosi* bubulci barbara rota X 7, 4 φ. (Cic., al.) Sidon. arm. 9, 338 φ: contumeliosi lectoris turgida ora.

*exītiōsus* VI 21, 4 p. (Cic., al.)

*gūlosus*, a, um VII 20, 22 s VIII 23, 1 h IX 10, 4 φ I 59, 5 h XI 61, 13 s XII 41, 1 φ XII 64, 2 p XIII 71, 1 h; gusius III 22, 5 s VII 20, 1 s. (Sen., al.) Iuven. 11, 19.

*pēcūniosae* artes V 56, 8 φ. (Cic., al.)

#### 4) in -ūl-entus.

Ad voces tres iam prius a compluribus poetis positas, quarum tamen in versu collocatione Ovidii<sup>5)</sup> potissimum et Priaeorum<sup>6)</sup> auctoritas apparet, adiecit Martialis

<sup>1)</sup> Emendavit Gryphius, codd. ‚periculosi‘. Exempla priscae comoediae Lucilii, quibus primam syllabam vocis ‚pedis‘ (die Laus) longam fuisse demonstratur, collegit Fleckeisen in anal. philol. a. 1861 pg. 574. Tamen hic hoc loco offendit, quod vocabuli e plebeio sermone tot annis post scriptores vetustos petiti mensura mutata comparet; cum praesertim similitudo arborum (Catalli) cūniculosus, fēbrīculosus. (Horatii et Priap.) sīticulosus multum clere potuerit. Cf. praeterea ‚sōmniculosus‘ Laber., al., Mart. III 58, 36 s.

<sup>2)</sup> Non sunt in lexicis.

<sup>3)</sup> Fugit eum ‚pōlypus‘ Anthol. 205 [= PLM 4, 384], 7 h; quod etiam in lexicis omiserunt.

<sup>4)</sup> Cf. Ovid. am. 3, 6, 95 h: Aut lūtūlentus agis . . . ; Mart. IX 22, 1 h: Ut lūtūlenta linat . . . ; (aliter sane VII 67, 7 φ.) — Ovid. ibid. 96 in initio alterius hemistichii ‚pulvērūlentus‘ (‚pulvere lentus‘ auctore L. uellero Riese), quod collocatione eadem Martialis quater: III 5, 8 p IV 19 p VII 32, 10 p XII 2, 2 p.

<sup>5)</sup> Priap. 39, 6 φ eodemque versus loco Mart. II 86, 4 φ: lūcūlentus.

*escūlenta praeda* VII 20, 18 s. (Cic., al.) Sidon. *carm.* 9, 110 *q*:  
esculentam dapem.

6) in *-ānus*<sup>1)</sup>.

Suffixum hoc maxime Romanorum nominibus et cognominibus adnexum ut in prosa oratione usitatissimum est, ita rarum apud poetas, quos quidem inspexi; velut Staius duo tantum novavit: *Mārōnianus* (in *φ*), *Mantūanus* (in hendecasyllabo Sapphico). Graeca enim nomina propria, quae ex mythologia plerumque sumpta epicis et lyricis in deliciis sunt, alias terminationes amant (vd. pg. 26 sqq.). Atqui a Martiale maior numerus Romanorum nominum commemoratur quam ab alio quocumque; unde fit, ut adiectiva quoque illo modo formata permulta apud eum primum occurrant. Accedit, quod magnam partem adiectivorum illorum dactylicum metrum respuit; Martiali autem etiam talia novandi occasio erat in iambis et trochaeis<sup>2)</sup>. Continentur novata singulis metris sic:

| insunt in | h | p | φ | s |
|-----------|---|---|---|---|
| generis a | 5 | 4 | 6 | 3 |
| generis b | 2 | 2 | 5 | 5 |

Secernamus autem, aequae atque Schnorr v. Carolsfeld (l. c.) fecit, *α*) suffixo simplici *-anus*, *β*) suffixo aucto *-ianus*, *γ*) suffixo duplici *-it-anus* (= *it<sub>1</sub>s* + *anus*) formata.

*α*)

*Parthēniana*<sup>3)</sup> (toga) IX 49, 3 h 10 p. [Parthenius.]

*Petīliana*<sup>4)</sup> regna XII 57, 19 s. [Petilius.]

*Septīcianum*<sup>5)</sup> argentum IV 88, 3 h VIII 71, 6 p. [Septicius.]

<sup>1)</sup> Cf. H. Schnorr v. Carolsfeld, Das lat. Suffix *ānus*, in Woelffl. Arch. 1 a. 1884 pg. 177—194.

<sup>2)</sup> Ut Catullus, Formianus, Gallicanus, Thyōnianus, Vatinianus<sup>4</sup> in *φ*, *mēm-brāna* (= M. I 66, 11), *subūrbānus* (M. bis), *ūrbānus* (ter; M. bis), Sestianus, *transpādanus* in s, unum *Firmanus*<sup>4</sup> in h exhibet. Vocabulum *Subūranus*<sup>4</sup> Martialis bis eodem hexametri loco posuit, quo legitur in *carm. Priap.* 40, 1 h.

<sup>3)</sup> Parthenianus, cognomen CIL 5, 2156. — De cognominibus et nominibus gentilibus in *-anus* disputavit Aem. Huebner, Quaest. onomatol. Lat. in Ephem. epigraph. 2 a. 1875 pg. 25—92.

<sup>4)</sup> Petillianus, cognomen CIL 5, 58. *Petiliana* 9, 1378.

<sup>5)</sup> Septicianus, cognomen XI 107, 2 p. CIL 5, 5278.



*Vitelliani*<sup>1)</sup>, sbst. (scil. codicilli) II 6, 6 *q* XIV 8 L et 2 *q*.  
[Vitellius.] Tac. hist. 1, 84: Vitellianae partes; ibid. 85: Vitelliani milites; 2, 14 (— 4, 1 fere viciens): Vitelliani, sbst. (scil. homines vel milites). M. Regulus apud Plin. ep. 1, 5, 2: Vitelliana cicatrix. Suet. Vesp. 8: Vitelliani, sbst.; id. Domit. bellum Vitellianum. Capitol. Ver. 4: Vitelliani, sbst. Apic. 197 et 201: pisa Vitelliana; 8, 377: porcellum Vitellianum.

*Grātiana* (scil. vasa) IV 39, 6 *q*. [Gratius.] (Plin.)

*Ōpimianum* nectar III 82, 24 s; Opimianum (scil. vinum) I 87, 1 *q* X 42, 2 *q*. [Opimius.] (Vell., al.)

*Rhēnana*<sup>2)</sup> manus IX 35, 4 p. [Rhenus.] Sidon. ep. 4, 17, 2: Rhēnanae terrae.

*Castrana* rura IV 60, 1 h. [Castrum Inui.] Lib. colon. 1 s. 226, 13: ager Castranus; ibid. 2 pg. 254, 20. [Castrum in iceno situm.] (cf. castrum castrensium (Cic., cet.); Castrensium CIL 4994, al.; Castrensianus 8, 8527, al.)

† *Summoenianae* uxores III 82, 2 s XII 32, 22 s; Summoenianae buccae XI 61, 2 s. [Summoenium, vd. subst. composita.]

*Argiletanae* tabernae I 3, 1 h. [Argiletum.] (Cic.)

*Lāvicana* humus I 88, 2 p. [Lavicum vel Lavici.] (Cic., al.)

*Caerētanus* ager VI 73, 3 h; Caeretana (scil. vina) XIII 24, 1 h. [Caeres, etis.] (Val. Max.)

*phāsiana* (scil. avis) III 58, 16 s. [Phasis.] (Plin.)

*mēridiana* hora III 67, 7 *q*. [meridies.] (Cic., al.) Avien. ora arit. 641 sen.

β)

*Capelliana*, n. pl. (genus cibi) XI 31, 17 *q*. [Capella<sup>3)</sup>.]

† *Blaesianum* facis ipse (quod donas) VIII 38, 14 *q*. [Blaesus<sup>4)</sup>.]

<sup>1)</sup> Vitellianus, cogn. CIL 3, 746; 791. 8, 5356. 9, 334; 5534. Vitelliana 8, 9327; 10945. 10, 3029.

<sup>2)</sup> ‚Rhenigena‘ Schn.<sup>2</sup> non recte.

<sup>3)</sup> Utrum cognomen Capella cum lexicis et Gilberto ponendum sit an nomen Capellius (ut Frdl. velle videtur), certo diiudicari nequit; illi explanationi favent similia nomina haec: Dolabella Dolabellianus, Agrippa Agrippianus, Galba Galbrianus, alia. — Capellianus, cogn. CIL 2, 4249. 3, 3282. 12, 3453; 5686, 173. Capelianus 8, 2170.

*denti-scalpium*, i, n. XIV 22 L; dentiscalpia septem VII 53, 3 h. [dens, scalpere.] Dosit. herm.<sup>1)</sup> pg. 441 Bouch.: *γλω-πιῖρ, γλωγίς*, dentiscalpium. (Ceteris locis vel materia substituitur vel forma: cuspides lentisci III 82, 9 s; tonsis lentiscis VI 74, 3 s; XIV 22, 1 h: lentiscum; frondea cuspis.) cf. dentifricium Scribon., Plin., Mart. XIV 56 L. auri-scalpium Scribon., Mart. XIV 23 L.

† *dōmī-cēnium* triste V 78, 1 *q*; trinociale domicenium XII 76, 6 *q*. [domus, cenare<sup>2)</sup>.]

*bardō-cūcullus* Lingonicus I 53, 5 h; Santonicus bardocucullus XIV 128, 1 h; bardocucullus ibid. L. [= Bardaicus cucullus.] Gallien. ap. Treb. Poll. Claud. 17, 6: paenulam Illyricianam unam, bardocucullum unum, cucutia villosa duo . . . . (cf. Santonicus cucullus Iuven. 8, 145. cuculli Bardaiici Capit. Pert. 8, 3.)

† *Sum-moenium*, i, n. I 34, 6 p. [= sub moenibus regio; cf. adnot. Friedl.] cf. Summoenianus pg. 57.

*con-sōcer*, i, m. X 33, 3 h. Suet. Claud. 29. Auson. parent. 24 L; ibid. 32, 12 p. Ulp. dig. 24, 1, 32, 16. 20. 21. CIL 10, 4860 et 4861. — — consocrus, f. Auson. parent. 32 L.

*ante-ambūlo*<sup>3)</sup> tumidi regis II 18, 5 h; anteambulonis congiarium lassi III 7, 2 s; anteambulones et togatulos inter X 74, 3 s. [ante, ambulare.] Suet. Vesp. 2: (Vespasianum iuvenem mater) identidem per contumeliam anteambulonem fratris appellat. Aliter gloss. Isid.: proxeneta, quasi inter emptorem et venditorem, vel anteambulo. (cf. togatuli pg. 75 et togati ante pedes Iuven. 7, 142 sq.)

*sē-mōdius*, i, m. IV 46, 6 *q* VII 53, 5 h. [sē(mi)-, modius.] (Cato ag. cult. 11, 3, alii.) Iuven. 14, 67 eodem hexametri loco.

†\* *quinque-pedal*, is, n. XIV 92 L. [quinque pedes.] — — quinquepedalis, adiect. Gromat. vet. 340, 24: terminus egregius quinquepedalis. (cf. XIV 92, 1 h: puncta notis ilex et acuta cuspidē clusa.)

dicit „selbständige Worte . . . durch Zusammenrückung zu scheinbaren Kompositis (wie . . . aqueductus) vereinigt“.

<sup>1)</sup> Omiserunt lexica.

<sup>2)</sup> „domi cenare“ Martialis noviens.

<sup>3)</sup> De synzisei cf. L. Mueller d. r. m. pg. 252 ex. — De terminatione -onis, m. cf. Ploen l. c. pg. 40 ex.

## B. Adiectiva.

Adiectiva composita, imprimis quae in -gēna vel -gēnus, -cōla, -sōnus, -fer et -ger, -ficus exeunt et quae incipiunt a negativa particula in-, admodum frequentia sunt apud epicos poetas<sup>1)</sup>. Itaque apud Valerium Flaccum nova reperiuntur haec: aegisonus, aerisonus (Sil., Stat.): monstrifer, saxifer; lustrificus; arquipotens; amnigena, soligena; intermerandus; separ: (inclinis).

Apud Silium haec: Faunigena; Gradivicola, viticola; metallifer (Stat.), uvifer (Stat.), pharetriger, sceptriger; mitificus: tridentipotens; nubivagus; inaccensus, inamatus, inapertus, indispensatus, informidatus, inlacerabilis, inproperus, inrestinctus, invetitus; praevetitus; semiambustus.

Apud Statium haec: multisonus (Mart.); olorifer (?), peltifer, vaporifer, votifer, astriger, freniger; fluctivagus; inabruptus, inaspectus, indubitabilis, inexplicitus (Mart.), inlaudabilis, insatiatus, inserenus, insiccatus; bivertex; declinis, defluus.

Minorem in eo genere numerum Martialis et Iuvenalis novaverunt; Iuvenalis enim teste Pauckero duo tantum: ,pinnirapus', ,signi-pes', Martialis haec (e quibus ,multisonus' et ,inexplicitus' cum Statio aequali, ,vitifer' cum Silio communia habet):

*multī-sōna* Atthis<sup>2)</sup> = Philomela I 53, 9 h. Stat. silv. 3, 2, 103 h: multisonum sistrum. (Claudianus Mamertus<sup>3)</sup> 2, 3 pg. 105, 2 Eng.: geminae primum Graeciae classicum multisona Pythagoreorum tuba et lituum Platonis exaudiat nec tumescat sola vanitate nominum, sed pinguescat multimoda veritate rationum. Boëth. in categ. Aristot. 1 pg. 181 Migne: si quis dicat flammiger, vel multisonus, vel fluctivagus . . . .

*quinq̄i-plex*<sup>4)</sup> cera XIV 4, 2 p; quinquiplices, subst. (m.) ibid. L (cf. triplices XIV 6). Itala reg. 3, 6, 31: quinquiplicia limina. Tac. imp. ap. Vopisc. Prob. 7, 4: salarium

<sup>1)</sup> Cf. Ploen l. c. pg. 60—63. Voces Ovidianas collegit Paucker in ,Meletemat. lexis. alt.' parte 1 pg. 3.

<sup>2)</sup> Vitiose in indice edit. Prdl. iunctum est: ,multisona fervet'. — Cf. apud Catullum ,clarisonus, fluentisonus, raucisonus'; ,multivolus'.

<sup>3)</sup> Omiserunt lexica.

<sup>4)</sup> v. l.: quincuplex.

quinquplex. Vopisc. Florian. 3, 2: imago quinquiplex. Auson. epist. 25, 83 h: quinquiplex Tolosa. Gloss. Gr.-Lat. pg. 401, 19 et 20: quinqueplex. (quincuplus Boeth. inst. arithm. 1, 23. Gloss. Lat.-Gr. pg. 167, 37: quinquuplum, πενταπλοῦν.)

† *trī-fīlis* calva VI 74, 2 s. (cf. epigramma XII 7.) [tres, filum.] (cf. trī-lix Verg. Aen. 3, 467: lorica auro trīlix; alii; Mart. XIV 143, 1 h: Patavinae trīlices (scil. tunicae.))

† *sēmī-fultus*<sup>1)</sup> subsellio extremo V 14, 9 s.

*īn-ēnarrabile*<sup>2)</sup> munus II 10, 3 h. (Liv., al.) Prud. psych. praef. 41 sen.: fons inenarrabilis.

† *īn-ēvōlūtus* redeas (liber) XI 1, 4 *q*.

*īn-expliciti*<sup>3)</sup> Platonēs IX 47, 1 h. Stat. Theb. 2, 510 h: dicta inexplicita. Prud. cath. 3, 153: trāctibus ānguis īnēxplicitis. (in-explicātus Arnob. 7, 12. — in-explicābilis Cic. ad Att., alii. — in-explōrātus Liv., Sen., alii.)

*pēr-īnane* sōphōs I 76, 10 p. Interpr. Irenaei 1, 11, 4 pg. 135 Stieren: cum hac cucurbita autem est virtus, quam et ipsam voco perinane. Augustin. serm. 2 n. 1 Mai: stabat enim ante Dominum . . . sapientia perinanis.

† *per-tricōsa* res III 63, 14 p. (tricosus Lucil. 350 Lachm. (at ,tricosus' Mueller Lucil. 11, 27). Gloss. Lat.-Gr. pg. 201, 41: tricosus, ἀρρεῖος, λαγγωνδύς. Gloss. nomen pg. 595, 62: tricosus, piger, inutilis. cf. Loewe, Prodrum. pg. 320. — implīcātus, impēditus, difficilis.)

*per-rīdicūla* res VII 75, 2 p. (Cic., al.)

*trans-tībērīnus* ambulator I 41, 3 *q*; transtiberina domus I 108, 2 p; transtiberina cutis VI 93, 4 p. (Cic., al.) Prud. perist. 12, 63: transtiberina sacra.

† *cistī-fer*<sup>4)</sup> i, m. (an *cis-tīber*? vd., Addenda' mea) V 17, 4 p.

<sup>1)</sup> Praeterea habet Martialis Plauti ,sēmidoctus'; et Ovidianis ,sēmīcrēmatus, sēmīsupīnus' non secus atque Ovidius initium alterius hemistichii effecit pentametri. Cf. Catulli ,semihians, semilautus, semimortuus, semirasus'; Ovidii ,sem(i)adapertus, semilacer, semireductus, semirefectus, semisepultus'.

<sup>2)</sup> Cf. Vergilii (Aen. 8, 625) et Persii (5, 29) ,nōn enarrabile' eodem versus loco positum.

<sup>3)</sup> Friedlaenderi interpretatio (,ungelesene') mihi quidem minus placet quam vulgata (,unverstandene').

<sup>4)</sup> Cf. B. Deipser, Ueber die Bildung und Bedeutung der lat. Adjectiva auf -fer und -ger, progr. Brombg. 1886, pg. 27.

cf. CIG 6218: KICTIBEP. (Graecum ‚cistophoros‘ apud Latinos nummum Asiaticum significat (Cic. ad Att. 2, 6, 2 etc.) praeter inscr. Orell. 2318: cistophoro aedis Bellonae.)

*vīlī-fēra* Vienna XIII 107, 1 h. (Plin., al.) Sil. 4, 347. Ennod. 164 (carm. 2, 45), 8 p; idem 364<sup>b</sup> (carm. 2, 139), 1 h.

*hōnōrī-fīcum*<sup>1)</sup> (aliquid) X 45, 2 p. (Cic., Caes., al.) Auson. par. 6, 32 p: honorificum munus. Anthol.<sup>2)</sup> 117 [= PLM 4, 305]. 1 h: honorificus amictus. CIL 14, 480 v. 5<sup>3)</sup> h: honorifica vita. (semper post primum trochaeum positum.)

#### IV. Nomina deminutiva<sup>4)</sup>.

Deminutiva poetarum maxime tenuioris generis, h. e. lyricorum et satiricorum, propria esse facile est intellectu; cf. Ploen l. c. pg. 67 sqq. Imprimis is, quem Martialis multis rebus imitatur in eiusque genus dicendi saepe fortasse invitus incidit. Catullus abundat deminutivis; cuius ἄπαξ quidem λεγόμενα teste Ploenio 15 sunt; idem autem primus inter poetas videtur 27 posuisse. Quorum Martialis quoque usurpavit haec: codicilli, lapilli, libellus, mentula, sacculus, versiculi, albulus<sup>5)</sup>, gemelli; praeterea communia cum Catullo habet: catulus, flagellum, lectulus, munusculum, ocellus, papilla, puella, tabella, aureolus, bellus, misellus, parvulus, pusillus, vetulus.

Itaque etiam nova deminutiva Martialis satis multa exhibet; continentur autem ea singulis metris hac ratione:

<sup>1)</sup> Vocabulum omissum in indice ed. Frdl.

<sup>2)</sup> Loci non sunt in lexicis.

<sup>4)</sup> Cf. L. Schwabe, De deminutivis Graecis et Latinis, Gissae 1859. — G. Mueller, De linguae Latinae deminutivis, Lipsiae 1865. — Kessler, Die latein. Deminutive, Hildburgh. 1869. — C. Paucker, Die latein. Deminutive auf einfaches -ulus, -ula, -ulum, Mitaviae 1876. — Idem, Die Deminutive mit doppeltem l, in Z. f. vgl. Sprachf. 23 a. 1877 pg. 169—188. — Idem, Die Deminutive mit dem Suffix -c-ulus, in Z. f. öst. Gymn. 27 a. 1876 pg. 595—614. — A. Weinhold, Genuswechsel der Deminutiva, in Woelfflini Arch. 4 a. 1887 pg. 169—188.

<sup>5)</sup> Vocabulum (XII 98, 4) omissum in indice edit. Frdl. vel potius pro Albula, rivo illo apud Tibur sulphureo (I 12, 2 IV 4, 2), perperam habitum; hoc enim carmine non de Italia sed de Hispania agitur, coniungendumque est ‚albula freta‘. — Georges et veram interpretationem loci exhibet et falsam inscius idem.

| nova in   | h | p | q | s |
|-----------|---|---|---|---|
| generis a | 2 | 3 | 6 | 1 |
| generis b | 7 | 3 | 3 | 4 |

Apparet et longe plurima in *q* esse et in *s* plura quam pro  
tione dactylicorum.

Enumerabimus primum proprie deminutiva in iisque etiam  
*τοχορατικά* et *καταγορητικά*, quae non metri causa pro for-  
tis primitivis posita sunt:

† *sestertīōlum*, i, n. = mille sest. I 58, 5 h. (sestertium  
ic. etc. passim; sestertia, plur. Cic., Varr., Catull., Hor.; Mar-  
alis deciens.)

† *thermūlae* Etrusci VI 42, 1 *q*. [thermae, pg. 21.] (bal-  
neum Claudii Etrusci Stat. silv. 1, 5 L. — balnēolum Cic. fr.,  
en. ep., Iuven. 7, 4.)

† *tōgātūli*, orum, m. X 74, 3 s XI 24, 11 *q*. (togatus <eodem  
ensu> I 108, 7 h. Iuven. 3, 127, al.; turba togata VI 48, 1 h.  
Iuven. 1, 96, al. — cliens Plaut. etc., Martialis sedeciens. —  
lientūli Tac. dial. 37 in., al.)

*mannūli*<sup>1)</sup>, orum, m. XII 24, 8 *q*. [mannus.] Plin. ep. 4, 2, 3.  
 gloss. Isidor.: mannulus, caballus buricus.

*cēnūla*, ae, f. V 78, 22 et 31 *q* VII 51, 12 p. (Varr. sat. Men.  
30, alii.) Iuven. 3, 167.

*crāticūla*, ae, f. XIV 221, 1 h. (Cato ag. cult. 13, 1<sup>2)</sup> Keil, al.)

*crispūlus* iste V 61, 1 h 2 p 13 h. (Sen. ep., al.)

*Graecūla* echo II 86, 3 *q*. (Cic., al.) Graeculus, sbst.  
Iuven. 3, 78; Graecula 6, 186<sup>3)</sup>. Anthol.<sup>4)</sup> 127 [= PLM 4, 315],  
h: Graecule <vocativus>.

*rēgūlus*<sup>5)</sup> sutorum III 16, 1 h. (Varro, Sall., al.) Anthol. 762  
= PLM 5 pg. 363], 43 h <avis>.

*rusticūlus* libellus X 19, 2 *q*.<sup>6)</sup> (sbst. Cic., al.) Auson. 25,  
3: Bissula nomen tenerae rusticulum puellae. Prud. c. Symm.  
107 h: rusticulae lupae.

<sup>1)</sup> Cognomen CIL 5, 4488: (Valerius) . . . qui et Mannulus.

<sup>2)</sup> Adiect. 'craticulus', quod Georges falsa eiusdem loci lectione fultus  
raebet, nunc e lexico removendum est.

<sup>3,4)</sup> Loci non sunt in lexicis.

<sup>5)</sup> Regulus, cognomen apud Horatium bis, apud Martialem quindeciens.

<sup>6)</sup> XIII 76, 1 Schn.<sup>2)</sup>: rusticula, ae, f.; Schn.<sup>1)</sup>, Gilb., Frdl.: rustica.

*tëgëticûla*<sup>1)</sup>, ae, f. IX 92, 3 h. (Varro r. r.)

*vernûla*, ae, sbst. fem. V 37, 20 s; masc., *vernula vatius*<sup>2)</sup> XII 70, 1 h; *libelli vernulae*<sup>3)</sup> V 18, 4 s; *plorator vernula* XIV 54, 1 h. (Sen., al.) Iuven. 5, 105; 10, 117; 14, 169. Prud. perist. 10, 524 sen. Rutil. 1, 112 p. Ennod. 148 (carm. 2, 35), 3 h.

\* *galericulum*, i, n. XIV 50 L. Frontin. 4, 7, 29. Suet. Otho 12. Charis. (GL 1) pg. 80, 10. Gloss. Servii grammatici pg. 530, 25: *Calericulum*. (*galerus* Varron. fr. ap. Gell. 10, 15, 32. Verg. Aen. 7, 688, cet. — hoc *galerum* Fronto ap. Serv. Verg. Aen. 7, 688. alii. — *galear* C. Gracch. et Varro ap. Charis. (GL 1) pg. 80, 9 et 10.)

Metro videlicet ductus usurpavit Martialis haec:

*bötellus*, i, m. V 78, 9 *q*; plur. XI 31, 13 *q*, utroque loco in clausula. [*bötulus*.] Apic. 2, 55. Sidon. epist. 8, 11 v. 46 *q* in clausula. Dosith. herm.<sup>4)</sup> pg. 407 Bouch. (*botulus* Laber. com. 80 Ribb.<sup>2)</sup> Petron. 49 ex. Mart. XIV 72 L et 1 h aliique postea. — *farcimen* Varro l. L. 5, 111; alii. — *hilla* (eo sensu) Horat. 2, 4, 60.)

*löcellus*, i, m. XIV 13, 1 h in clausula; 2 p. (Caes. fr. Val. Max.)

*öfellae*, arum, f. X 48, 15 h XII 48, 17 h, utroque loco in clausula. (Cato ag. cult. 162, 1 L<sup>5)</sup>, al.) Iuven. 11, 143 in clausula. (Seren. Sammon. 45, 834: *opellam* codd. et Baehrens. *ofellam* vulgo.) Prud. perist. 10, 383 sen. Anthol.<sup>6)</sup> 206 [= PLM 4, 385], 3 h in clausula.

† *pänäröllum*, plur. V 49, 10 *q*: cum *panariolis* tribus redisti. (*panarium* Varro l. L. 5, 105. Plin. ep. 1, 6, 3. al.)

† *sellärölae* *popinae* V 70, 3 *q*: in *sellariolis* *vagus* *popinis*. (*sellarii*, orum Tac. ann. 6, 1: *tuncque* (Tiberii aetate) *primum ignota antea vocabula reperta sunt sellariorum et*

<sup>1)</sup> Georges aliique falso *tëgëticûla*. Cf. Priscian. 3, 5, 31; Paucker l. c. (Z. f. ö. G.) pg. 604; L. Mueller d. r. m. pg. 353; Corssen, Aussprache 2<sup>a</sup> pg. 513.

<sup>2)</sup> Mirabili errore index ed. Frdl.: *vernula lintea*.

<sup>3)</sup> De adiectivo usu cf. Neue, Formenl. 2<sup>a</sup> pg. 30.

<sup>4)</sup> Non est in lexicis.

<sup>5)</sup> Non est in lexicis, ut etiam alii loci Catoniani, quos collegit E. Hauler in Woelfflini Arch. 1 a. 1884 pg. 584.

<sup>6)</sup> Omiserunt lexica.

spintriarum ex foeditate loci ac multiplici patientia. — sellarium<sup>1)</sup> (Sesselsaal) Suet. Tib. 43: sellaria excogitavit (Tiberius), sedem arcanarum libidinum. Plin. 34, 84: in sellariis domuus aureae; 36, 111: agri minorem modum obtinere quam sellaria istorum. — sellaria, ae, f. Schol. Iuv. 3, 136: inde (a sella) sellariae dicuntur (meretrices). — — cf. ‚sellaris‘ et ‚sellularius‘.)

*ancillārīōlus*, i, m. XII 58, 1 h. [ancillarius<sup>2)</sup>] = qui ancillas amat.] (Sen. benef. 1, 9, 4.)

Annominationis causa videntur usurpata esse haec:

† *lecticārīōla*, ae, f. XII 58, 2 p. [Respondet verbo in priore versu ‚ancillārīōlus‘ ac tamen sonum magis quam reliquam verbi condicionem imitatur; nam si ancillas amans homo ancill-arius, ancill-ariolus est, iam quae lecticarios amat (hic enim sensus postulatur), lecticari-aria<sup>3)</sup>, lecticari-ariola nominanda erat. Sed hoc vocabulum et *κακόφωνον* est neque metro toleratur.]

*pūtīdūla* IV 20, 4 p: altera rīdicūla est, altera pūtīdūla. [putidus.] Capit. Macrin. 14, 1: cum . . . hominem putidulum in imperio ferre non possent. (putidus Plaut., cet., Mart. III 50, 8 p XII 39, 2 p. — putidiusculus Cic. ad fam. 7, 5 ex.)

*ālicūla*<sup>4)</sup>, ae, f. XII 81, 3 s [‚a stirpe alic- in ἄλλιξ sive ἄλλιξ“ G. Mueller l. c. pg. 4 m.] vestem significat, tamen sequenti vocabulo ālica (Speltgraupe) quasi deminutivum ac minoris pretii donum opponitur. (Petron. 40, al.; vd. adn. Frdl.)

Mutata notio nativi verbi est in his formis deminutivis:

<sup>1)</sup> Falso lexica: sellaria, ae, f. — Significat enim terminatio -arium, i, n. ‚Raum für‘ vel ‚mit —‘.

<sup>2)</sup> Vocabulum non est in lexicis; habet Dosith. herm. pg. 469 Bouch. amissa Graeca versione, sed in pravis cupiditatibus enumeratum. Glossam Lat.-Gr. pg. 17, 18: ‚ancillarius, δουλοπρεπής‘ non dubito equidem emendare in ‚ancillaris‘.

<sup>3)</sup> Multo demum postea Latini talia formarunt qualia sunt denariarius (Volus. Maec.), salariarius (dig. et inscr.), oculariarius, speculariarius (inscr.) etc.

<sup>4)</sup> ‚ālicūla‘ falso lexica praeter Quicheratum; hic autem inepte de ‚ālica‘ vocabulum derivat.

*būcellae*<sup>1)</sup>. arum, f. VI 75, 3 h. [bucula<sup>2)</sup>.] Tertull.<sup>3)</sup> de monogamia 11 in.: et illi plane sic dabunt viros et uxores. quomodo buccellas. Apic. 7, 278; 294; 302. Ps.-Cyprian. de rebapt. 8 pg. 79. 22 Hartel. Vulg. Ruth 2. 14 al. genes. 18.5 al. Cod. Theod. 14, 17. 5. Anthim. 75. Gloss. Gr.-Lat. pg. 481. 42: *ψομτον* bucellum. Not. Tir.: bucella. (bucca <eo sensu> Petron. 44, Mart. X 5, 5 s. — buccia Aug. ap. Suet. Aug. 76 ex. — bucellatum Spart. Pesc. Nig. 10, 4. bucellatum Vulc. Avid. Cass. 5, 4, alii. — cf. offa, offula, ofella pg. 76; frustum, frustulum, frustillum.)

*umbella*, ae, f. (Sonnenschirm) XI 73. 6 p XIV 28 L. [umbra<sup>4)</sup>.] Iuven. 9, 50. Aliter Gloss. nom. pg. 588, 35: opacitas. umbella delectabilis. Thom. thes. pg. 625 b: umbella, parva umbra. (umbraculum <hoc sensu> Ovid. a. a. 2, 209; fast. 2, 311. Tibull. 2, 5, 97. Mart. XIV 28, 1 h <plur.>)

*fidicūlae*, arum, f. (genus tormenti) V 51. 6<sup>5)</sup> s. [fides.] (eodem sensu Val. Max., alii.) Prud. perist. 10, 481 et 550 sen.

*glandūlae*, arum, f. (corporis pars) III 82, 20 s VIII 20. 4 s. [glans.] (Cels., alii.)

## V. Verba simplicia.

### 1) Verba in -ari et -are a substantivis derivata<sup>6)</sup>.

Ut apud Statium primum vocabula leguntur ‚amīcare‘ [amicus] Theb. 3, 470, et ‚grēgari‘ [grex] Achill. 1, 373, ita apud Martialem nova occurrunt (in *q* 2, s 2) haec:

*libīdīnari*<sup>7)</sup>: libidinatur VII 57, 13 *q*. [libido.] Suet. Ner.

<sup>1)</sup> v. l. ‚buccellae‘, sicut fluctuant libri inter bucca, (buca), buccula, bucula.

<sup>2)</sup> significat, ut bucca, partem capitis, translate huiusmodi partem galeae et similia, nusquam id quod bucella.

<sup>3)</sup> Omiserunt lexica.

<sup>4)</sup> Cf. libra libella, fenestra fenestella, castrum castellum, lucrum lucellum etc. G. Mueller l. c. pg. 7 med.

<sup>5)</sup> Locum Martialis omiserunt lexica.

<sup>6)</sup> Cf. Paucker, Verborum denominativorum a substantivis declinatorum in -are breviarium, in ‚Anhang zu Beiträge etc.‘ Dorpati 1875 pg. 1 sqq.; Die verba denominativa auf -are, in Ztschr. f. vgl. Sprachf. 26 a. 1883 pg. 261—301.

<sup>7)</sup> Petron. 138, 7: ‚Paris dearum libidinantium index‘ inepte traditum feliciter ex con. Douzae in Buech. edit. tertia correctum est in ‚litigantium‘.



28: libidinum inceste . . . affirmant. Tertull. Scorpiace<sup>1)</sup> 3: abeunt (Israelitae) libidinum ad filias Moab. Porphyr. Hor. epod. 12, 11: subare proprie sues dicuntur cum libidinantur. Anthol. 149 [= PLM 4, 336], 10 *q*: mores illicite libidinantur.

† *nauculari*: nauculatur in stagno Lucrino III 20, 20 s. [naucula<sup>2)</sup>.] (,navigare' apud Martialem quater.)

*negotiari*: negotiatur VII 86, 9 *q*. [negotium.] (Cic., al.)

*semitari*: semitatus<sup>3)</sup> unguento calvam triflem VI 74, 2 s. [semita.] (Plin. 17, 169: <vineas oportet> quintanis semitari, hoc est ut quinto quoque palo singulae iugo paginae includantur.)

## 2) Verba desiderativa<sup>4)</sup>.

Verborum desiderativorum in -tūre cadentium scriptores Latini haud ita magnum numerum exhibent (22; cf. Woelfflin l. c.); tamen in lingua familiari multo plura olim usurpata esse credibile est, quandoquidem haec omnia fere leguntur in scriptis eis, quae a cotidiano aut vulgari sermone prope absunt. Itaque apud epicos quidem nullum deprehendimus, at apud Iuvenalem satiricum novum ,mictūre' (6, 309 et 16, 46) et apud Martialem epigrammaticum in iambis non minus tria:

† *cenātūre* XI 77, 3 sen.: cenaturit Vacerra, non cacaturit. [cenare.] (ēsūre Plaut., cet., Martialis septiens.)

*cacātūre*: ibid. [cacare.] Gloss. Lat.-Gr. pg. 95, 19: cacaturit, *χεῖριῦ*.

*nuptūre*<sup>5)</sup> audes III 93, 18 s. [nubere.] Apul. mag. 70: nupturisse.

## 3) Verba frequentativa et intensiva<sup>6)</sup>.

Haec verba cum prioribus temporibus multo plura in usu fuerint quam posterioribus (cf. Ploen l. c. pg. 79; Woelfflin l. c.

<sup>1)</sup> Sic corrigendum pro lexicorum ,adv. gnost.'

<sup>2)</sup> Plin. ep. 3, 16, 9, al.

<sup>3)</sup> ,semi-tactus' dederat Schn.; nunc e lexicis removendum.

<sup>4)</sup> Cf. Woelfflin, Die verba desiderativa, in Arch. 1 a. 1884 pg. 408—414.

<sup>5)</sup> ,nuptūre', quod Schn. et Gilb. exhibent (cf. app. crit.), ferri nequit; ,nuptum ire' Scriverii metro refellitur.

<sup>6)</sup> Cf. Paucker, Die verba frequentativa, in Z. f. vgl. Sprachf. 26 a. 1883 pg. 243—261. Woelfflin, Die verba frequentativa und intensiva, in Arch. 4 a. 1887 pg. 197—222.

pg. 204 ex.), non tam generum *poesis* discrepantias quam temporum statuere licet. Quocirca neque epici Valerius Flaccus et Statius neque epigrammaticus poeta Martialis magnum numerum novaverunt; Flaccus scilicet unum: ‚advectare‘ Argon. 4, 106. Statius: ‚impeditare‘ Theb. 2, 590 et ‚deiectare‘ ibid. 4, 381. Martialis:

*expulsare* ⟨pilam⟩ XIV 46, 1 h. [expellere.] Ammian. 23. 6, 24: quā ⟨Seleuciā⟩ per duces . . . expulsatā (= expugnata). (Varro sat. Men. 456: pila expulsim ludere.)

*actitare* causas I 17, 1 *q*. [agere.] (Cic., al.) Sidon. carm. 23. 140 *q*: causam seu Ctēsiphontis actitaret.

#### 4) Verba formationis non plane certae.

*masturbari* IX 41, 7 h: masturbatus uterque. IX 104. 13 h: masturbabantur Phrygii servi. Gloss. Lat.-Gr. pg. 127,45: masturbat, manuturbat, *δέξει καὶ δέξεται. ἔστι δὲ ὄμμα κοινόν.* [Probabiliter Buecheler<sup>1)</sup> statuit compositum esse verbum ex ‚man(u)‘ et ‚sturbare‘ reiciendumque esse ‚mastuprare‘, quod priore saeculo grammatici substituerunt. Praetermisit, quod alii (velut O. Weise et Saalfeld ll. cc.) verbum *μαστροπεύειν* subesse opinati sunt; hoc autem improbandum esse et significatio Graeci verbi docet et quod verba omnino rarissime Latini ex Graeca lingua arcessiverunt (cf. pag. 6 ex.)] cf. ‚masturbator‘ pg. 35 m.

*febricitare*<sup>2)</sup> XI 98, 20 s: febricitantem basiabit et fientem. [febris.] (Sen., al.)

## VI. Verba composita.<sup>3)</sup>

In hoc genere multum distat inter Martialem et illius aevi epicos. Valerius enim Flaccus novavit octo haec: adfremere. advectare; dequeri; intermicare; praefulgurare; protonare; superfugere, superincendere; Silius Italicus novem (undecim) haec: ⟨circumstipare 10, 453; an ‚circum stipare‘?⟩, diffulminare.

<sup>1)</sup> in Woelffl. Arch. 1 a. 1884 pg. 107.

<sup>2)</sup> Comparari fortasse potest cum verbi ‚os-citare‘ formatione.

<sup>3)</sup> Cf. Paucker, Die mit Praepositionen zusammengesetzten Verba, in ‚Materialien‘ pg. 1—26.

(*effrenare*: *effrenus* iam Verg. et Ovid.), *instridere*, *interstruere*, *praeformidare* (Quint.), *praegaudere*, *suberigere*, *subnatate*, *superinstrepere*; Statius vero quinquaginta tria haec: *ab-natate*; *ad-aestuare*, *-cantare*, *-errare*, *-frangere*, *-narrare*<sup>1)</sup>, *-nubilare*, *-sibilare*, *-sociare*, *-stridere*, *-tremere*, *-verberare*, *-verrere*, *-vivere*; *de-(ire? Theb. 2. 551)*, *-grassari*, *-lambere*, *-serpere*, *-vesci*; *di-fibulare*; *effulgurare*, *emanere*, *excursare*, *-errare*; *in-glomerare*, *-luctari*, *-mutescere*, *-radiare*, *-reptare*, *-rubescere*, *-rugare*, *-serpere*, *-servare*, *-tepere*: *inter-ligare*, *-nigrare*, *-plicare*, *-sonare*, *-virere*: *ob-ardescere*; *per-merere*: *praecelerare*, *-furere*, *-libare*, *-metere*, *-solidare*, *-sudare*; *pro-curvare*, *-fringere*, *-nectere*: *super-fulgere*: *trans-fumare*, *-sumere*.

Martialis autem invenit non amplius quattuor: idem ex prosa oratione ascivit 12 composita:

*allatrare*: *allatras* nomen II 61, 6 p; *allatres* licet usque nos V 60, 1 q. (Liv., al.) Sil. 8, 290. Claud. cons. Stilich. 2, 466 h. *convivere* I 86, 8 q. (Sen. ep., al.) Vict. gen. 3, 634.

*excalciatus* XII 87, 6 s. (Varr. sat. Men. 439: nemo se exalceatur. Seneca aliique: *excalceari* (reflex.))

*exheredare*: *exheredavit* te pater III 10, 6 p. (Cic., al.)

*exhilarare*: *exhilarant* ipsos gaudia nostra deos VIII 50, 6 p. (Cic., Plin.) Anthol.<sup>2)</sup> 683 [= PLM 3 pg. 245], 14 p: *exhilarans* variis tristia corda modis.

*excogitare*: *excogitavit* XII 87, 4 s. (Cic., al.) Poeta pall. inc. inc. 7 sen. Ribbeck: *nulla poena acerbior* | *excogitari* potuit uxoris malis.

*interiungere* (intrans.) II 6, 16 q; *interiungit* equos III 67, 7 q. (Liv., al.) Stat. Theb. 6, 286 Kohlm.: *nantantibus interiunctus* equis.

*perfricare*: *perfricuit* frontem XI 27, 7 h. (Cic., al.)

*perfrigescere*: *perfrixisse* tuas fauces III 18, 1 h. (Varro, al.)

*permadescere*: *effuso permaduisse* croco V 25, 8 p; *multo permaduisse* sale VI 44, 2 p. (Sen., al.) Prud. perist. 10, 1010 sen.: *permadescitis*.

<sup>1)</sup> ,*adnarrare*' (Theb. 8, 619 Kohlm.; ,*enarrare*' priores) non est in lexicis.

<sup>2)</sup> Omiserunt lexica.

*per-nēre*: cum mihi supremos Lachesis perneverit<sup>1)</sup> annos I 88, 9 h. Sidon. carm. 15, 167 h: vita nondum pernetā.

† *p̄r-oscūlari*: hos perosculatur (= omnes deinceps osculatur) VIII 81, 5 q. (per-basiare Petron. 41: circumvenntem puerum sanē perbasiamus.)

*prae-lēgere*: quos (versus) praelegat in schola magister I 35, 2 q; praelegat ut tumidus rauca te voce magister VIII 3, 15 h. Quintil. 1. 5, 11: auctores, quos praelegunt; 1. 8, 8: pueris . . . . praelegenda: 1, 8, 11: in praelegendo grammaticus et illa . . . . praestare debet etc. Suet.<sup>2)</sup> gramm. 1: si quid ipsi Latine composuissent, praelegebant: ibid. 16: primus dicitur . . . . Vergilium et alios poetas novos praelegere coepisse. — Tac. ann. 2, 79: oram Lyciae ac Pamphyliae praelegentes = praetervehentes: item 6, 1: Campaniam praelegebat. Rutil. 1, 223 h: Alsia praelegitur tellus (cf. Tac. l. c.). — Apul. met. 7, 11: praelectus grandis hircus = electus. (recitare Plaut., al.: Mart. viciens septiens. — legere alicui Cic., alii: Mart. III 44, 10 et 11.)

† *rē-fibūlare*: refibulavit turgidum faber penem IX 27, 12 s.

*subluere*<sup>3)</sup>: solium subluto podice perdis II 42, 1 h; inguina sic toto subluis in solio VI 81, 2 p. (Caes., al.) Avien. terr. 183 h: subluit illic unda Chelidonias. Anthol.<sup>4)</sup> 478, 4 p: securos subluit (em. Riese) unda pedes.

*subnotare*: non sobria verba subnotasti I 27, 5 q; cum vultu digitoque subnotasset VI 82, 3 q. (Aliter Sen., al., = subscribere.) Prud. perist. 2, 132: tum subnotanda est summula = subscribenda.

<sup>1)</sup> In Gilberti editione typhotetarum errore (eodem qui est in aliquot codd.) legitur ‚pervenerit‘. [Ibidem III 1, 1 pro ‚ob‘ ex edit Schn.<sup>2)</sup> transumpto lege ‚ab‘, XI 53, 5 pro ‚facunda‘ lege ‚fecunda‘, XI 56, 1 pro ‚Chaeremen‘ lege ‚Chaeremon‘. In Friedlaenderi contextu II 17, 2 pro ‚pendent‘ lege ‚pendent‘, IV 19, 9 pro ‚ratus‘ lege ‚artus‘, V 35, 4 pro ‚repedit‘ lege ‚repetit‘, VII 27, 2 pro ‚Aetola‘ lege ‚Aetolae‘.]

<sup>2)</sup> Suetonium et Gellium confundere videtur Georges.

<sup>3)</sup> Nam coniectura Ribbeckii in Pacuv. 394 ‚subluta mole‘ ~~nam~~ incerta est neque eam lexicographi receperunt.

<sup>4)</sup> Non est in lexicis.

## VII. Adverbia.

Stattus inventor fortasse est adverbii ‚incompte‘ (silv. 5, 5, 34 h): Martialis e cotidiano sermone videtur sumpsisse

*effecte*<sup>1)</sup>! II 27. 3 h: effecte! graviter! cito! nequiter! euge! beate! [effectus.] Ammian. Marcell. 16, 5, 7: effecte pleneque colligeret. comparativus Apul. flor. 9: rationem tuam in provincialium negotiis contemtor. qua effectius amare te debeant; ibid. 16<sup>2)</sup>: sed de hoc tum ego perfectius, cum vos effectius.

*indēcenter* X 22, 1 q. [indecentus.] (Sen., al.)

Et quoniam relativum ab Ovidio et Valerio Flacco usurpatum ‚quāliter‘ Martialis quoque ter posuit, consentaneum est eundem addidisse demonstrativum

*tālīter* V 7, 3 h. (Plin., al.)

### De ratione quae inter omnia novata et metra epigrammatum intercedit.

Omnia quae digessimus vocabula si computaveris et, quae in pluribus metris occurrunt, in unoquoque eorum metrorum semel numeraveris, hos efficies numeros: exhibentur

| novata in | h   | p   | q   | s   | dim. | sen. |
|-----------|-----|-----|-----|-----|------|------|
| generis a | 78  | 50  | 54  | 42  |      | 3    |
| generis b | 116 | 67  | 65  | 60  | 2    | 1    |
| omnia     | 194 | 117 | 119 | 102 | 2    | 4    |

ergo in dactylicis 311, in iambicis 108.

Sequitur, quoniam (cf. pg. 4) dactylici versus quater tantam verborum copiam efficiunt quam hendecasyllabi, 41 novata

<sup>1)</sup> Adverbia in -e derivata a participio perfecti collegit Paucker in ‚Materialien‘ pg. 140–143.

<sup>2)</sup> ibid. 15. quem locum Georges praebet, non adverbium, sed adiectivum est.

in *q* plura esse quam quot exspectantur (78). In iambicis vero quae noviens minus syllabarum quam dactylici faciunt, exspectatur esse 34, insunt autem 108, i. e. ter tanto plura.

Quod igitur in his (scilicet imprimis choliambis) Martialis tribus partibus magis, in *q* aliquanto magis quam in dactylicis versibus ab apparatu priorum poetarum discessit, id ea re declaratur, quod, cum his metris pauci ante ipsum usi essent, in eo poesis genere satis novo vel certe nondum exulto tritove etiam verba plura novanda erant, quam ubi magnam a prioribus quasi hereditatem ceperat.

### De studiis posterorum.

Epigrammata Martialis per omnia litterarum Latinarum saecula nota fuisse exemplis testimoniisque docuit Schneidewinus in editionis maioris pg. VII sq.; eorum autem poetarum, qui Martialem imitati sunt, versus aut versuum partes diligenter congressit E. Wagner in editione a Friedlaendero curata. Etiam certius historiam verborum a Martiale novatorum persecuti ad eos poetas ducimur, qui adoptatis eorum vocabulorum permultis, quantopere Martiali studuerint quantumque huius apud se auctoritas valuerit, manifesto prae se ferunt. Nominandi sunt prae ceteris Iuvenalis, Ansonius, Prudentius, Sidonius Apollinaris, Venantius Fortunatus, et anthologiae Latinae quidam poetae.

**Iuvenalem** enim supra docuimus adoptasse haec:

*choraulis; phrenesis; conchis, cottona; oryx, cammarus; phiala, paropsis, crystallina; endromis, coccinus, amethystina, bombycinus; ceroma; thermae, comoedi; zelotypus, pragmaticus, stigma, aenigma, poppysma; salutatrix, dispensator, habitator, delator, structor; cenatio, pensio, portio; debilitas; minutal, cervical, subligar; India; bascauda; sandapila; lanista, tomacula, lodix; municipalis, specularia; gulosus; Trifolinus; galbina, sucina; Bardaicus (Mart.: Vardaicus), Baeticus; resinatus; renetus; semodius; cenula, Graeculus, vernula, ofella, umbella.*

**Ausoniam haec:**

*bibliotheca, lemma; metrum; dropax; sindon; colossus, itaplus, zelotypus, stigma, aenigma, trieteris; sciscitator* (soluta orat.), *populatrix, fellator; portio; reatus; veraedus; unicipalis; Catullianus* (soluta orat.); *consocer, quinquilex, honorificus; rusticulus.*

**Prudentium haec:**

*alpha*<sup>1)</sup>; *epigramma; clinicus, phrenēsis; parabsis; amethystina; aenigma; sciscitator, gestator, habitator; pugio; utus; Salaria; theatralis, amphitheatralis; sucina; urbicus; ructilis; inenarrabilis, inexplicitus, transtiberinus; rusticulus, ruda, ofellae, fidulae; permalescere, subnotare* (alia significatione).

**Sidonium**<sup>2)</sup> **haec:**

*bybliopola* (soluta orat.), *bybliothea, lemma* (sol. or.); *teasticha, epigramma, metrum, choraular; platanon; oxygarum* (ol. or.), *sigma, stibadium* (sol. or.); *endromidatus*<sup>3)</sup> (sol. or.), *prasinus; thermae, comordus, sophōs; cataplus* (sol. or.), *ceuma, trieteris, rhonchisonus; Mithrūtuticus, Lemniacus, rsacius; invitator* (sol. or.); *ernatio, portio; reatus; ilicium; hospitalitas; veredus; vispillo* (sol. or.); *sabbatarius* (ol. or.), *helciarii; municipalis, epistularis; contumeliosus; culentus; Rhenanus* (sol. or.), *Nicerotianus, Neronianus; olosas; palmata; venetus; botellus; actitare causam; pernerē.*

**Venantium haec:**

*choraules; būfulus* (Mart.: būbalus); *coccinus, amethystinus, mbycina, prasinus; celeuma, stigma, aenigma; nutritor,*

<sup>1)</sup> Hoc tamen e scriptura sacra (Joannis apocal. 1. 8. 21, 6. 22, 13: *ego sum α et ω*) Prudentium sumpsisse manifestum est.

<sup>2)</sup> Cf. E. Geisler. De Apollinaris Sidonii studiis. Vratislaviae 1885 p. 49 sqq.

<sup>3)</sup> Falso 'endromitatus' Georges et Grupei index in editione Luetthanni (1887).

*structor; reatus; veredus; cocuma* (Mart.: cucuma); *gāvata* (Mart.: gābata); *coclare, speculare; Ravennas.*

#### Anthologiae poetas quosdam haec:

*bibliōpōla* (falsa mensura), *bibliotheca; epigramma, tetrasticha, metrum; phiala; octophoron; prasinus; thermæ, sofōs; catapulus, stigma, trieteris; gestator, habitator; reatus; hāletar* (falsa mensura); *cispillo; amphitheatralis; bucēus; honorificus; Graeculus, regulus* (avis), *ofellae; libidinari; exhilarare, subluere.*



## ADDENDA ET CORRIGENDA.

*Pg. 7, 6 lege pg. 22 adnot. 3.*

*Pg. 24, 14 ad condylus haec adnota:* Dedimus vulgatam huius loci explicationem, quae tamen et subdifficilis est neque ullo ex tot ubi de tibia agitur locis (collectis v. c. in Forcellinii lexico) confirmatur. Accedit quod post versus 26-28 expectatur quodammodo mentio eius, qui tibia canet: itaque quoniam ex IX 98 cognoscitur 'Condylus' nomen non insolens fuisse servorum, persuasum his causis mihi est scribendum esse: 'parvi tibia Condylus sonabit', commemorarique a Martiale puerum vernulam. (Cf. V 34, 3 parvula Erotion, VI 38, 1 parvus Regulus, VI 13, 6 parve Cupido.) Nam eadem saepe nomina et verorum et fictorum hominum occurrunt apud Martialem: cf. in Gilberti indice nominum: Apicius, Charidemus, Cinna, Crispus, Lesbia, Lupus, Lycoris, Parthenopaens, Pollio, Priscus, Rufus, Santra etc. etc.

*Pg. 27 adn. 1 vers. 4 post verba semper disyllabum est, haec adde:* Itaque etiam XIII 74, 1 cum PQEXABFG, Schm.<sup>1</sup> legendum est 'Tarpei templa Tonantis' (cf. IX 86, 7: Tarpeium Tonantem, 101, 24: Tarpeio patri) non 'Tarpeia' cum RT, Schm.<sup>2</sup>, Gilb., Friedl.

*Pg. 28, 12 post Cerbēreus, adde ex Propertio Daedālēus, deinde post Gorgōnēus, adde ex Anthol. Memphidēus.*

*Pg. 30 adn. 1 vers. 3 adde haec:* Quod in Pervigil. Veneris 72 'Rōmūleās nuptias' exstat, metro trochaico indulsit poeta

*Pg. 31, 24 lege 11) -is (īdis vel idos) et 12) -iās (iādis vel iādos).*

*Pg. 31 adn. 3 adde:* Myrimus, bestiarius spect. 20, 1 h, gladiator XII 29, 7 h.



*Pg. 47, 6 adnota haec:* Quod in Thomae thes. pg. 563 exstat glossa: sandapila, scurra, lixa, corbellus; contaminatae socordia librariorum mihi videntur complures glossae, fortasse hoc ordine olim scriptae:

|           |                    |
|-----------|--------------------|
| sandapila | feretrum mortuorum |
| sannio    | scurra             |
| sarcinula | lixae corbellus.   |

*Pg. 64, 29 post stōlatus pudor lege I 35, 8 q. Itaque in praecedentis paginae tabula metrica hexametrorum numero detrahendus unus, hendecasyllaborum unus addendus est.*

*Pg. 73 ex. ad † cistī-fer, i. m. an cis-tiber? haec adnota:* ‚cistifero‘ cum TP et nonnullis deterioribus libris editores praebent; sed, quod quattuor optimi codices XABG habent, ‚cistibero‘ iure praefertur ab O. Hirschfeld (in Hermae vol. 24 a. 1889 pg. 106 sq.) cogitante de ‚quinqueviris cis Tiberim‘ (vd. Mommsen, Röm. Staatsrecht 2<sup>a</sup> pg. 611 sq.), qui ‚Cistiberes‘ dicuntur a Pomponio dig. 1, 2, 2, 33. — Ceteras lectiones (celtibero, cestigero, cistigero) improbandas esse omnes consentiunt.

---

## INDEX CRITICUS.

---

|                                      |                             |
|--------------------------------------|-----------------------------|
| Verg. Aeu. 1, 665 . . . . .          | pg. 28 adn. 7.              |
| Propert. 3, 7, 39 Baehrens . . . . . | pg. 28 adn. 7.              |
| Ovid. am. 3, 6, 96 Riese . . . . .   | pg. 55 adn. 5 ex.           |
| Martialis V 78, 30 . . . . .         | pg. 86 med.                 |
| VII 41, 1 et 2 . . . . .             | pg. 7 in. et pg. 22 adn. 3. |
| X 42, 3 . . . . .                    | pg. 29 in.                  |
| XII 3, 12 . . . . .                  | pg. 30 adn. 2 et 3.         |
| XII 59, 9 . . . . .                  | pg. 70 adn. 4.              |
| XIII 24 L et 1 . . . . .             | pg. 29 in.                  |
| XIII 74, 1 . . . . .                 | pg. 86 ex.                  |
| XIII 114, 1 . . . . .                | pg. 59 adn. 4.              |
| CIL 5, 5325 . . . . .                | pg. 46 adn. 3.              |
| 10, 4483 . . . . .                   | pg. 24 ex.                  |
| Gloss. Lat.-Gr. pg. 17, 18 . . . . . | pg. 77 adn. 2.              |
| Thomae thes. pg. 563 . . . . .       | pg. 87 in.                  |

---

# INDEX VERBORUM.

(Vocabula „generis a“ litteris diductis insignita sunt)

- |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                         |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                             |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                            |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>† Abderitanus 58.<br/>         † acipensis 43.<br/>         actitare 80.<br/>         acus, i 50.<br/>         * adventoria 68.<br/>         aenigma 25.<br/>         ālicula 77.<br/>         allatrare 81.<br/>         alpha 8.<br/>         ambulator 37.<br/>         † amethystinatus 65.<br/>         amethystinus 20.<br/>         * amictorium 68.<br/>         amphitheatralis 53.<br/>         amphitheatrum 21.<br/>         anaglypta 17.<br/>         analecta 23.<br/>         ancillariolus 77.<br/>         anteambulo 71.<br/>         Antipolitanus 59.<br/>         antlia 19.<br/>         aphronitrum 13.<br/>         apinae 46.<br/>         apyrina 14.<br/>         [archiclinicus] 11.<br/>         Argiletanus 57.<br/>         Arsacius 29.<br/>         ascaules 11.<br/>         Atestinus 59.<br/>         † baeticatus 65.<br/>         Baeticus 61.<br/>         bālux vd. pālux.<br/>         barbarismus 22.</p> | <p>bardocucullus 71.<br/>         bascauda 44.<br/>         basiator 34.<br/>         bessalis 53.<br/>         beta 8.<br/>         bibliopola 8.<br/>         bibliotheca 9.<br/>         † Blaesianus 57.<br/>         boletaria 42.<br/>         bombycina 20.<br/>         botellus 76.<br/>         botryon 14.<br/>         bubalus 15.<br/>         bucellae 78.<br/>         bustuarius 52.<br/>         buxetum 41.<br/>         buxens 60.<br/>         cacaturire 79.<br/>         Caeretanus 57.<br/>         Caesarianus 58.<br/>         callainus 21.<br/>         calculator 34.<br/>         cammarus 15.<br/>         cantator 37.<br/>         canusinatus 65.<br/>         † Capelliana 57.<br/>         capillare 53.<br/>         capones 41.<br/>         carruca 45.<br/>         caryota 14.<br/>         caryotis 14.<br/>         † Castalis 32.<br/>         Castranus 57.</p> | <p>catapulus 23.<br/>         † cathedralicius 67.<br/>         Catonianus 58.<br/>         cattaē 48.<br/>         Catullianus 58.<br/>         † celebrator 34.<br/>         celeuma 23.<br/>         cenatio 39.<br/>         cenatoria 68.<br/>         † cenaturire 79.<br/>         cenula 75.<br/>         ceroma 13.<br/>         cerussatus 63.<br/>         cervical 43.<br/>         [chalicea] 6.<br/>         † Chaticus 61.<br/>         † Chersos 15.<br/>         choraulus 11.<br/>         chrysendetus 17.<br/>         [chrysia] 6.<br/>         cisterna 49.<br/>         cistiber? 73. 87.<br/>         cistifer? 73. 87.<br/>         lancularius 51.<br/>         clepsydra 19.<br/>         clinicus 11.<br/>         coccinatus 65.<br/>         coccinus 20.<br/>         cocleare 53.<br/>         colossus 22.<br/>         comissatio 39.<br/>         comodi 21.<br/>         conchis 14.<br/>         condiscipula 44.</p> |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

- lylus (?) 24. 86.  
 larium 52.  
 asores 37.  
 ocer 71.  
 meliosus 55.  
 turbator 34.  
 vere 81.  
 ta 16.  
 inus 15.  
 la 16.  
 onis 9.  
 mianus 58.  
 nicos (?) 7. 22.  
 na 14.  
 a 17.  
 49.  
 cula 75.  
 alus 75.  
 smata 11.  
 allina 17.  
 lus 50.  
 na 49.  
 m 16.  
 lonēus] 29.  
  
 diotheca 18.  
 ascensus 31.  
 mon 15.  
 itas 41.  
 or 37.  
 bilis 69.  
 his 32.  
 iscalpium 71.  
 sma 14.  
 reta 17.  
 rus 17.  
 nsator 37.  
 icenium 71.  
 nitor 35.  
 icus 23.  
 oax 12.  
 lis 69.  
 iarius 52.  
  
 cte 83.  
 stus 17.  
  
 endromis 19.  
 enterocelae 12.  
 enterocelicus 13.  
 † entheatatus 65.  
 epaphaeresis 12.  
 epidipnis 16.  
 epigramma 11.  
 epistolaris 53.  
 † eschatocollion 9.  
 esculentus 56.  
 † esuritor 36.  
 excalcatus 81.  
 excogitare 81.  
 exheredare 81.  
 exhilarare 81.  
 exitiosus 55.  
 expulsare 80.  
 extemporalis 53.  
  
 fasciatus 64.  
 febricitare 80.  
 fellator 37.  
 ficetum 41.  
 fidiculae 78.  
 Floralicius 67.  
 foliatum 65.  
 fringillus 43.  
 fumaria 52.  
 fututrix 38.  
  
 gabatae 49.  
 galbinus 60.  
 † galbinatus 65.  
 \* galericulum 76.  
 galliambos 10.  
 gausapinae 20.  
 gelasinus 24.  
 gerres 50.  
 gestatio 39.  
 gestator 36.  
 ginnus 15.  
 † glabraria 51.  
 glandulae 78.  
 glaucina 13.  
 Graeculus 75.  
 graphiarium 51.  
  
 Gratiana 57.  
 gratulator 34.  
 gulosus 55.  
 guttatus 64.  
  
 habitator 37.  
 haedius 59.  
 halter 21.  
 haphe 21.  
 † harpastum 21.  
 helciarii 51.  
 † Helicaonius 29.  
 hemitritaeos 13.  
 † hexaclinon 17.  
 hexaphorum 18.  
 honorificus 74.  
 hospitalitas 41.  
 hydrocelae 12.  
 † hysterica 13.  
  
 † Ianthēus (?) 30.  
 ianthinus 20.  
 ichneumon 15.  
 ilicetum 41.  
 indecenter 83.  
 inenarrabilis 73.  
 † inevolutus 73.  
 inexplicitus 73.  
 infantaria 51.  
 interiungere 81.  
 invitator 34.  
 iota 8.  
  
 † lagalopex 15.  
 lalisio 46.  
 † Lampsacius 29.  
 lanista 49.  
 Laurentinus 59.  
 Lavicanus 57.  
 † lecticariola 77.  
 lemma 9.  
 Lemniacus 30.  
 † Leuconicus 61.  
 † leucophaeatus 65.  
 libidinari 78.  
 lichenes 13.

- Lingonicus 61.  
 locarii 52.  
 locellus 76.  
 lodices 50.  
 lomentum 40.  
 Lucanica 61.  
 ludia 44.  
 lygdos 22.  
  
 [malchio] 42.  
 malleator 35.  
 Mamertinus 59.  
 \* mamillare 54.  
 mannuli 75.  
 Marcellianum 58.  
 Marsica 61.  
 masturbari 80.  
 † masturbator 35.  
 mattea 16.  
 † Maurusiacus 31.  
 melandrya 16.  
 \* membranens 60.  
 meridianus 57.  
 metrum 11.  
 †\* ministratorius 69.  
 minutal 43.  
 † Minyus 31.  
 missicius 67.  
 missio 39.  
 Mithridaticus 27.  
 monaulos 11.  
 mōrio 42.  
 motor 35.  
 multisonus 72.  
 municipalis 53.  
 † Myrinus 31. 86.  
 † myxa 18.  
  
 narthecia 13.  
 † nauculari 79.  
 negotiari 79.  
 negotiator 37.  
 Neronianus 58.  
 Nicerotianus 58.  
 nitratus 65.  
 \* nivarius 52.  
  
 nomenclator 37.  
παντός ἐφήκουσαν ἀξίαν τοῦτο καὶ ἄλλῃ παντὶ τῷ τηλικούτων  
15 ἀγαθῶν ἐν θεωρίᾳ γενησομένῳ, καὶ λέλυται τὸ ἄπορον, πῶς διέ-  
μεινεν εἰς τσσαίτας ἡμέρας τὸ σῶμα τοῦ Ἡρώς κείμενον ἐπὶ γῆς  
ἀδιάλυτον. εἰ γὰρ κατὰ τὴν κοσμικὴν ἐγένετο τάξιν θεωρῶν γενέσθαι  
τὴν ψυχὴν χωρισθεῖσαν τῶν μετὰ σώματος ἀοράτων καὶ ἄγγελον  
τολ. 7 γ. ἀνθρώποις, καὶ τὴν τοῦ σώματος | . . . . . 135 . . . . .  
20 . . . . Ἡρώς . . . . 22 . . . . περὶ πασῶν λέγει ψυχῶν. ὡς αἱ  
μὲν [οὖν] εἰσιν ἐκφαντορικαὶ ταῖς ἐν γενέσει ψυχαῖς τῶν ἀγνώστων  
αὐταῖς πραγμαμάτων, αἱ δὲ ἄλλων κατὰ τὰς διαφορὰς τοῦ παντός  
περιόδους, (οἷον αἱ μὲν τελετῶν καὶ μυστηρίων, ὅσαι τοῖς τελετομη-  
25 τορικαῖς τάξεσιν ἀνεῖνται τῆς κρυφίως οὔσης ἐν τοῖς θεοῖς ἀληθείας,  
αἱ δὲ ἰατρικῆς, ὅσαι ταῖς παιωνίαις δυνάμεσι ταῖς ἀγῆρων καὶ  
ἄνοσον καὶ ἄλυτον συνεχούσαις τὸν ὅλον οὐρανόν), οὕτω δὴ οὖν καὶ  
τῶν ἀφανῶν περιόδων τῶν ψυχικῶν ἀξιαί τινες γίνονται διαφερόντως  
τῆς ἐποψίας, ὅσαι τοῖς τῶν περιόδων τούτων ἡγεμόσιν οἰκείονται.  
30 καὶ αὐταὶ ποτὲ μὲν ἀτοφανῶς ἰδοῦσαι τὰς ἐν τῷ παντὶ τούτῳ  
κόσμῳ τάξεις αὐτῶν διαγγέλλουσιν κατὰ τὴν ἐν τῷ παντὶ προ-  
ὑπάρχουσαν καὶ ἱερατικὴν δίκην, αἱ δὲ ἄλλον τρόπον ἀναμνησθεῖσαι  
τῶν ἔξω θεαμάτων κατὰ τὴν φιλόσοφον θεωρίαν. ὡς γὰρ οἱ παρ'  
ἡμῖν ἱερατικοὶ τοῖς ἐπόπταις δύνανται ἐντιθέασιν ἰδεῖν ἢ μὴ πρό-  
35 τερον φάσματα καὶ ποιῶσι θεωροῦς, οὕτω καὶ ἡ ἐν τῷ κόσμῳ

13) cod. τούτων.

21/22) cod. ψυχαῖς ἀγνώστων τῶν ἐαυταῖς.

29) cod. οἰκείονται.

31) cod. διαστέλλουσιν, corrector διαγγέλλουσιν.

32) cod. om. δίκην.

δίκη πρὸ τῆς παρ' ἡμῖν εἰς πολλὰς τοῦτο δρᾶ ψυχὰς τὰς ἀξίας  
 τῆς τοιαύτης μακαρίστης θείας (πρὸ γὰρ τῶν μερῶν τὸ ὄλον) καὶ  
 τελεστικαῖς χρῆται δν | [νάμει] . . . . . 140 . . . . . fol. 7 v.  
 . . τύχην . . . καθιεροῦσι χρόνον . . . . . μὲν τὸ πᾶν κατὰ  
 δίκην ὀφειλομένης αὐτῇ τῆς τοιαύτης εὐδαίμονος τελειότητος, ὡς 5  
 δὲ πρὸς ἐκείνην τὴν ὑπὸ τοῦ παντός τελουμένην εἰς ἀγγελικὴν  
 ἀνήγετο τάξιν. καὶ γὰρ οἱ τῆδε τελεστικοὶ τάξεώς εἰσι τοιαύτης·  
 „θέει ἄγγελος ἐν δυνάμει ζῶν“ φησὶν τὸ λόγιον, ὅστις ἐστὶν  
 ὡς ἀληθῶς ἱερατικός· γίνεται οὖν ἐπόπτης μὲν τῶν ἀφανῶν, ἄγγελος  
 δὲ τοῖς ἐμφανέσιν ὁ αὐτός· διόπερ αὐτὸν οἱ δικασταὶ κελεύουσιν 10  
 ὄραν τὰ ἐν τῷ τόπῳ πάντα καὶ ἀκούειν, τόπον μὲν δήπου τοῦ  
 μύθου λέγοντος τὸν παρὰ τοῖς δικασταῖς· ἐντεῦθεν γὰρ ὡς ἐκ πε-  
 ριωπῆς ὄλον τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ καθορᾶν, τὰ μὲν ἀσώματα  
 τοῖς ἀσώματοις ὄμμασιν τῆς ψυχῆς, τὰ δὲ σωματικὰ τοῖς τοῦ  
 ἀγνοειδοῦς ὄχηματός. διὸ καὶ ἀκούειν αὐτὸν φησι χρῆται καὶ ὄραν· 15  
 τοῦτο γὰρ καὶ ὄρατικὸν ὄλον ἅμα καὶ ἀκουστικόν ἐστίν. καὶ γὰρ  
 ἐν αὐτῷ πρώτως ἡ αἰσθησις ἢ μία καὶ ἀμερῆς, ἀφ' ἧς αἱ μεμερι-  
 σμένοι περὶ τοῖς αἰσθητηρίοις. ὡς οὖν ἐκείνη γινώσκει τὰ πασῶν,  
 οὕτω καὶ τὸ ὄχημα τὸ αὐτῆς τὰ πάντων τῶν αἰσθητηρίων, καὶ ὡς  
 ἀμερῶς ἐκείνη, οὕτω τὸ ὄχημα ἀπαθῶς. ταύταις δὲ χρῆται ταῖς 20  
 αἰσθησεῖν ἔξω σώματος ὃν καὶ ἕλης καὶ, ὅταν ἀποκαταστῇ, τὰ  
 τε οὐράνια καὶ τὰ ὑπὲρ τὸν οὐρανόν, ὡς φασὶν οἱ θεουργοί, φῶτα  
 θεώμενον καὶ τῆς | . . . . . 108 . . . . . αν λεγε που κα . . fol. 8 r.  
 . . . 25 . . . . . ἀλλὰ ταῦτα καὶ ἐν ἄλλοις [εἴρηται. διὰ τί δὲ σημεῖα]  
 τοῦτω περιλάπτειν οὐκ ἐθέλουσιν οἱ δικασταί, δῆλον. οὐ γὰρ εἶχεν 25  
 αὐτῷ πέρας ὁ βίος, ἢ δὲ κρίσις ἦν μετὰ τὸν βίον καὶ ἢ τῶν ση-  
 μείων περίθεσις μετὰ τὴν κρίσιν. οὕτω δὲ καὶ ἐν τοῖς ἐπομένοις  
 ἐρεῖ μηδὲ κληρὸν αὐτὸν τινα λαγχάνειν· οὐ γὰρ τῆν ἐφ' ἕτερον βίον  
 μετάβασις, ἀλλ' ὁ αὐτὸς ἦν διακοπτόμενος τῇ αὐτοπιτικῇ ταύτῃ  
 θεωρίᾳ καὶ τῷ χωρισμῷ τοῦ σώματος. 30  
 „Ὁρᾶν δὲ ταύτη μὲν καθ' ἐκάτερον  
 τὸ χάσμα τοῦ οὐρανοῦ τε καὶ  
 τῆς γῆς“ — ἕως τοῦ “καὶ ἀσμένας

1) cod. om. δίκη.

3) δν[νάμει] supplevit P.

5) cod. ὀφειλομένην.

8) Versus hexametri clausula.

13) cod. καθόσον, corrector καθορᾶν.

26) M πέρας βίος P πέρας ὅπως.

31) ὄραν δὲ corrector, ὄρη δὲ cod.

εἰς τὸν λειμῶνα ἀπιούσας οἶον ἐν  
πανηγύρει κατασκηῶσθαι.“

- Ἐν τούτοις σαφέστατα διέκρινεν ὁ μῦθος, τίνες μὲν εἰσιν αἱ  
χρεῖαι τῶν δύο χασμάτων τῶν εἰς τὰς λήξεις ἀγόντων τὰς ψυχάς,  
5 τίνες δὲ τῶν λοιπῶν τῶν εἰς γένεσιν φερόντων ἀπὸ τῶν λήξεων  
ἐκείνων. ἀπίασι μὲν τοίνυν αἱ ψυχαὶ διὰ τοῖν δυοῖν, ὧν τὸ μὲν  
εἰς οὐρανὸν τείνει, τὸ δὲ εἰς τὰ ὑπὸ γῆς. εἰ δὲ τὰ χάσματα οὐ  
χωραὶ τινές εἰσιν, ἀλλὰ δαιμόνιαι τάξεις, ὡς ἐδείκνυμεν, διαστέλ-  
λουσαι τὰς τῶν ψυχῶν λήξεις οὐρανιας τε καὶ χθονίας, ἑώρα μὲν  
10 ἐκεῖνος, εἰ τύχοι, καὶ τὰς ἀσωμάτους διανομὰς τῶν ψυχῶν, ἑώρα  
δὲ καὶ τὰς σωματικὰς μεταστάσεις, ἃς ἐποιοῦντο διὰ τῶν ὀχημάτων  
ἄνω τε καὶ κάτω φερομένων, εἰσδεχομένων αὐτὰς ἀπιούσας ἢ τῶν  
fol. 8 v. εἰς οὐρανὸν ἀναγόντων δαιμόνων ἢ τῶν εἰς τὰ [ὑπὸ γῆς] . . . . .  
. . . . . 130 . . . . . φέροντα τόπον ἐξ οὐρανοῦ τε . . . . .  
15 κατιούσαι καὶ ἐκ γῆς ἀνιούσαι, στελλόμεναι δι' ἄμφω πρὸς τὰς  
γενέσεις τῶν ζώων· ὄ[θεν] καὶ ἐκ Διὸς καὶ ἐκ Πλούτωνος εἶναι  
τὰς εἰς Ποσειδῶνος ἐπειγομένας. τὰς μὲν οὖν ἐκ τῆς γῆς ἀνιούσας  
κόνεως πεπληρῶσθαι καὶ ἀρχμοῦ, τὰς δὲ ἐξ οὐρανοῦ κατιούσας  
εἶναι καθαρὰς τούτων. αἱ μὲν γὰρ οὐ παντελῶς ἦσαν ἴλης ἐκτός,  
20 αἱ δὲ ταύτης ἐκαθάρευον· τὴν δὲ ἕλην ἀχιμηρὰν ὡς ἄγονον καὶ  
τῶν λογίων λεγόντων ἀκούομεν. ὧν οὖν καὶ τὰ ὀχήματα ἦν ἔνλα  
καὶ σκοτεινὰ καὶ ἔτι τῆς παχυτέρας οὐσίας ἀναπεληρημένα, ταύτας  
ἀρχμοῦ καὶ κόνεως εἶπεν μεστάς, ὧν δὲ κουφότερα τὰ περιβλήματα  
καὶ φωτεινότερα διὰ τὴν ἐν οὐρανῷ διατριβήν, ταύτας καθαρω-  
25 τέρας. πᾶν γὰρ καθαρὸν τὸ μηδὲν ἀλλότριον εἰσδεξάμενον, ἀλλό-  
τριον δὲ τῷ λεπτῷ τὸ παχὺ καὶ τῷ ἐμπυρῶν τὸ γεῶδες καὶ τῷ  
λαμπρῷ τὸ σκοτεινόν. εἰ δὲ καὶ τῶν ἐκ γῆς ἀνιουσῶν ἔτι τοῖς  
πνεύμασιν ἐνεφαντάζετο τις ἐνοῦσα τῶν ἐκεῖ κολαστικῶν τόπων  
ιδιότης, οἷον τοῦ Πυριφλεγέθοντος ἢ τοῦ Στυγίου ρεύματος, ταῖς  
30 δὲ ἐξ οὐρανοῦ προσῆν ἐφέλκεσθαι τι φῶς ἐκεῖθεν ἐγγενόμενον, οἷον  
δὴ πολλάκις ἐλλάμπει καὶ λίθοις ἀπορροίας ἔχουσιν ἡλίου καὶ  
fol. 9 r. σελήνης καὶ ἄστρον, οὐδὲν | [θαυμαστὸν] . . . . . 135 . . . . .  
τος περίλαμπιν. πάσας [δέ φησιν τὰς ψυχὰς εἰς] τὸν λειμῶνα  
ἀφικομένας ὡσπερ ἐν πανηγύρει κατασκηῶσθαι.  
35 Τὸν μὲν οὖν λειμῶνα καὶ διὰ τούτων οἶμαι δῆλον τῶν  
ῥημάτων ὅτι τὸν δικαστικόν, ὡσπερ ἐν τῷ Γοργιά, τόπον ἀποκαλεῖ

14) τε] τι M.

15) ἐκ γῆς] εἰς γῆν M.

35) δῆλον P δηλοῖ M — in versu 36 cod. om. ὅτι.

εἰ γὰρ εἰς τὸν κοινὸν ἀφικνοῦνται τῶν χασμάτων χώρον, οὗτος δὲ αὐτὸς ὁ δαιμόνιος τόπος ἐστίν, ἐν ᾧ καθῆσθαι προεῖρηται τοὺς δικαστάς, ἐν ᾧ καὶ ὁ τοῦδε τοῦ λόγου πατήρ ἐκεκέλευστο παρὰ τῶν δικαστῶν θεῖσθαι πάντα τὰ ἐν τῷ τόπῳ καὶ ἀκούειν, δῆλον ὡς αὐτὸς ἔσται καὶ δαιμόνιος τόπος καὶ λειμῶν καὶ τῶν δικαστῶν 5 χώρος, ὃν ἀπεδείκνυμεν ἔμπροσθεν ἐναργῶς αὐτὸν εἶναι τὸν αἰθέρα τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς ὅλης μέσον καὶ οὐχὶ τῶν ἐγκοίλων μόνων τῆς γῆς. ἔστι μὲν οἶν ὁ λειμῶν οὗτος ταύτην ἔχων τὴν ἐπωνυμίαν ὡς ἀρχὴ τῆς τῶν θευστῶν φύσεως καὶ τῶν ἐν ὑγρῇ τρεφομένων περιοχῇ πάντων λόγων τε γενεσιουργῶν καὶ ζωῆς ὑλικῆς ἀστάτως 10 κινουμένης τόπος· τοιοῦτοι γὰρ οἱ λειμῶνες ἰδρυλοὶ τινες καὶ ἀνθέων καὶ ἄλλων τοιοῦτων γέμοντες. τοῦτον Ἐμπεδοκλῆς (v. 386. 388 Stein) ἰδὼν τὸν λειμῶνα παντοίων αὐτὸν εἶναι κακῶν πλήρη καὶ εἶπεν καὶ εἰπὼν ἀνψίμωξεν· „Ἐνθα Κότος τε Φόνος τε καὶ ἄλλων ἔθνεα κηρῶν Ἄτης ἐν λειμῶνι κατὰ σκότος ἠλάσκοντα“. 15 μισοφαῖς γὰρ οὗτος ὁ χώρος, ὡς καὶ τὸ | [λόγιόν φησι] . . . . . fol. 9 v. . 90 . . . . . κειον εἶναι τον υπνουσιν . . . [Κατασκηρᾶσθ]αι δὲ φησιν ἐν αὐτῷ τὰς ψυχὰς [ἐκεῖσε] καταντίσας ὡσπερ ἐν πανηγύρει, διότι καὶ ἐν ταῖς πανηγύρεσιν ἄλλοι τε ἀλλαχόθεν ἀφικνοῦνται καὶ πηξάμενοι σκηρὰς διαιτῶνται χωρὶς ἀπ' ἀλλήλων. 20

Τίς οἶν ἡ πανήγυρις ἐν ταύταις; ποίας εἶναι τὰς ψυχικὰς οἰησόμεθα σκηρὰς; τὰς μὲν γὰρ πρὸς ἀλλήλας αὐτῶν συνοσίαις μαθησόμεθα μικρὸν ὕστερον. ἡ δὲ δὴ πανήγυρις τὰς ἐκ τοῦ παντὸς αὐτῶν φοιτήσεις εἰς τὴν κοινὴν χώραν, τὴν ἐστίαν τῆς γενέσεως, παρίστησιν. καὶ γὰρ ἐστὶν οὗτος ὁ τόπος, ὡς μὲν διανεγέστατος 25 τῶν στοιχείων, οἰκείος ταῖς ἐξ οὐρανοῦ σταλείσαις, ὡς δὲ γένεσιν ἔχων, ταῖς ἐκ γῆς, ὑποδοχὴ δὲ ἐστὶν τῶν πανταχόθεν γενεσιουργῶν ζωῆν ἤδη προβαλλομένων ψυχῶν· διὸ δὴ πανηγύρει τὴν σύνοδον αὐτῶν ἀπέικασεν ὁ μῦθος, καὶ τοῦτο γενέσει πρέπον ὄνομα θέμενος. εἰς γὰρ τὴν γένεσιν παντοδαπαὶ ψυχὰι φέρονται, καὶ αἱ μὲν 30 θεάς ἔνεκα τῶν τῆδε καὶ ἱστορίας ὡς ἐν ταῖς πανηγύρεσιν, αἷς καὶ ἡ κάθοδος ἀνεπαχθῆς, αἱ δὲ ἐμπορευσόμεναί τι τῶν γενέσει καθηκότων καὶ ἀποδωσόμεναί τι τῶν οἰκείων (ἃ δὲ καὶ συντελοῦσιν εἰς τὴν εὐγονίαν τῶν ἐνύλων), αἱ δὲ οἷον ὠνησόμεναί τι τῶν ἀπὸ

1) cod. ἀφικνοῦται.

5) cod. om. καὶ post ἔσται.

7) μέσον corrector, μὲν cod.

15) cod. ἠλάσκονται.

21) cod. om. ἡ.

27) cod. om. ταῖς.

33) ἃ δὲ] cod. αἱ δὲ.

fol. 10 r. τῆς γενέσεως καὶ προληψόμενοι πείραν τῶν γενεσιουργῶν παθῶν, αἱ δὲ ἄλλο τι προσεικὸς ἔχουσαι τοῖς εἰς τὰς πανηγύρεις | [ἐλθοῦσιν] . . . . . 90 . . . . . οὐς ἐκ μεί . . ξῶνται τῆς γῆς γ . . . . . εὔτινες, ἵνα τοὺς τῆς πανηγυρ . . . . . σπεύδωσιν. πᾶσαν δ' οὖν πανηγυρ- 5 ζοῖσιν σὺν εὐθυμία ποιούμεναι τὴν κάθοδον. σκηᾶσθαι δὲ ἄρα λέγονται τοῖς φυσικοῖς ἤδη καὶ ἐνύλοις χρώμεναι λόγοις καὶ τοίτους προχειρίζουσαι, καθ' οὓς μέλλουσιν ζῆν· καὶ ἄλλαι ἄλλως ζῶσιν τὰ εἶδη ποικίλα καὶ τὰ ὀχθήματα τὰ ἐαυτῶν ἐνυλώτερα ποιοῦσαι διὰ τῆς 10 προβολῆς καὶ περιαμπισχόμεναι χιτῶνας παχιτέρους καὶ γενέσει φίλους, δι' ὧν ἀποκρύπτουσιν ἐαυτὰς καὶ διοικίζουσιν ἀπὸ τῶν ἄλλων ὡσπερ οἱ ἐν ταῖς σκηναῖς διατρίβοντες. εἰ δὲ καὶ σκιᾶς ἕνεκα πῆγνυται τὰς σκηνας ἐν ταῖς πανηγύρεσιν, ἵνα μὴ ὑπαιθρου 15 διαγῶσιν (ὄθεν καὶ τὸ ὄνομα ταῖς σκηναῖς), φανερόν, ὅτι ταῖς ἤδη γενέσεως ἐπορευομέναις καὶ εἰς τὴν φύσιν ὀρμώσασαι τὸ κατασκηᾶσθαι πρεπόντως εἴρηται, φενοῦσαι μὲν τὴν ὑπαιθρον ζωῆν, εἰς δὲ τὰ στερεὰ σώματα κατιούσαις, ἐν οἷς αἱ σκιαί καὶ τὰ εἶδωλα τῶν ὄντων· ἐπεὶ καὶ τὰ τὰς σκιάς ποιοῦντα οὐκ ἄλλα ἐστὶν ἢ τὰ 20 χθόνια περιβλήματα τῶν ψυχῶν.

Καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ ἀσμένας ἑκατέρας εἰς τὸν λειμῶνα ἀφι- 20 κνεῖσθαι καὶ τὸ ἐκ πολλῆς τινοσ αὐτὰς πορείας φαινέσθαι ἦκειν δηλοῖ τὴν τε περὶ τὴν γένεσιν ἀμφοτέρων φιλοφροσύνην. εἰ γὰρ ὁ λειμῶν ἀρχὴ τῆς γενέσεώς ἐστίν, αἱ δὲ ἄσμενοι τὸν λειμῶνα κατα- fol. 10 v. λαμβάνουσιν | . . . . . 96 . . . . . [ταῖς τε οὐραν]αῖς οὖν καὶ ταῖς χθονίαῖς [ψυχαῖς ἢ με]ταβολὴ τῆς ζωῆς 25 ἄσμενος ἦν καμούσ[αῖς] ἐν ταῖς προτέραις ἐνεργείαις, ταῖς μὲν γε εἰκότως, ἐν τληταθείαις οὔσαις, ταῖς δὲ, εἰ καὶ ἐν εὐπαθείαις, ἀλλ' ἀποκαμούσαις καὶ π[ρὸς] ἐκείνην τὴν ζωῆν. οὐ γὰρ ὅλαις ἐαυταῖς ἐνήργουν, ἀλλὰ μόνῳ τῷ μένειν ἄνω δυναμένῳ. κἀρα οὖν αὐτῶν ὠρέγετο τῆς ἐν οὐρανῷ ζωῆς, τὸ δὲ λοιπόν, ὅσον εἶχεν

1) cod. προσληψόμενοι.

7) ἄλλως] cod. ἄλλους. in margine legit M γρ. ἄλλαι καὶ ἄλλους ζῶων τε εἶδη, P γρ. ἄλλα ἀλλήλους ζώντων τὰ εἶδη. — fortasse προχειρίζόμεναι scribendum.

9) cod. προβολῆς, corrector προσοχῆς, sed. cf. p. 82, 9 edit. Schoell.

14) cod. post ὀρμώσασαι addit αἰς.

17) cod. om. prius τὰ.

19) cod. ἀσμένως.

21) δηλοῖ P δηλον suprascriptis litteris σι M.

22) Ipse Proclus ἄσμενοι ψυχαί dicit, sed ubi Platonis verba laudat, feminini generis formis utitur.

25) pro ἦν M τι, dispicere sibi videbatur.

28) cod. καραονν; distinxit P.



ἐκάστη τῆς φιλογενέσεως ζωῆς, ἐκεῖ μὲν ἀνερέργητον μένον, ἐφιέ-  
μενον δὲ ἐνεργῆσαι, κάμνειν ἐποίει καὶ ἀσθενεῖν τὴν ὅλην κατὰ τι  
ἐαυτῆς ψυχὴν καὶ κάμνουσαν διδόναι καὶ τῷ σφύζοντι χώραν καὶ  
διδοῦσαν ἀσμενίζειν τὸν λειμῶνα πρὸ ὀμμάτων αὐτῶν ποιοῦντα  
τὴν γένεσιν. 5

Τὴν τε οὖν ζωὴν αἰνίσσεται τὴν ἐπιτρέχουσαν ἤδη τῇ γενέσει  
τὸ ἀσμένας ἐν τῷ λειμῶνι κατασκηρᾶσθαι τὰς ἠκούσας εἰς αὐτὸν  
ἄνωθεν καὶ κάτωθεν ψυχὰς, καὶ τὸ ἐκ πολλῆς πορείας ἦκειν φαί-  
νεσθαι τὴν αἰτίαν προστίθῃσιν, δι' ἣν ἄσμενοι τὸν λειμῶνα κατα-  
λαμβάνουσιν. οἱ γὰρ πολλὴν πορείαν πεποιημένοι τοῦ καμάτου 10  
τὴν ἀνάπαιλαν ἄσμενοι δέχονται. καὶ αὐταὶ οὖν πολλὰ πορευθεῖσαι  
ταῦτ' ἐπάσχον· πολλὰ δὲ ἐπορεύθησαν αἱ μὲν κατ' οὐρανὸν συμ-  
περιπολοῦσαι τοῖς οὐρανόις θεοῖς, αἱ δὲ ἐν τοῖς ὑπὸ γῆς τόποις  
ποικίλας ἔχουσαι μεταβάσεις ἀπ' ἄλλων εἰς ἄλλους, ὡς ἐκάστην  
ἦγεν ὁ τῆς τίσεως νόμος. ὅτι μὲν οὖν αἱ ψυχαὶ καὶ ὀχθήμασιν χρώ- 15  
μεναι κινούμενοις κατὰ τόπον καὶ αὐταὶ | [κινούμεναι] . . . . . 80 fol. 11 r.  
. . . . . [ὑπὸ τῶν αἰσθη]σεων ἢ φαντασιῶν . . . . .  
. . . . . [πρόδη]λον. τὸν δὲ δὴ χρόνον τῆς πορεί[ας ἐνταῦθα μὲν]  
οὐκ εἴρηκεν, ἐν δὲ τοῖς ἐπομένοις ἐρεῖ χιλιετῆ τὴν ὑπὸ γῆς εἶναι  
πορείαν. ἔστι δὲ καὶ τῆς οὐρανιας τούτων τῶν ψυχῶν τοσοῦτος. 20  
πόθεν τοῦτο γράφω τεκμαιρόμενος; ὅτι καὶ ἐν Φαίδρω (249  
A. B) μετὰ τὴν κρίσιν τῶν ἄλλων ψυχῶν παρὰ τὰς φιλοσόφους  
ἀγαγὼν τὰς μὲν εἰς οὐρανόν, τὰς δὲ εἰς τὰ ὑπὸ γῆς δικαιοτήρια  
ἐπήγαγεν „τῷ δὲ χιλιοσιτῷ ἀμφοτέραι ἀφικνοῦνται ἐπὶ κλήρωσιν  
καὶ αἴρεσιν δευτέρου βίου“ λέγων ἀμφοτέρας, καὶ τὰς εἰς οὐρανὸν 25  
καὶ ὑπὸ γῆς γεγονίας, ἀνταῦθα δὲ (619 C) τὰς ἐξ οὐρανοῦ  
ψυχὰς ἔθει ἄνευ φιλοσοφίας βεβιωκυίας ὀρθῶς λέγει παρεῖναι τὰς  
λήξεως ἐκεῖ τυχοῦσας, εἶτα εἰς τὸν λειμῶνα ἀφιγμένας· ὥστε ἡ  
χιλιετὴς πορεία κοινὴ πάσαις ἐστὶν ταύταις. καὶ ἔοικεν ἡ χιλιάς  
χρόνος εἶναι τις περιοδικὸς ἀπὸ γενέσεως ἐπὶ γένεσιν ἄγων τὰς 30  
ψυχὰς, οὐκ ἀπλῶς, ἀλλὰ πρὸ τῆς τελείας ἀποκαταστάσεως. εἰ γὰρ  
ἄνευ φιλοσοφίας οὐράναι γεγόνασιν, οὕτω μὲν ἀνίχθησαν εἰς τὴν

1) verbum ζωῆς deleverim.

14) cod. ἀπ' ἀλλήλων.

19) cod. om. τὴν.

25/26) P οὐρανὸν ἢ ὑπὸ γῆς M οὐρανὸν ἀπὸ γῆς.

27) cod. nihil nisi ὀρθῶς εἶναι; fortasse inter haec verba plura inter-  
ciderunt.

29) cod. χιλιετὴς τῆς πορείας; fortasse χιλιετηρὸς τῆς π.

νοητὴν φύσιν, ταῖς δὲ ἐγκοσμίους κινήσεσιν τῶν οὐρανίων συμπεριεπό-  
 λουν διὰ τὴν ἐξ ἔθους τάξιν αὐταῖς ἐντεθεῖσαν χαίρουσαι τῇ τάξει  
 τῶν περιόδων ἐκείνων. καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν ψυχὰς καὶ ὀχήματα  
 ψυχῶν συγγενῇ τοῖς οὐρανόις τοῦτο δοῦν, ὅπου καὶ τῶν ἐν γῆ  
 5 κατερριζωμένων ἔστιν ὄραν τὰ μὲν ἡλίῳ συγκινούμενα, τὰ δὲ  
 fol. 11 v. σελήνῃ συντρέ | [χοντα] . . . . 75 . . . . . ἐκείνοι . . . . 20 . . . .  
 κατὰ τὴν φύσιν οἰκειο[έως διακεί]ται τὰ μὲν εἰς ἥλιον, τὰ δὲ εἰς  
 σελήνην, ὡς ὁ Τίμαιος (41 E. 42 D) ἐδίδαξεν, ἔστιν τὰ μὲν  
 ἡλιακὰ ὀχήματα, τὰ δὲ σεληναῖα. καὶ εἰ τοῦτο ἀληθές, οὐδὲν θαυ-  
 10 μαστὸν τὰ μὲν ἡλίῳ τὰ δὲ σελήνῃ συμπεριπολεῖν, εἰ μὴ ἄτακτα  
 φέροιτο. τῆς δὲ ἀταξίας διὰ τὴν ἐν ἔθεσι τεταγμένους ζωὴν ἀνη-  
 ρημένης ἔπεται τὰ κατὰ φύσιν αὐτὰ ζωὴν ἔχοντα καὶ ὄντα οὐράνια  
 φύσει συμπεριάγεσθαι τοῖς ἡγεμόσιν καὶ ἀποκάνειν ἤδη ποτὲ διὰ  
 15 μίτηως ἐνεργούσης. καὶ μηδεὶς οἰέσθω διὰ τοῦτους ἡμῶν τοὺς λόγους  
 ἢ τὰ ὀχήματα χρῆναι μένειν ὑπὸ σελήνην πασῶν τῶν εἰς οὐρανὸν  
 ἀελθουσῶν, ἢ συνανιόντων καὶ τῶν ὀχημάτων τὸ οὐράνιον σῶμα  
 σχίσεις ὑπομένειν τινάς, καθάπερ τὸν ἀέρα κινουμένων ἡμῶν διὰ  
 20 θίστασθαι τὴν οἰκίαν, ὀλότης δὲ τῶν σπαρέντων ἔστιν ὀχημάτων  
 ταῦτα τὰ σώματα, ἐν οἷς ἐσπάρη κατὰ φύσιν. ἐπεὶ καὶ τὸ πῖρ  
 ὄρωμεν τὴν οἰκίαν ὀλότητα καταλαβεῖν σπεῦδον καὶ τὴν βύλων  
 καὶ τὸ πνεῦμα. καὶ πάντως ἄτοπον τοῖς μὲν φθαροῖς ὑπάρχειν  
 τὴν ὄρεξιν ταύτην ὡς σώμασιν, τοῖς δὲ ἀφθάρτοις μὴ ὑπάρχειν,  
 25 ἢ ὑπάρχειν μὲν, μηδέποτε δὲ εἰς τέλος ἀφικνεῖσθαι, εἴπερ οὐδεμίαν  
 fol. 12 r. ὄρεξιν φυσικὴν μά | [την] . . . . . 65 . . . . . θαι καὶ  
 πᾶν . . . . 21 . . . . . τέσ τινι τῶν ὄλων ἐστὶ κατὰ φύσιν. εἰ γοῖν  
 ταῦτα τὴν κατὰ φύσιν δηλοῖ διανομήν, οὐ μὴ διὰ τὴν τῶν ὀχη-  
 μάτων δίοδον σχίζεται πῶς τὸ σῶμα τὸ θεῖον ἢ λαμβάνει προσ-  
 30 θήκην ἀνιόντων ἢ ἀφαίρεσιν ὑπομένει κατιόντων, ἀλλ' ἀδιαιρέτως  
 δι' αὐτοῦ χωρεῖ ταῦτα καὶ ἐντίθεται ταῖς οἰκείαις περιφοραῖς.  
 πάλαι γὰρ ἡμεῖς καὶ σῶμα διὰ σώματος χωρεῖν ἀπεδείκνυμεν καὶ  
 οὐ πάντα τὰ σώματα τοῦτο πάσχειν, ἀλλὰ τὰ ἄϋλα διὰ τῶν  
 ἐνύλων ἢ τὰ ἄϋλα διέναι διὰ τῶν ἄϋλων (λέγω δὲ ἕλην τὴν

3) cod. ψυχὰς ὀχήματα omisso καί.

6) συντρέ[χόμενα] supplevit P.

12) cod. τὴν κατὰ φύσιν.

17) cod. om. τὸ οὐράνιον σῶμα.

18) cod. σχέσεις.

29) cod. σχίζεται πῶς.

33) cod. πάντα σώματα.

ἑσχάτην καὶ τοῖς ἑσχάτοις σώμασιν ὑποκειμένην οὐσίαν) εἶναι δέ τινα καὶ μέσα τῶν ἐνύλων καὶ ἀύλων, ἃ δὴ καὶ ἀντὰ πρὸς ἄλληλα τὸ τῶν ἐνύλων ὑπομένει πάθος, χωρεῖν οὐ δύναμενα δι' ἀλλήλων ἀδιαιρέτως· διὸ μηδὲ τὸ ἡλιακὸν φῶς σῶμα ὄν διὰ τοῦ σεληναίου σώματος χωρεῖν (τοῦ μὲν γὰρ δηλοῖ τὴν πρὸς 5 τὰ ἔνυλα συγγένειαν ἢ κλάσις, τοῦ δὲ ἢ σκιά· ποιεῖ γὰρ καὶ ἡ σελήνη σκιάν) μηδὲ τὸ ὄχημα τὸ ἡμέτερον διὰ τῶν ἐνύλων ὄγκων (μέσον γὰρ ἐστὶν καὶ τοῦτο τῶν ἐνύλων καὶ ἀύλων), διὰ δὲ τοῦ οὐρανοῦ σώματος καὶ τοῦτο καὶ τὸ ἡλιακὸν φῶς ἀδιαιρέτου μένοντος αὐτοῦ φοιτᾶν. πᾶσα γὰρ διαίρεσις πάθος ἐστὶ τῆς τοῦ διαιρου- 10 μένου συνεχείας φθαρτικόν.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν διὰ πλειόνων ἐν ἄλλοις ἠξιώται διαρθρώσεως· τίς δὲ ὁ χιλιετῆς ἀριθμὸς | . . . . . 75 . . . . . ν fol. 12 v.  
ἐκ τούτ[ων] . . . . . [εἴ]σται ἀφανές, ὅσα περὶ τῶν ὀχημάτων διήλθομεν. 15

- 1) cod. om. οὐσίαν.  
7) ὄχημα] cod. σχῆμα.  
10) cod. ὑπ' αὐτοῦ.  
13) cod. χιλιετής.

#### Corrigenda:

Legendum est p. 9, 9 *χθονίαν*, — 11, 1 *καὶ* — 12 not. 14 corrector (non revisor) — 16, 4 *χερή*.





BRESLAUER  
PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN.

VIERTER BAND.

VIERTES HEFT.

---

PHILONIS ALEXANDRINI  
LIBELLUS DE OPIFICIO MUNDI  
EDIDIT  
LEOPOLDUS COHN.

---

SPECIMEN NOVAE EDITIONIS OPERUM PHILONIS AB ACADEMIA REGIA  
BEROLINENSI PRAEMIO EX DONATIONE CARLOTTIANA ORNATUM.

---

BRESLAU.  
VERLAG VON WILHELM KOEBNER.  
1889.

PHILONIS ALEXANDRINI .  
LIBELLUS DE OPIFICIO MUNDI

EDIDIT

LEOPOLDUS COHN

~~~~~  
SPECIMEN NOVAE EDITIONIS OPERUM PHILONIS
AB ACADEMIA REGIA BEROLINENSI PRAEMIO
EX DONATIONE CARLOTTIANA ORNATUM
~~~~~

VRATISLAVIAE  
APUD GULELMUM KOEBNER

1889





GUILELMO STUDEMUND

ANTE HAEC QUINQUE LUSTRA

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES ADEPTO

GRATULABUNDUS

D. D. D.

LEOPOLDUS COHN



**N**on indignaturum Te spero, Guilherme Studemund, quod laetam occasionem hoc festo die oblatam amplexus Tuum nomen huic libro inscripsi, quippe qui nulli fuerit curae maiori quam Tibi. nam cum aestate anni 1887 Regia Academia Berolinensis ad certamen de praemio Carlottiano provocasset et Philonis Alexandrini libellum de opificio mundi ratione critica tractandum proposuisset, ego vix in certamen descendissem, nisi Tu vires meas aliis occupationibus distentas huic quoque labori suffecturas esse credidisses. in Italia, ubi tum forte morabar, libros manu scriptos Philonis statim examinare et conferre coepi; neque enim in ullo scriptore ars critica certo quod in codicum memoria consistit fundamento carere potest, et quae ab editoribus Philonis de librorum manu scriptorum fide et auctoritate adhuc congesta sunt ea minime satisfacere ab initio mihi persuasi. Philonis igitur libellum ad codicum fidem recensitum et apparatu critico prolegomenisque instructum Academiae tradidi atque contigit mihi ut opella mea a viris doctissimis et clarissimis laude praemioque digna iudicaretur. novis curis auctum et emendatum librum tandem in lucem emitto, quo in absolvendo et perpoliando Tua doctrina Tuumque auxilium nunquam mihi defuerunt. verbis scriptoris duplicem adnotationem subieci, unam qua codicum scripturae discrepantias enotavi, alteram qua locos simillimos e reliquis Philonis libris collectos descripsi. deinde in appendice

locos similes ex philosophorum Graecorum libris excerptos congeffi; qua ex collectione luce clarius apparet Philonem e tribus potissimum fontibus doctrinam suam hausisse, e Platonis Timaeo, e Stoicorum doctrina theologica et morali, e Pythagoreorum de virtute numerorum doctrina. denique ne quid deesse videretur vocabulorum Graecorum fata scrutantibus, indicem verborum memorabilium adieci copiosissimum.

Omnibus viris doctis, quorum liberalitate et humanitate in hac editione perficienda adiutus sum, facere non possum quin gratias agam maximas, inprimis Iacobo Freudenthal, cuius doctrina omnibus in hoc studiorum campo versantibus cognita et probata semper mihi praesto fuit. Tibi vero, Guilelmo Studemund, quomodo pro summa comitate et benevolentia, qua semper me prosecutus es, gratias agam non habeo. hunc librum qualemcunque ut exiguum grati animi mei documentum benigne velim accipias mihi que favere pergas. Vale.

Scriebam Vratislaviae d.VIII. m. Februarii a. MDCCCLXXXIX.

---

EMENDANDA: p. XXV, 16 ἰσημερινός; XXVIII, 37 dele quartam virgulam; p. XXX, 4 diligentia; p. XXXVIII, 21 leguntur.

## Prolegomena.

### I. De codicibus et editionibus.

1. Inter omnes quibus Philonis opusculum de opificio mundi traditur libros manu scriptos principem obtinet locum codex Vindobonensis theol. gr. 29 (V), membranaceus, V forma maxima, saec. XI, ut videtur, eleganti manu exaratus. contulerunt rogatu meo S. Mekler et G. Weinberger Vindobonenses, quibus maximam gratiam me habere hoc quoque loco profiteor. praeter hanc collationem uti mihi licuit ea quam Fridericus Hanssen in suum usum confecit mihique inspiciendam liberalissime concessit; quas inde desumpsi novas scripturae discrepantias nota V<sup>A</sup> significavi.

Insunt in codice V haec: fol. 1—61<sup>r</sup> Eusebii Pamphili libri quattuor Eclogarum Propheticarum de Christo; fol. 61<sup>v</sup>—141<sup>v</sup> Ioannis Philoponi libri VII in Hexaemeron; fol. 142<sup>r</sup>—146<sup>r</sup> eiusdem disputatio de tempore celebrandi Paschatis; fol. 147<sup>r</sup>—154<sup>v</sup> Philonis libri de mundi opificio pars prior; fol. 155<sup>r</sup>—249 S. Cyrilli episcopi Hierosolymitani Catecheses. Philonea olim plura inerant; fol. 146<sup>v</sup> enim haec tabula extat:

#### ΤΑΔΕ ἘΝΕΚΤΙΝ ΦΙΛΩΝΟC:

Περὶ τῆς κατὰ μωυσέα κοσμοποιίας:

Τῶν ἐν γενέσει ζητημάτων καὶ λύσεων α' β' γ' δ' ε' ε':

Τῶν ἐν ἐξόδῳ ζητημάτων καὶ λύσεων β' καὶ ε':

Περὶ τῶν τοῦ δοκησίσοφοῦ καὶ ἐγγόνων καὶ ὡς μετανάστης γίνεται ιβ':

Περὶ τῶν δεκαλογίων (sic):

Περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς β' γένη τῶν δεκαλογίων· τὸ ε' καὶ ζ' τὸ τε κατὰ μοιχῶν καὶ παντὸς ἀκολάστου καὶ τὸ κατὰ ἀνδροφόνων καὶ πάσης βίας· καὶ τὸ η' καὶ θ' καὶ ι' τὸ περὶ τοῦ μὴ κλέπτειν καὶ ψευδομαρτυρεῖν καὶ μὴ ἐπιθυμεῖν· καὶ περὶ τῶν εἰς ἕκαστον ἀναφερομένων· καὶ περὶ δικαιοσύνης ἢ πᾶσι τοῖς δεκαλόγοις (sic) ἐφαρμόζει· δ' ἐστὶν τῆς ὅλης συντάξεως: —



ex archetypo vetustissimo deductum esse, qui circiter annum p. Chr. n. 380 descriptus erat e codice papyraceo bibliothecae Caesariensis. quot exempla interiacuerint inter archetypum illum et codicem V, dici nequit. sed ipsum illud exemplum, ex quo codex V transcriptus est, litteris maiusculis exaratum fuisse demonstratur notissimo illo corruptelae genere, quo litterae veteris scripturae inter se simillimae confunduntur. cuiusmodi exempla in codice V reperiuntur haec: p. 3,14 εἶτ' ἐφήμισεν pro ΕΠΕΦΗΜΙΣΕΝ; 5,12 αἰμένας pro ΔΙΜΕΝΑΣ; 15,14 δεχθῆναι pro ΔΕΧΘΗΝΑΙ; 16,12 ὄτιπαρα pro ΟΤΕΤΤΑΡΑ; 21,11 ἀκραγῆ pro ΑΚΡΑΧΗ; 29,12 ὑπαγγίους pro ΥΠΑΙΤΙΟΥΣ; 30,3 ἀνηρτιμένου pro ΑΝΗΡΗΜΕΝΟΥ; 31,3 αὐγας pro ΑΥΤΑΣ (λύττας); 32,7 σεῖ pro ΘΕΙ. item ex unciali scriptura codicis illius explicandum est, quod saepe singula vocabula in codice V male distincta aut continue scripta occurrunt et accentus aliaeque notae non recte ponuntur vel plane omittuntur: veluti 3,12 ταῦτα ὄντων pro ταῦτά ὄν τῶ; 4,6 μένοντα pro μὲν ὄντα; 4,8 πρόσμικτον pro πρὸς μικτόν; 4,9 ἀρτιου περιττόν pro ἀρτιοπέριττον; 4,19 ἀν ὑπαίτιον pro ἀνυπαίτιον; 5,1 πρὸς ἐξετύπου pro προεξετύπου; 10,3 ἀν εἶρξε pro ἀνεῖρξε; 22,4 πᾶν καλῶ pro παγκάλω; 23,6 τέχνη τις pro τεχνίτης; 25,9 ταυτ' εἰ pro ταυτί; 27,4 δῆ pro δ' ἡ. ac tales quidem errores librario codicis V deberi videntur. sed codex ille uncialis ne ipse quidem a scripturis mendosis liber fuit. saepissime confunduntur litterae ι et η et ει, qua confusione iam in papyris vetustis nullam frequentiore esse constat: veluti κεινηθέν κεινήσεως κεινουμένου sim. pro κινηθέν κινήσεως κινουμένου; item εἰδέα pro ἰδέα; 4,20 ἀπηκονίσθη; 5,6 ἡμεῖν pro ἡμῖν; 5,13 εἰδρύσεις pro ἰδρύσεις; 9,18 διατειχίζοντος pro διατειχίζοντος; 12,8 ἐβεβρείθει; 12,9 νυνεῖ pro νυνί et μέρη pro μέρει; 12,12 ἀποτίνουσα pro ἀποτείνουσα; 13,20 δευτερίων pro δευτερείων; 17,20 χορείας pro χορείας; 24,18 γλειχομένου pro γλιχομένου; 28,12 κεινίσεις pro κινήσεις; 29,15 πιγῶν pro πηγῶν; 31,24 κρειοί et βρείθοντες; 33,8 ἐφεικτά pro ἐφικτά. haec quidem leviora. sed occurrunt etiam graviores corruptelae, quarum non nullae in omnibus vel aliquot libris manu scriptis redeunt, aliae in Vindobonensem solum irrepserunt. cf. 1,3 προσπεριλαβόντες et πλήθει; 2,17 ἔγνω διότι; 3,7 περιμάχητον; 4,15 αὐτήν; 5,12 νεώς· οἴκους; 9,18 ἀνάληψιν; 13,17 πᾶν (pro πάλιν); 13,22 οἶ (pro οἶοι); 31,14 καὶ εἰ

ταῖς ὀδοιπορίαις κάμοι; 31,21 ἄροτρον (pro ἄροτρον); 33,10 ἡ δὲ τῆς ἑβδομάδος. de vitiis codicis V propriis memoranda sunt haec: 1,8 ταῖς διανοαῖς τῶν χρησαμένων; 2,4 κατηχημένων; 2,16 συνεκτικωτάτων (pro συνεκτικώτατα τῶν); 5,16 συνσφραγισάμενος; 8,22 πάντα ὅσα (pro πάντων ὅσα); 9,4 τὰ κριτήρια; 10,26 στερεόν; 11,11 συνρύντων; 12,4 ἀνεῖς; 17,14 ὀφθαλμοῖς (pro ὀφθαλμός: haec lectio e falsa interpretatione duplicis scripturae, quae fortasse in archetypo fuit ὀφθαλμός, orta esse videtur); 19,11 ἐρημίαν; 20,7 ἀναγκαίας ἀνατείνουσιν (pro ἀναγκαίας διατείνουσιν); 23,17 ἑτέρων (pro ὑστέρων); 31,2 ἀγριότητα (pro ἀγριώτατα). aliquotiens etiam depravationes consulto factae et interpolationes in codicem V irrepserunt: 2,12 in ceteris codicibus recte tradita sunt verba τοῦ δὲ θεοῦ πολλὴν ἀπραξίαν . . . κατεψεύσαντο, δέον ἔμπαλιν τοῦ μὲν κτλ., in codice V (et apud Eusebium) haec male contracta et corrupta sunt τοῦ θεοῦ . . . καταψεύσάμενοι, δέον ἔμπαλιν τοῦτου κτλ.; 3,12/13 pro verbis κατὰ ταῦτά ὄν, τῷ μὲν ἀοράτῳ καὶ νοητῷ προσέειμεν in codice V haec leguntur: κατὰ ταῦτα ὄντων μὲν ἀοράτων καὶ νοητῶν προσέειμεν: scilicet primum ὄντων leviter corruptum erat ex ὄν τῷ, deinde verba ἀοράτῳ καὶ νοητῷ temere correxit aliquis in ἀοράτων καὶ νοητῶν; similis corruptela 3,15 ἀναγκαῖος ἂν εἴη καὶ οὐ γενητός pro ἀναγκαῖως ἂν εἴη καὶ γενητός; 24,18 ἀθροῦ φωτός pro θείου φωτός: vocabulum ἀθροῦ videtur primum tamquam varia lectio in margine adscriptum fuisse, deinde in contextum ingressum vocabulum θείου exclusisse; vocula γάρ sine causa idonea bis addita est 4,20 (post βουληθεῖς) et 26,4 (post σπουδαῖος).

Nec tamen his et similibus corruptelis auctoritas codicis V deminui potest, quae bonis lectionibus permultis commendatur et comprobatur. nec solum ubi codices in duas pluresve partes discedunt, plerumque ille meliori favet lectioni, sed multis locis quibus ceteri codices omnes corrupti sunt unus veram et genuinam scripturam ita servavit, ut interdum novam quandam lucem textui Philonis afferat. quarum emendationum insignia exempla haec sunt:

2,13 ἀνάγνωσ V (et Euseb.): ἐναγῶς vel ἐναργῶς vel οὐκ εὐαγῶς in aliis codicibus legitur. ἐναγῶς corruptum est ex ἀνάγνωσ, ἐναργῶς et οὐκ εὐαγῶς inania corrigendi conamina sunt. scriptura οὐκ εὐαγῶς fortasse repetita est ex loco Philonis de



Abrah. II 11 (Mang.) τὸν κόσμον αὐτὸν ὑπέλαβον εἶναι θεόν, οὐκ εὐαγῶς τὸ γενόμενον ἐφομοιώσαντες τῷ πεποιηκότι. adiectivum ἄναγος apud Philonem legitur de sacrif. Abel et Caini I 190.

5,5 συνέστηκεν *V*: ὑφέστηκεν lectio vulgata. causa corruptelae fuit quod praecedat verbum ὑπονοεῖν.

8,19 τὴν δ' ἄβυσσον *V* (et *Euseb.*): τὸ δ' ἄβυσσον vulgata. sicut brevi ante Philo scripsit τὸ μὲν ἐπεφήμισε σκότος, ita hoc loco τὴν δ' ἄβυσσον; nam apud hunc scriptorem haud raro pronomem relativum et demonstrativum congruit cum eo quod sequitur substantivo praedicativo (v. infra cap. II).

9,5/6 in editionibus haec leguntur: τὸν δ' ἄόρατον καὶ νοητὸν θεὸν λόγον καὶ θεοῦ λόγον εἰκόνα λέγει θεοῦ· καὶ ταύτης εἰκόνα τὸ νοητὸν φῶς ἐκεῖνο, δ' θεοῦ λόγου γέγονεν εἰκὼν τοῦ διερμηνεύσαντος τὴν γένεσιν αὐτοῦ. eadem extant in codicibus (excepto *V*), nisi quod verba καὶ θεοῦ λόγον ab aliquot libris absunt et pro ταύτης εἰκόνα in quibusdam scriptum est ταύτης τῆς εἰκόνας. Philonem haec ita non scripsisse facile apparet; neque enim intellegitur quomodo, cum de luce intellegibili agatur, subito transeat oratio ad verbum divinum atque hoc dicatur ἄόρατον καὶ νοητὸν, quibus vocabulis lucem vel mundum intellegibilem Philo significare solet. deinde θεῖος λόγος Philoni non fuit εἰκὼν θεοῦ, sed idem fere cum Deo. tum vero tautologia quae inest in verbis καὶ ταύτης εἰκόνα τὸ νοητὸν φῶς ἐκεῖνο, δ' θεοῦ λόγου γέγονεν εἰκὼν ferri nullo modo potest. glossema scripturae vulgatae subesse demonstrant codex *V* et Eusebius et Ioannes Damascenus, qui haec tradunt: τὸ δ' ἄόρατον καὶ νοητὸν φῶς ἐκεῖνο θεοῦ λόγου γέγονεν εἰκὼν τοῦ διερμηνεύσαντος τὴν γένεσιν αὐτοῦ, reliquis omissis. haec plana sunt et sententiae concinnitati bene accommodata.

10,14 ἀνεχώρησεν *V* (et *Euseb.*): ὑπεχώρησεν vulgata. praecedat ὑπεξέστη.

12,1 ὀνόματ' αὐτοῖς ἐτίθειτο *V*: ὀνόματ' αὐτοῖς ἐτίθει vulgata. Philo vocabulum ὄνομα et similia cum verbo medio τίθειν coniungere solet, non activo: cf. 57,6 τίνας θήσεται προσρήσεις. de Cherub. I 149. de mut. nom. I 588. de decal. II 184. frg. II 653.

12,8 κατὰ ἐναντίον τρόπον *V*: κατὰ τὸν ἐναντίον τρόπον vulgata.

## VI

12,18 ὁ καρπὸς ἔοικώς ἀμερέσει ψήγμασιν ὑπὸ βραχύτητος μόλις ὄρατοῖς *V*: ὄρατός tradunt ceteri codices. ὄρατοῖς Mangey tacite iam correxit.

12,20 sqq. in ceteris codicibus haec tradita sunt: (καρπός) καὶ τῆς εὐκрасίας τῶν πνευμάτων, ἃ ψυχραῖς ἅμα καὶ μαλακωτέραις αὔραις ζωपुरεῖται καὶ τιθηνεῖται καὶ συναύξεται πρὸς ὄγκον ἐπιδιδούς (vel ἐπιδούς) τελειότατον. quaeritur utrum verba ζωपुरεῖται καὶ τιθηνεῖται καὶ συναύξεται cum relativo ἃ coniungenda an ad enuntiatum primarium referenda sint; si cum relativo construuntur, enuntiatum primarium verbo finito caret, si cum enuntiato primario, verbum desideratur post relativum. verba tradita homines docti vario modo emendare vel explicare frustra conati sunt. Turnebus pro ἃ ψυχραῖς temptavit ἀψύχροις, quod languidissimum esse apparet. Christophorson inter αὔραις et ζωपुरεῖται verba πνεῖ, κατὰ μικρόν inserenda proposuit, quam coniecturam audacissimam et pessimam Mangey recepit: nec structura πνευμάτων ἃ πνεῖ nec verba κατὰ μικρόν, quae idem significant quod ἐκ τοῦ κατ' ὀλίγον, ferri possunt. Mueller verbum ζωपुरεῖται coniunxit cum relativo, verba καὶ τιθηνεῖται καὶ συναύξεται ad enuntiatum primarium rettulit; sed verbum τιθηνεῖται propter illud καὶ a verbo ζωपुरεῖται secerni nequit. medelam loco corrupto suppeditat codex *V*, in quo particula καὶ ante συναύξεται deest: verbum συναύξεται igitur ad enuntiatum primarium referendum est, verba ζωपुरεῖται καὶ τιθηνεῖται ad relativum pertinent.

13,11 περιέχοντες *V*: περιέχουσαι lectio vulgata. participium non ad vocem παρασκευαί, sed ad καρποί referendum esse nemo non videt.

15,17 τὸ λεγόμενον ἐν γεωμετρῖᾳ σημεῖον *V*: τὸ λεγόμενον ἐν γεωμετρῖᾳ εἶναι σημεῖον vulgata.

24,11 κατὰ τοὺς μουσικῆς τελείας νόμους *V*: legebatur κατὰ τοὺς τῆς μουσικῆς τελείους νόμους. μουσική τελεία est Pythagoreorum concentus caelestium.

26,1 κακίας δὲ καὶ ἀρετῆς ὡς ἂν οἶκος νοῦς καὶ λόγος, ᾧ πεφύκασιν ἐνδιδαιτᾶσθαι *V*: οἷς (vel οἷς αὐται) πεφύκασιν ἐνδιδαιτᾶσθαι ceteri codices. relativum a voce οἶκος pendere apparet.

27,7 τὰ προσεχέστατα τῶν εἰδῶν *V*: τὰ ἔσχατα τῶν εἰδῶν vulgata. προσεχέστατα iam coniecerat Mangey. cf. de agric. I 321

πάλιν δὲ τῶν ἀτελῶν αἰ εἰς τὰ λεγόμενα κατηγορήματα καὶ συμβεβηκότα καὶ ὅσα τούτων ἐλάττω διαιρέσεις προσεχεῖς. Sext. adv. mathem. XI 15 πᾶσα γάρ, φασιν, ὑγιῆς διαίρεσις γένους ἐστὶ τομῆ εἰς τὰ προσεχῆ εἶδη. Diog. La. VII 61 διαίρεσις δὲ ἐστὶ γένους ἡ εἰς τὰ προσεχῆ εἶδη τομῆ.

29,9 μήτ' ἀφροσύνη καὶ δειλία καὶ ἀδικία καὶ τὸ τῶν ἄλλων κακίων ἀμήχανον πλῆθος V: κακῶν vulgata.

29,13 ceteri codices valde corrupti sunt: ἐστὶ δ' ἡδίκηκῶτων ἀναγκαῖον δυσπόριστον alii, ἐστὶ δ' ἡδίκηκῶτων εἰς κόλασιν τὰ τῶν ἀναγκαίων δυσπόριστα alii, ἐστὶ δ' ἡ δίκη τις τῶν ἀναγκαίων τὸ δυσπόριστον Mediceus. a vero prope abest Mediceus, sed incorruptam lectionem praebet codex V: ἐστὶ δ' ἡ δίκη τὸ τῶν ἀναγκαίων δυσπόριστον.

32,21 δὴ V: δὲ vulgata. δὴ sententiarum conexu requiritur.

Quantopere codex V bonitate et integritate ceteris praestet his exemplis satis demonstrari opinor. itaque non dubium est quin eius potissimum auctoritatem sequamur oporteat in libri Philonei parte priore, quae infelici casu ab eo sola servata est.

2. A codice V cum vetustate tum auctoritate proxime abest codex Mediceo-Laurentianus plut. X cod. 20 (M), M membranaceus, forma quam vocant duodecima, incunte saeculo XIII litteris minutis exaratus. specimen scripturae huius codicis edidit Constantinus Tischendorf in tabula photographica libro qui inscribitur Philonea (Lips. 1868) adiecta. in pagina tegumenti interiore haec verba leguntur: *A. Cocchius Mugellanus contuli a. MDCCXXXIII cum imp(ress)° Turnebi.* contulit in usum Mangeii (v. infra). in altera pagina folii alterius haec scripta sunt: ἡ βίβλος αὐτῆ τοῦ φραγκίσκου φιλέλφου ἐστίν. textui Philonis praefixus est πίναξ τῶν ἐμπερομένων τῇ παρούσῃ βίβλῳ λόγων τοῦ ἑβραίου φίλωνος. extant in hoc codice viginti sex scripta Philonis, in his opusculum de opificio mundi fol. 136<sup>r</sup> — 154<sup>v</sup> (cf. Bandini, Catal. codd. graec. bibl. Laur. I p. 487 sqq.). lacuna maior hiat inter capita 33 et 34: omisit librarius fol. 146<sup>v</sup> nullo signo lacunae addito omnia inde a verbis ὧστ' ἐξαίρετον ἔχει λόγον usque ad verba τέλειον καὶ τοῖς αὐτοῦ μέρεσιν ἰσοῦμενον (p. 36,4 — 37,12); quae lacuna quomodo orta sit ex-

## VIII

plicare nequeo. libellum *περὶ κοσμοποιίας* contuli Florentiae aestate anni 1887; collationem meam cum sua ut compararem Fridericus Hanssen benignissime permisit; lectiones ab eo enotatas et a me omissas vel a mea collatione discrepantes nota *M*<sup>A</sup> in annotatione critica significavi.

De natura codicis *M* iudicare plenum opus est difficultatis. ostendit enim duplicem quodammodo faciem, cum modo egregiam et genuinam modo depravatam et vitiosissimam scripturam praebet. et librarius quidem exemplum quo usus est accurate videtur expressisse, ut textus Philonei formam quam codex *M* exhibet vetustiore esse eius aetate existimaverim. archetypus certe, ex quo hic codex derivatus est, antiquus liber optimaque notae nec dissimilis codici *V* fuisse mihi videtur. archetypum litteris uncialibus scriptum in eoque singula vocabula nec ubique dirempta neque accentibus aliisque notis distincta fuisse memorabiles quaedam corruptelae codicis *M* demonstrant: velut 6,9 φαμὲν ὡς ὅπερ pro φάμενος ὅπερ (magis corruptum inde φαμὲν ὡσπερ, quod in aliis codicibus legitur); 6,17 ἔγνω δὲ ἐν' εὐεργετεῖν pro ἔγνω δεῖν εὐεργετῆν (magis corrupta aliorum codicum lectio ἔγνω ἐν' εὐεργετῆ); 8,12 πᾶν θαῦμα pro πάνθ' ἄμα; 11,7 ὡς εἶναι τὸ ἄμα pro ὡς εἶναι τέλμα (ΤΕΛΜΑ); 16,19 διαλόγω pro ἰδίω λόγω; 20,19 ὁποίων pro ὁ ποιῶν; 22,13 φησὶ τοὺς ἀλέστοις κρέασιν pro φασὶ τοὺς ἄλλας τοῖς κρέασιν; 23,23 ἐν αὐτῷ τὸν ὄλον ἐκίνει pro ἕνα τὸν τῶν ὄλων ἐκείνον; 26,1 ὄσ' ἂν οὐ κοσμεῖ pro ὡς ἂν οἶκος; 28,1 εἶτα pro ἧ τά; 35,17 εἶδει pro εἰ δῆ; 45,4 ἔφην πλαστῶν pro ἔφη Πλάτων; 52,2 ἦν ὡς pro ἧ νεώς; 60,1 πᾶν καλόν pro πάγκαλον; 61,16 διχάζουσι pro δικαζούση; 62,18 ἄμα pro ἄλλα (ΑΛΛΑ). quod de archetypi praestantia eiusque cum codice *V* similitudine dixi, maxime confirmatur multis et optimis lectionibus, quibus in priore parte libelli de opificio mundi *M* solus omnium codicum conspirat cum codice *V*: cf. 11,14 ἀφανανθεῖσαν; 18,1 τοῖς; 21,16 ἀτελεῖ καταλιπών; 26,15 ποιήσωμεν; 28,13 ἐν αἷς ἄπασαν; 28,16 τὰς εἰκόνας; 29,1 ἄντικρυς; 29,4 ψυχῆς; 29,16 γεωπόνων; 29,19 ἐπενεχθεῖσης; 30,12 λελέχθω; 31,2 τὰς φύσεις; 32,4 χαλιναγωγηθεῖς; 32,21 ἐν χερσί; 33,1 τελείου. itaque in parte posteriore, in qua codicis *V* subsidio destituti sumus, codicis *M* virtutem eo magis effulgere consentaneum est. et sane largam messem bonarum

ctionum suppeditat, cum plus sexaginta locis unus veram scripturam servaverit. exemplis quibusdam rem illustrabo.

42,15 haec legebantur: οἱ γε μὴν πλάνητες ἢ τ' ἀντίρροπος πρατιά τῆς τῶν ἀπλανῶν ἑπτὰ διακοσμοῦνται τάξεσι. quae cum sensu omnino careant, Mueller totum enuntiatum ἢ τ' ἀντίρροπος πρατιά τῆς τῶν ἀπλανῶν tamquam glossema delendum esse censuit. at nihil nisi vocula τε sententiam turbat. hanc omittit codex *M*, ea deleta sententia evadit planissima. cf. leg. alleg. 45 πλάνητές τε γὰρ ἑπτὰ γεγόνασιν, ἀντίρροποι τῇ κατὰ ταῦτα καὶ ὡσαύτως ἐχούσῃ φορᾶ.

49,20 τῶν δ' εἰρημένων οὐκ ἀποδεῖ καὶ τὸ μέλλον λέγεσθαι ἰλγата. verbum ἀποδεῖν significat *deteriorem esse* (cf. 53,18 ποδεῖ γὰρ τὰ μιμήματα τῶν ἀρχετύπων); eam notionem huic loco non idoneam esse apparet, requiritur notio verbi discrepandi. scripturam igitur lectionem tradit *M*: οὐκ ἀπάδει *non discrepat, non consentaneum est*. alia verbi ἀπάδειν exempla apud Philonem continent haec: de post. Caini I 226 τῆς ἐν τοῖς ὀνόμασι προχείρου κεντασίας πολὺ τάληθοῦς ἀπαδούσης (sic codex teste Tischendorfio Philon. p. 84,4, non ἀποδεούσης). ibid. I 235 ἐπειδὴ ταῦτα ἴσ' ἀληθείας ἀπάδει. de Abrah. II 2 ὅτι τὰ θεμιμένα διατάγματα ἴσ' φύσεως οὐκ ἀπάδει. a Platone verbum ἀπάδειν coniungitur cum dativo vel cum genetivo et praepositione ἀπό, cum ablativo a Plutarcho Sexto Empirico Luciano aliis, ut a Philone.

56,3 τεχνιτεύσῃ *M*: τεχνιτεύσῃται vulgata. Philo omnibus locis usurpat verbum activum τεχνιτεύειν: cf. de mut. nom. I 583 γεννήσας καὶ τεχνιτεύσας πατήρ. de somn. I 685 τοῦ θάτερον ἔδος τῆς γαστριμαργίας τεχνιτεύοντος, et 686 τὰ περι ἐδωδῆν ἀκραῶς τεχνιτεύοντα. de victim. II 239 ἕσα σιτοπόνων καὶ ὄψαρτυτῶν ἐριεργίαι τεχνιτεύουσι. fragm. II 626 ὅποτε τεχνιτεύοι. item forma passiva reperitur apud Dionysium Halicarnassensem Sextum Empiricum alios.

57,10 in ceteris codicibus traditur προσέτι τῶν οἰκείων ἀνακλῶν ἔργων. collato simili loco fragm. II 653 Mangey scribendum esse coniecit πρὸς ἐπίδειξιν τῶν οἰκείων ἀνακαλῶν ἔργων. sed mendationem faciliorem praebet codex *M*, in quo πρὸς τι τῶν οἰκείων ἀνακαλῶν ἔργων exaratum est.

58,3/4 in ceteris codicibus corrupta leguntur verba ὁμοιοῦτο τῷ κατὰ τὴν γένεσιν κόσμῳ καὶ θεῷ. veram scripturam servavit *M*: ὁμοιοῦτο κατὰ τὴν μόνωσιν κόσμῳ καὶ θεῷ, quae insuper confirmatur locis simillimis p. 66,21. 67,10.

58,14 ὁ δὲ πόθος οὗτος καὶ τὴν τῶν σωμάτων ἡδονὴν ἐγέννησεν, . . . δι' οὗ ὑπαλλάττονται τὸν θνητὸν καὶ κακοδαίμονα βίον ἀπὸ ἀθανάτου καὶ εὐδαίμονος vulgata. genetivus οὗ normae grammaticae repugnat et relativum sine dubio a vocabulo ἡδονὴν, non a πόθος, pendet. recte igitur cod. *M*: δι' ἧν.

61,11 codices valde corrupti sunt: τέλος οὐχ ὅρον ἄλλο ἢ τὸ μηδὲν ὑπολείπεσθαι alii, τέλος οὐκ ἄλλο ἢ τὸ μηδὲν ὑπολείπεσθαι alii. dubito num quis in hac codicum memoria coniectando verum invenire potuerit, quod in codice *M* exaratum est τέλος οὐ κῶρον ἀλλὰ τὸ μηδὲν ὑπολείπεσθαι.

Pauca haec elegi exempla ad codicis *M* praestantiam demonstrandam. quantum vero ad textum Philonis emendandum contulerit, in unaquaque pagina huius opusculi ex annotatione critica elucet. accedit quod duobus locis lacunae ceterorum codicum unius codicis *M* memoria expleantur: 46,2—3 φησι δὲ καὶ Ἰπποκράτης κτλ., et 51,16 ἔτι δ' ὄλκον καὶ εὐεργον.

Atque haec quidem in bonam partem de codice *M* dicenda sunt. quodsi per omnia talis esset qualem se praestat multis illis quos significavi locis, sane nobis gratulari possemus. sed idem tot vitiis tantisque corruptelis scatet, ut multis locis videatur libris pessimae notae adnumerandus esse. longum est omnes eius scripturas vitiosas enumerare. pleraeque tales sunt quales in codicibus non satis accurate emendateque scriptis reperiri solent. sed ad hoc usitatum genus vitiorum accedit alterum quod ex audaci mutatione verborum et ex interpolatione oritur. Philonis scripta multifariam et identidem correctorum et interpolatorum manus experta sunt neque ullus liber manu scriptus eiusmodi vulneribus intactus ad nos pervenit. sed in nullo codice interpolatorem saepius deprehendimus quam in codice *M*. nam cum satis magna copia vitiorum et glossematum ei cum aliis codicibus communis sit (v. infra), multae et gravissimae corruptelae et interpolationes in eo solo reperiuntur: velut 21,14 ἐκότερα νηχτά (verba e versu proximo perperam repetita); 23,6 ἢ ὅλα ἐνεργεῖ τεχνίτης; 25,1 κατακλύσωσιν ἐπιδίδωσιν

αὐτῶ τὸ φῶς ὁ θεός. cf. inprimis adnot. crit. ad 56,18. 61,4—7. 61,9. 61,11. 62,4/5. 62,8/9.

Iam utroque genere lectionum examinato recteque aestimato anceps natura codicis *M* sic fere explicanda videtur, ut exemplum, ex quo transcriptus est, ad archetypum rediisse bonum ac vetustum, sed ex altero quodam codice corrupto et interpolato multis locis correctum vel potius depravatum fuisse statuamus.

Codices *V* et *M* suum uterque locum in codicum ordine singularem obtinent, ceteri fere omnes in duas classes discedunt.

3. Prioris classis (*α*) codices a me collati sunt hi quattuor: *α* codex Monacensis graecus 459 (*A*), olim Augustanus, membranaceus, forma quadrata, saec. XIII manu elegantissima exaratus. specimen scripturae eius dedit Constantinus Tischendorf in tabula altera Philoneis adiecta. in prima pagina (fol. 1<sup>r</sup>) a manu recentiore (saec. XV, ut videtur) haec adnotata sunt: ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ πρῶτον ὀφειλοῦσιν ἀναγινώσκεισθαι οἱ δύο περὶ μοναρχίας λόγοι· εἶτα ὁ περὶ κοσμοποιίας· καὶ μετ' αὐτὸν ὁ λδ' καὶ λε', οἳ εἰσιν εἰς τὸν μετὰ τὴν ἑξαήμερον· ὅτι κατὰ ἀκολουθίαν ἔπονται τῆς ἱστορίας καὶ ἀλληγορίας· καὶ μετ' αὐτούς ὁ η῞<sup>ο</sup> λόγος, ὃς ἐπιγράφεται περὶ νόμων ἱερῶν ἀλληγορία· πλὴν δοκεῖ ἀναμέσον τούτων ἔχειν καὶ ἕτερον λόγον, ὃς ἐν τῷ παρόντι βιβλίῳ οὐκ ἔστιν· μετ' αὐτὸν δὲ τὸν η῞<sup>ον</sup> λόγον ἀναγινώσκειται ὁ κῆ λόγος, οὗ ἡ ἐπιγραφή περὶ τῶν χερουβὶμ καὶ τῆς φλογίνης ῥομφαίας· ἔχει δὲ μέσον τούτων ἔλλειψίν τιν' ὡς οἶμαι. deinde ab eadem manu adiuncta sunt haec: εἰς τὸν λα' λόγον περὶ γιγάντων εὐρήσεις ὅτι δοξάζει καὶ ὄλος ὁ κόσμος πεπληρῶσθαι (sic) ψυχῶν καὶ αὐτοὶ οἱ σύμπαντες ἀστέρες εἰσὶν ἔμψυχοι, ἐπεὶ αἰεὶ καὶ ῥητοὶ εἰσιν. et in ima pagina haec: τρεῖς γὰρ δόξας ἐναντίας τῇ ἐκκλησίᾳ εὕρισκω τοῦτον σφάλλοντα· τὴν ἕλλην ἀναρχον· προὔπαρξιν ψυχῶν· τοὺς ἀστέρας ζῶντας καὶ τὸν ἀέρα ζῶον. ab eadem manu passim in margine scholia adscripta sunt nullius pretii. foliis 1<sup>v</sup>—2<sup>v</sup> a librario praemissus est πίναξ Philonis librorum minio scriptus; ordo librorum idem est quem plerique codices huius classis exhibent. libellus de opificio mundi legitur fol. 163<sup>r</sup>—180<sup>v</sup>. cf. Hardt, Catal. codd. mss. gr. bibl. Bav. IV p. 422 sqq. hoc codice etiam Mangey usus est: neque enim dubitandum est quin codex Augustanus, quem

Hoescheliu8 et Mangey commemorant, idem sit cum Monacensi 459.

- B* codex Venetus Marcianus 41 (*B*), bombycinus, forma quadrata, saec. XIII variis manibus eleganter scriptus. fuit olim bibliothecae Bessarionis Cardinalis. continet viginti quinque scripta Philonis (cf. Zanetti, Graeca D. Marci Bibl. p. 27); opusculum de opificio mundi legitur fol. 77<sup>v</sup>—100<sup>v</sup>.
- C* codex Coislinianus 43 (*C*), membranaceus (non bombycinus), forma maxima, saec. XV exeunte scriptus. insunt viginti scripta Philonis eodem ordine disposita atque in codice Monacensi *A*; liber de opificio mundi extat fol. 166<sup>r</sup>—186<sup>r</sup>. cf. Montfaucon, Bibl. Coisl. p. 115. in eo codice, ex quo descriptus est *C*, duo quaterniones videntur transpositi fuisse; nam ea pars libri de opificio mundi quae pertinet a verbis τὸ σπέρμα περιέχον usque ad verba βάρους ἐπιπέδῳ προστεθέντος (p. 13,16—36,1) suo loco in codice inter fol. 169<sup>v</sup> et 170<sup>r</sup> deest, extat loco posteriore inter verba τῶν μὲν γὰρ ἐστὶν et ἄψυχος ἢ ὕλη (58,18) inde a fol. 176<sup>v</sup> vers. 6 usque ad fol. 183<sup>r</sup> inf. initio libri de opificio mundi ab altera manu (saec. XVI) in margine quaedam correcta vel temptata sunt. hoc quoque codice Mangey iam usus est.
- D* codex Laurentianus plut. LXIX cod. 11 (*D*), membranaceus, forma quadrata, saec. XV (non XIV). continet Philonis scripta quattuordecim (cf. Bandini, Catal. II p. 630 sqq.), in his librum de opificio mundi, qui legitur fol. 171<sup>v</sup>—180<sup>v</sup>, 161<sup>r</sup>—170<sup>v</sup>, 181<sup>r</sup>—186<sup>v</sup>: duo quiniones (codex enim e quinionibus compositus est) sedes suas ita mutarunt, ut quae inter fol. 180 et fol. 181 locum habere debebant nunc fol. 161—170 legantur.

His quattuor codicibus unam constitui classem mirabili eorum consensu probatur. atque eidem classi adscribendi sunt duo codices a Mangeio adhibiti, Vaticanus et Oxoniensis. et Vaticanus quidem numero 152 a Mangeio notatus sine dubio est

*E* codex Vaticano-Palatinus 152 (*E*), chartaceus, forma octava, saec. XIV, in quo septem scripta Philonis insunt eodem fere ordine disposita atque in Laurentiano *D*. liber de opificio mundi legitur fol. 1—39. cf. Stevenson, Codd. mss. Palat. graec. p. 82. paucas scripturae discrepantias huius codicis (quem ipse



non vidi) ad Mangeii fidem in adnotatione critica commemoravi. Oxoniensis autem praetermittendus est, quippe descriptus e Veneto: codex Oxoniensis Collegii Novi 143, chartaceus, forma maxima, saec. XVI, continet triginta septem scripta Philonis duabus manibus exarata; altera pars codicis anno MDXXXIII Patavii scripta est; opusculum de opificio mundi extat fol. 107\*<sup>v</sup>—124\*<sup>r</sup>. cf. Coxe, Catal. codd. mss. qui in collegiis aulisque Oxon. hodie adservantur, tom. I. hunc codicem aestate a. 1888 Oxonii contuli et e codice Veneto 41 (*B*) ad verbum descriptum esse intellexi<sup>1)</sup>; quare in adnotatione critica eum non commemoravi.

Memoria classis *a* codicum proxime distat a codice *M*, quocum permultae lectiones his codicibus communes sunt et egregiae et corruptae, et bonis quidem codicum *M* et *a* lectionibus verba Philonis in editionibus depravata multis locis emendari et in pristinam formam reduci possunt. sed quod de codice *M* animadverti, multis eum inquinatum esse corruptelis et glossematis, idem fere de codicum classe *a* dicendum est. namque archetypus huius classis cum eo codice, ex quo ut supra dixi corruptelae gravissimae et interpolationes in codicem *M* transierunt, artissime cohaesit; pleraque enim eadem quae in codice *M* vel corrupta vel interpolata sunt in his codicibus reperiuntur, passim etiam verba in codice *M* leviter afflicta in hac classe codicum gravius depravata sunt. cf. 1,3 ἐξετύφλωσαν; 1,10 καὶ χρησιμωτάτη τῷ βίῳ τὴν κοσμογόνον καὶ ἐν ἑραῖς βίβλοις<sup>2)</sup> verba interpolata; 2,1 γενητοῦ; 2,13 οὐκ εὐαγῶς; 2,18 δραστήριον ὡς αἴτιον; 3,8 κατασκευαζόντων ἐστί; 3,22 ὁ πρῶτος; 4,4 ἐν τοῖς δυοῖ (pro οὐσί); 5,3 αὐτά; 5,10 εὐκρασίαν καὶ interpolata; 6,14 εὐψυχίαν; 7,4 ἀσθενέστερον ἐστίν; 7,9 τὴν αἰσθητὴν πόλιν τῆ νοητῆ;

<sup>1)</sup> argumenta ne quis desideret, validissimum argumentum hoc affero, omnes scripturae discrepantias codicis Veneti *B* proprias in codice Oxoniensi reperiri: 4,19 ἰδέαν om. || 7,5 εὐαρμόστω || 8,15 ἐμελλεν || 15,4 ἐγκαμπτήρα || 24,15 κοροβαριῶντες || 27,20 τῶν || 30,3 verba αἱ κακίαι καὶ om. || 34,13 συντιθεῖς || 36,1 τοῦ om. || 38,4 καὶ ἐπιφανεία ante καὶ γραμμῆ || 38,24 παρερρεῖσθαι || 40,1 ἤκοιτο || 41,15 μίαν || 45,11 μεταβολῆς || 58,9 ἐπιγινόμενος || 59,19 λέγεται δὲ τὸ παλαιόν || 61,8 τις.

<sup>2)</sup> διωρισμένην, quod in adnotatione Mangeii additur, in codicibus non legitur.

XIV

7,12 διευτωπώθη τὸ πᾶν (ubi hominis creatio tractatur); 11,19 ἀνίκμους φύσεις; 15,9 οὐς ἂν πάντας; 16,7 οἱ τὰ κάρυα παίζοντες; 17,13 χρήζει; 18,1 ἄληκτον; 18,12 (καὶ) ἔνεκα δημιουργιῶν interpolata; 18,15 τίνα δ' ἕκαστον παρέχεται *M* (pro ὅταν κτλ.), ἕνα δ' ἕκαστον παρέχεται *a*; 18,24 καὶ κόσμου interpolata; 19,3 φωτός; 19,4 τὰς ἰδίας ἐπιφανείας ἄρχονται διαφαίνειν ἄθροοι (καὶ) ποιότητος; 19,6 καὶ μηνῶν καὶ ἐνιαυτῶν ἀριθμούς καὶ ζῶων ἐμφύχων interpolata; 20,19 περὶ αἰσθήσεων ζῶων διαθέσεις (ῶν) glossema; 21,21 ποιεῖ καὶ εὐθύς interpolata; alia.

Sed ut codex *M* proprias habet corruptelas et interpolationes, ita multa vel corrupta vel interpolata in his codicibus solis reperiuntur. velut 2,9 παραδοθήσεται; 5,10 πάλιν; 5,14 ἑκάστου; 5,19 περὶ om.; 7,1 ἀπερίγραπτοι; 7,7 οὐδένα; 7,11 ἄνω γράφων; 11,8 συμπεφυρμένων; 11,18 ἀνασχεῖν; 13,17 περιέχον; 20,12 ἐπιτελεῖται; 21,11 ἐκτρέπεσθαι; 23,20 ἐμφανεστερον; 24,6 διατέμνων; 25,19 οὐ κέκτηται; 26,4 αὐτῶν ὁ ἕκαστος; 30,1 φοραί; 30,9 τοῦ μὴ τὰ ὄντα; 30,10 δημιουργικῆς; 31,10 ἐπιτυχόντα; 31,13 ἔχοντα; 32,2 ἔργον; 32,17/18 εἰσφορᾶ; 36,8 ἀποδειξαι βεβαιότεραν; 40,21 τὰ τρία; 41,10 ἐν ταῖς; 42,6 ἐν ἀσωμάτοις προκαλεῖται καὶ νοητῶς ἐπιδεικνυται; 44,19/20 τὰ δ' ἐν τοῖς λεγομένοις σπλάγγχοις; 48,1 ἔδειξεν; 49,4 λόγον; 50,22 πνεύματος; 51,16 καθόλου; 53,22 βεβαιότατα; 54,2 πλὴν δὲ οὐ; 55,5 ἀκροτάτω; 58,8 οὐδ' ἐν ἐκείνω; ibid. ἐμφανεστερον; 58,11 ἀρμόττοντα πόθον ἐνίδρυσεν; 61,14 ἡδονήν; 67,12 χαραχθεῖσαν.

Verum tamen est ubi classis *a* codicum sola bonam et genuinam lectionem suppeditet. cf. 14,5 ἕαρος καὶ μετοπώρου; 22,7 τῷ; 36,10 ὑπό; 36,12 τὰ ὀκτώ; ibid. δις γενόμενος; 37,9 οἷς; 42,18 ἐμποιοῦντες; 44,7 ὁ τῆς ἀμπέλου (scil. καρπός); 49,8 ἐνούσης; 60,16 ἄπουν et πρηγὲς πεπτωκός; 65,20 αἱ ἀένοι; 66,17 ὀχλοκρατίαν.

Omnium huius classis codicum longe optimus est Monacensis *A*, ab hoc proxime abest Coislinianus *C*; multo magis corrupti sunt Marcianus *B* et Laurentianus *D*, quos ex eodem exemplo descriptos esse existimo; ex eodem derivatus est codex Laurentianus Conv. 107 (olim Abbatiae Florent. 78), chartaceus, saec. XV—XVI, quem ipse inspexi et in omnibus fere cum Laurentiano *D* conspirare intellexi. Vaticanum *E* propius abesse a codicibus *BD* quam a codicibus *AC*, his locis probatur: 5,22 οἰκείω *BDE*; adnot. ad 9,5 καὶ θεοῦ λόγον

om. *BDE*; 17,1 δευχθῆναι *BDE*. uno loco, si Mangeii testimonio fides habenda est, a codicibus *BD* discrepat: 43,10 φύσιν *ACE*, πίστιν *BD*. sed ex Mangeii testimonio non minus novem locis ab omnibus huius classis codicibus sese removere fertur. ac tribus quidem quattuorve locis casu fortasse hoc factum est: 21,21 τὰ προσταχθέντα (pro τὸ προσταχθέν); 34,2 ἰδέας (pro οὐσίας); 47,13 ἡμέραν ἐβδόμην (pro ἑρὰν ἐβδόμην); 55,15 οὐσίας (pro ἰδέας). talia enim ipsi librario nescio an tribuenda sint. reliquis autem quinque locis cum aliis codicibus ita convenit, ut librarius earum lectionum auctor existimari nequeat: 16,1 (cf. Corrig.) διότι ῥύσει μὲν ἐνὸς δυάς, ῥύσει δὲ σημείου συνίσταται γραμμῆ (= *V*); 32,1 κατακλιθέντες (= *VF*); 40,21 τοῖς ἐξήκοντα (= *M*); 48,1 ἀδικεῖν ἐκ προνοίας (= *MF*); 60,13 τρόπον (pro δειγμάτων teste Mangeio: an pro τύπων? cf. cod. *M*). omnibus his locis Mangeii errores subesse mihi videntur; fortasse Palatinum 152 cum alio quodam Vaticano confudit (v. infra).

Praeter eos quos nominavi libros manu scriptos huic classi, ni fallor, adnumerandi sunt e libris in bibliotheca Vaticana adservatis codex Vaticano-Palatinus gr. 183 (chart. saec. XIV) et codex Vaticanus gr. 380 (membran. saec. XV), si quidem in eis scripta Philonis eodem ordine atque in codicibus *A* et *C* disposita sunt (cf. Stevenson, Codd. mss. Palat. gr. p. 94. Pitra, Analecta Sacra II p. 314).

4. Alterius classis (*b*) codices quos collatos habeo hi sunt *b* quattuor:

codex Venetus Marcianus 40 (*H*), chartaceus, forma *H* quadrata, saec. XIV (non XIII), olim Bessarionis Cardinalis liber. continet, ut Bessario adnotavit, Φίλωνος Ἰουδαίου τὰ συγγράμματα πάντα, ut accuratius dicamus, omnia quae postea Turnebus edidit; liber de opificio mundi legitur fol. 1<sup>r</sup>—18<sup>r</sup>. huius codicis gemellus vel ex eo descriptus est codex Venetus Marcianus 39 (membran., forma maxima, saec. XV), quem obiter inspexi.

codex Monacensis graecus 124 (*I*), chartaceus, forma *I* maxima, saec. XVI negligentissime scriptus. complectitur eadem scripta Philonea quae codex *H*; opusculum de opificio mundi extat fol. 1<sup>r</sup>—27<sup>r</sup>. cf. Hardt, Catal. II p. 65 sqq. praemonuit

librarius haec: φιλωνος Ιουδαίου τὰ συγγράμματα πάντα τὰ εὐρισκόμενα μετεγράφησαν ἐκ τῆς βιβλιοθήκης βεσσαρίωνος καρδηγάλεως τοῦ τῶν τούσκλων, Ἕλληνος τὸ γένος. descriptus est igitur codex *I* e codice Veneto *H*. idem est quem Fridericus Pfeiffer in editione sua (Erlangae 1785) usurpavit et littera *A* notavit; sed falso eum bombycinum et saeculo XIV exaratum esse contendit, nec vero omnes scripturae discrepantias eius enotavit, sed selectas, nec satis accurate codicem excusserat, si quidem passim falsa de eo rettulit: velut 2,13 in eo non legitur ἐναργῶς, sed ἐναγῶς; 21,13 non φθοράν, sed φοράν; 37,9 non οἷς, sed ἦς; 49,9 πολυσχιδῶς, non πολυσχιδῶν; 54,16 εὐνόμως, non εὐνομος; 60,14 καλοῦντα, non καλούντων. scriptus est codex summa cum neglegentia, librarius indoctus fuit et linguae Graecae paene rudis; itaque in adnotatione critica foedissima vitia eius silentio praetermisi.

*K* codex Parisinus 434 (*K*), olim Regius 2250, chartaceus, forma quadrata, saec. XVI ineunte variis manibus exaratus. insunt viginti scripta Philonis eodem ordine disposita quo in codicibus *HI*; liber περὶ κοσμοποιίας legitur fol. 1<sup>r</sup>—29<sup>r</sup>. videtur et ipse descriptus esse e codice Veneto *H* (vel eius gemello Veneto 39). in margine passim correctoris manus occurrit, de qua infra dicendum erit. in prima pagina manu Constantini Palaeocappae haec tabula praemissa est:

+ τάδε ἔνεστιν ἐν τῇ βίβλῳ τῇδε·

+ φιλωνος Ιουδαίου περὶ μωσέως κοσμοποιίας. λόγοι ιη' (sic).

+ τοῦ αὐτοῦ περὶ βίου μωσέως λόγοι γ'.

+ διήγησις ἱστορικῆ τύπῳ διεξιούσα τὰ τῆς παλαιᾶς γραφῆς.

anno igitur MDLII, quo primum Turnebus Philonem edidit, codex *K* in bibliotheca regia Fonteblandensi fuit, quoniam Palaeocappa, qui hunc indicem scripsit cum in ea bibliotheca librarii munus administrabat, anno MDLI ineunte mortuus est (cf. E. Legrand, *Bibliographie Hellénique* II p. 162 sq. et quae dixi in libro qui inscribitur *Philol. Abhandlungen, Martin Hertz zum siebzigsten Geburtstage dargebracht*, Berol. 1888, p. 123 sq.).

*L* codex Parisinus 433 (*L*), olim Regius 1895, chartaceus, forma quadrata, saec. XVI a Nicolao Sophiano scriptus. suspicor Sophianum hunc codicem a se in Italia scriptum uni ex legatis vendidisse, quos Franciscus I rex Francogalliae Venetiis habebat;

fortasse Georgius de Selve, qui Francisci regis legatus Venetiis fuit post annum MDXXXIV quemque ab Angelo Vergecio calligrapho illo notissimo et a Nicolao Sophiano codices graecos sibi describendos curasse constat (cf. L. Delisle, le cabinet des manuscrits I p. 153), hunc quoque codicem emit et in Franco-galliam abduxit. insunt in hoc codice scripta Philonis omnia quae Turnebus postea edidit; libellus de opificio mundi legitur fol. 1<sup>r</sup>—20<sup>r</sup>.

Memoria textus Philonei in hac classe codicum inest partim melior quam in libris classis *a* partim deterior. ac primum quidem absunt a codicibus huius classis graviora illa quae supra commemoravi vitia et glossemata codicum *M* et *a*, ut multis locis illi genuina verba scriptoris una cum codice optimo *V* servaverint. nec raro soli omnium codicum bonam lectionem suppeditant: cf. 3,7 ἀπεριμάχητον; 5,12 νεωσοίκους; 7,13 δ μεΐζον; 7,14 δῆλον δὲ ὅτι; 9,4 τῶν αἰσθητικῶν κριτηρίων; 9,18 ἀνάλαμψιν; 12,20 ἡ ἄρδει; 13,22 οἶοι; 18,21 τῶν ἄλλων ἀστέρων; 21,13 ἀντωθῶντα; 29,21 ἀνέστρεψε; 34,11 ἀντί; 36,8 βεβαιωτέον; 49,11 ἀφαινομένην; 52,9 προσανέπλαττε; 58,11 ἀρμόττεται; 59,2 ἀδιάφθορον; 62,4/5 σύνοδοι ξεναγὸν ἔχουσιν ἡδονήν.

Sed ne hi quidem integra omnia et incorrupta servarunt neque eorum archetypus vitiorum expers fuit. cf. 2,13 ἐναγῶς; 3,3 ἱστορεῖ λόγος; 3,14 γένεσιν καὶ οἰκεῖον ὄνομα; 4,6 ἔξ et δεῖ; 6,19 ἐπιλαβεῖν; 8,2 χρόνου; 8,6 τῷ ὄντι add. (repetitum ex eis quae mox sequuntur καὶ γὰρ εὐλογον τῷ ὄντι); 8,16 παρὰ τοῦ νοητοῦ κόσμου verba interpolata (παρὰ soloecum); 8,18 ἐφήμισε; 12,8 ἐπεβρίθει: hanc formam, quae nulla est, per editiones omnes propagatam et conservatam esse paene incredibile est; 14,19 παντελοῦς; 18,7 συζητήσεως; 22,21 ἀναγκαίῳ λόγῳ; 29,10 πάντα ὅσα; 33,4 γενέσιον; 34,15 πλευρόν; 35,3 ἐναρμονίας; 36,11 τὴν αὐτήν; 37,9 ἡς; 37,20 τοῖς εἰωθόσιν ὀνόμασι χρωμένων; 40,10 ἑπτὰ; 43,1 ἀναχθείσης; 54,3 ἐπηρτημένοι; 61,18 ἐπιφοράν; 62,8 ἀποκλαίεται; 67,5 πεπονημένου. praeterea verba scriptoris in hac classe codicum saepe perperam transposita sunt; praecipue simplex et faciliior structura ex difficiliore et contorta, quae Philoni in deliciis fuit, haud raro facta est. velut 2,14/15 πλέον τοῦ μετρίου ἀποσεμνῶναι pro πλέον ἀποσεμνῶναι τοῦ μετρίου; 5,11 τῆς μελλούσης πόλεως ἀποτελεῖσθαι pro τῆς μελλούσης ἀπο-

## XVIII

τελείσθαι πόλεως; 7,10 Μωσέως γάρ ἐστι τὸ δόγμα τοῦτο pro το δὲ δόγμα τοῦτο Μωσέως ἐστίν; 16,5 ἤγαγεν ἡμᾶς εἰς ἔννοιαν pro ἤγαγεν εἰς ἔννοιαν ἡμᾶς; 18,15/16 ὅταν δ' ἕκαστον τῶν εἰρημένων χρεῖαν τε καὶ ὠφέλειαν παρέχεται pro ὅταν δ' ἕκαστον παρέχεται τῶν εἰρημένων χρεῖαν τε καὶ ὠφέλειαν; 21,2 ἀτμούςσιν ὄσφρησις pro καὶ ὄσφρησις ἀτμούςσιν, qua mutatione antithesis periodi membrorum restituitur chiasmica structura apud Philonem frequentissima sublata.

Scripta Philonis in eis quos vidi omnibus huius classis codicibus eodem ordine ita disposita sunt, ut initium faciat libellus de opificio mundi. quare praeter eos quos nominavi libros manu scriptos alii multi in bibliothecis adhuc latitantes necdum excussi eidem classi adscribendi videntur: velut de libris Philoneis in bibliotheca Vaticana adservatis codex Vaticanus graecus 382 (bombyc. saec. XIV), codex Palatinus graecus 311 (chart. saec. XV—XVI), codex Ottobonianus graecus 48 (chart. saec. XVI); deinde codex Escorialensis y — I—5 (chart. saec. XIV: cf. Miller, Catal. des mscr. grecs de la bibl. de l' Escorial p. 262), codex Leidensis suppl. 105, codex Leeuwardensis 40 (chart. saec. XVI: cf. Omont, Catal. des mscr. grecs des bibl. des Pays-Bas p. 20 sq.).

5. Neutri harum classium videtur adnumerandus esse *F* codex Laurentianus plut. LXXXV cod. 10 (*F*), chartaceus, partim saec. XV partim saec. XVI, cuius collationem liberalitati Friderici Hanssen debeo. continet Philonis scripta varia, in his opusculum *περὶ κοσμοποιίας* fol. 85<sup>v</sup>—106<sup>v</sup> (cf. Bandini, Catal. III p. 269 sq.). duabus manibus exaratus est: prior manus (saec. XV) folia 15—412 scripsit, altera (saec. XVI) folia 1—14 et 419—559. tum tertia manus recentior multa vitia correxit quae prior librarius commiserat; eadem manus in foliis 104—106 finem libelli de opificio mundi (inde a verbis *ὁπως ἀμέτοχος αὐτὸς ἦ κακίας* p. 57,8) a librario omissum supplevit. contextum a librario negligentissime scriptum corrector, quem hominem doctum fuisse facile intellegitur, sollertissime retractavit nec solum librarii errores correxit, sed etiam aliquot locis quae falsa esse ei videbantur de suo ingenio emendare studuit. correctoris manum nota *F*<sup>2</sup> significavi, librarii *F*<sup>1</sup>

De auctoritate huius codicis iudicium non ita facile est. in universum quidem maxime cum codicum classe **b** conspirat, quapropter eum in adnotatione critica non nominavi nisi ubi a memoria classis **b** discrepat: itaque ubi codicis *F* scripturae discrepantiam non enotavi, cum classe **b** eum congruere scito. sed multis locis ac maxime eis quibus codices huius classis corruptam lectionem tradunt, codex *F* ab iis dissentit et reliquorum codicum memoriam sequitur. veluti 1,15 ἀνυμνήσαι habet (= **b**), sed 3,3 αἶρεῖ λόγος, non ἱστορεῖ; 3,7 ἀπεριμάχητον (= **b**), sed 3,14 γένεσιν οἰκετον ἔνομα, non γένεσιν καὶ οἰκετον ἔνομα; 8,16 πρῶτον οὖν παρὰ τοῦ νοητοῦ κόσμου (= **b**), sed 9,18 ἀνάληψιν. tum transpositiones illae verborum, quas codicum classis **b** proprias esse supra dixi (p. XVII sq.), fere omnes a codice *F* absunt: cf. adnot. ad p. 2,12; 2,14/15; 4,20; 5,11; 6,11; 7,10; 7,11 al.

Non paucis locis codex *F* cum codicibus classis **a** convenit, ut exemplum ex quo transcriptus sit textum Philonis ex utraque classe mixtum continuisse videatur. cf. 7,15 κόσμον εἶναι νοητόν; 8,5 τοῦ κόσμου; 29,1 μονοῦ; 29,5 ἡ χρημάτων ἡ ἀρχῆς; 34,10 ἐπ' αὐτόν; 36,10 ὑπό; 36,12 γενόμενος; 42,18 ἐμποιοῦντες; 45,22 ἰδρῶσι; 46,19 ἀποτελεῖ; 47,5 ἐτοιμοτέραν; 50,16 θνητός; 61,14 ἡδονήν. sed hac suspitione singularis natura codicis *F* non illustratur; nam permultis locis et a codicum classe **b** et a classe **a** omnino discrepat ac vel cum codice *V* vel cum codice *M* vel cum utroque horum conspirat: cf. adnot. ad 8,8; 9,2; 12,6; 15,2; 16,11; 18,14; 20,12; 21,2; 23,12; 24,6; 24,11; 26,12; 27,12; 28,19; 29,16; 29,20; 29,21; 32,1; 36,4; 41,6; 43,13; 44,17; 48,1; 48,19/20; 51,4; 52,12; 54,16. nec desunt loci quibus codex *F* a reliquis libris omnibus discedit; nec solum vitia in eo comparent propria, sed est etiam ubi solus omnium bonam lectionem servaverit: veluti 36,8 ἀποδείξει; 36,11 τὴν ἀμφοῖν; 41,21 ὑπερέχει; 42,22 εὐρεῖς.

Quae cum ita sint, in codice *F* exarando librarium duobus exemplis usum esse suspicor: alterum codicibus classis **b** simillimum fuit, alterius memoria prorsus diversa et reliquis codicibus propior.

Omnia haec dixi de librario i. e. de eo qui cum alia tum maiorem partem opusculi de opificio mundi exaravit (*F*<sup>1</sup>). sed


eadem fere dicenda sunt de correctore ( $F^2$ ). ne is quidem ad unam contextus Philonei memoriam sese applicavit, sed modo hanc modo illam secutus esse videtur. veluti 2,13 librarius ( $F^1$ ) scripserat ἐναγῶς (=  $b$ ), corrector ( $F^2$ ) littera ρ addita ἐναργῶς substituit; 10,17 ἡ λέγεται  $F^1$  (=  $b$ ), ἡ λέλεκται  $F^2$  (=  $V$ ); 12,20 ἡ  $F^1$  (=  $b$ ), ἦν  $F^2$  (=  $Ma$ ); 13,17 περιέχοντος  $F^1$  (=  $V Mb$ ), litteris finalibus τος erasis περιέχον restituit corrector (=  $a$ ); 16,1 librarius eadem scripsit, quae in codicum classe  $b$  leguntur, corrector supra versum addidit verba διότι ῥύσει μὲν ἐνὸς δυάς, ῥύσει δὲ σημείου συνίσταται γραμμῆ (=  $V$ ); 17,11 ἀπέφηνεν  $F^1$ , ἀπέφαινεν  $F^2$  (=  $V$ ); 21,19 ὑπολέλειπτο  $F^1$  (=  $V a$ ), ὑπελέλειπτο  $F^2$  (=  $b$ ); 26,1 ὡς  $F^1$  (ᾗ  $V$ ), οἷς  $F^2$  (=  $M b$ ); 39,8 ἔχουσ'  $F^1$ , ἔχουσιν  $F^2$  (=  $a$ ); 40,21 ἐπτά  $F^1$  (=  $b$ ), ἐξήκοντα  $F^2$  (=  $M$ ); 41,3 ἡ  $F^1$  (=  $a$ ), ὃ  $F^2$  (=  $M$ ); 49,18 καταμηνιαίων  $F^1$  (=  $b$ ), καταμηνίων  $F^2$  (=  $Ma$ ). neque alia res est in ea parte libelli de opificio mundi, in qua corrector librarii munere functus est: in ea quoque modo cum codicum classe  $b$  modo cum classe  $a$  vel cum  $Ma$ , passim etiam cum codice  $M$  solo conspirat: cf. adnot. ad 59,1; 59,12; 60,16; 63,5; 66,21. itaque correctorem aetate non procul a librario ( $F^1$ ) distare existimaverim et eadem exempla usurpata esse ab eo in corrigendo atque a librario in transcribendo opusculo περὶ κοσμοποιίας. aliquot locis corrector suoapte ingenio verba tradita temptavit: veluti 17,13 θεωρήσαι corrigebat (pro γνωρίσαι); 18,12 ἰδέας (pro οὐσίας); ibidem τὸν οὐρανόν (pro τῶν οὐρανῶν, quod levi errore scriptum est pro τῷ οὐρανῷ); 36,5 ἐντὸς δεκάδος (pro ἐν δεκάδι); 42,22 εὐρεῖς εἰσὶν οἱ τε κόλποι (pro εὐρεῖς ἔστιν ὅτε κόλποι), et mox βαθεῖς αἰγιαλούς (propter verbum corruptum ἔησι).

Singularem locum in codicum numero codici  $F$  tribuendum esse ex eis quae supra exposui satis intellegi opinor. ac nescio an alii codices similes adhuc in bibliothecis latitent nondum excussi. simillimum certe suspicor esse codicem Vaticano-Palatinum graecum 248 (bombyc. saec. XIV — XV: cf. Stevenson, Codd. mss. Palat. gr. p. 135). in quo cum alia Philonea leguntur tum opusculum de opificio mundi fol. 40<sup>v</sup>—56<sup>v</sup>, cuius initium Augustus Mau rogatu meo benevolentissime contulit. quo ex specimine magnam intercedere similitudinem inter codicem  $F$  et codicem Palat. statim intellexi; nam et is plerumque



cum codicum classe **b** congruit, sed multis locis et eisdem fere quibus codex *F* ab ea memoria discedit. velut 1,11 in eo scriptum est *παρέχουσα* (= *F*); 2,1 *ὄργάνου* (= *F*); 2,13 *ἐναργῶς* (= *F*<sup>a</sup>); 2,14/15 *ἀποσεμνῶναι τοῦ μετρίου*; 3,3 *ἔρεϊ* (pro *αἰρεϊ*: cf. lectionem codicis *M*); 3,14 *γένεσιν οἰκεῖον ὄνομα*.

Eis quae de codicum necessitudine disserui hoc fere stemma efficitur:



6. Ad libros manu scriptos quibus opera Philonea integra continentur alterum accedit subsidium artis criticae in Philone factitandae, quod excerptis efficitur ex scriptis eius collectis. nam Philo et antiquis temporibus et medio quod dicitur aevo multum lectitabatur eiusque doctrina sententiaeque saepe et a multis adhibebantur. inprimis in codicibus graecis qui vocantur miscellaneis excerpta Philonea permulta circumferuntur. ex eiusmodi codicibus ipse adhibui codicem Parisinum 1630 (*P*), cuius notitiam aliquam habebat etiam Mangey, quippe qui *P* duas lectiones e codice Regio 3502 (is enim nunc notatus est numero 1630) repetitas commemoret, *προσπεριβαλόντες* (1,3) et *ἐναργῶς* (2,13). est codex bombycinus, forma duodecima, saec. XIV, cuius foliis 88<sup>v</sup>—91<sup>v</sup> excerpta quaedam Philonea leguntur. initium facit excerptum ex libro *περὶ μετανόιας*, pertinens a verbis *Φιλάρετος καὶ φιλόκαλος* usque ad verba *εἰς ἅπαν οὐκ ἀγνοήσαντος* (= II 405 Mang.), sequuntur *ἐκ τῶν φίλωνος ἐξηγήσεων ἀπανθήματα τῶν περὶ κοσμοποιίας*, quae florilegia libelli de officio mundi particulas comprehendunt hasce:

## XXII

1. verba Τῶν ἄλλων νομοθετῶν — τῷ κόσμῳ συνάδοντος (1,1—12) omissis verbis μήτ' εὐθύς — τοῖς ὑφ' ἐτέρων συντεθεῖσιν (1,7—9);
2. verba τὸ μὲν οὖν κάλλος — πλεον ἀποσεμνῦναι τοῦ μετρίου (1,14—2,15);
3. verba τὸν δὲ κόσμον οἱ φάσκοντες — τῷ μὴ πεποιηκότη (2,23—3,7);
4. verba ἐπεὶ οὖν ὄρατος — γεννητικώτατος ὁ ξξ (3,14—22);
5. verba οἱ καρυατίζοντες — στερεὸν ἤδη σῶμα (16,7—11), quibus compilerator de suo adiunxit haec verba: ἔστι δὲ ὁ τούτων ἀριθμὸς ἰσάκις καὶ ἴσος καὶ ὡσανεὶ ἡμιόλιος, μέτρον τε ἰσότητος ἔχων μηδὲν διαφέρων τῶν πλανητῶν. ἀλλὰ τίς δύναται τὴν ἀκριβεστέραν κατάληψιν ἰχνηλατῆσαι τῶν δεδημιουργημένων;
6. verba δεῖ δὲ τὸν κόσμον — παγῆναι τὸν ξξ (4,6—7), quibus adiecta sunt verba τὴν δὲ πρώτην οὐ καλεῖ πρώτην, ἵνα μὴ ταῖς ἄλλαις συγκαταριθμῆται (4,12—13);
7. verba προλαβὼν γὰρ ὁ θεὸς — ἀπεικονίσθη (4,17—20), quibus addidit compilerator haec: εἶτα λέγει (scil. Φίλων) τὸν ὄρατον τοῦτον κόσμον πρὸς ἀόρατον ἀρχέτυπον γενέσθαι καὶ χρῆται παραδείγματι τούτῳ;
8. verba ἐπειδὴν πόλις κτίζεται — τοὺς τύπους αὐτῆς (5,6—21);
9. verba ἀλλ' οὐ πρὸς τὸ μέγεθος — ἐκάστῳ τὸ ἐπιβάλλον (6,19—7,6);
10. verba ἐπεὶ δὲ τὸ σύμπαν ὕδωρ — εἰς διαμονήν (11,5—13);
11. verba διὸ φλέβας — ἔμελλον ἀναχεῖν (11,17—18);
12. verba ὁ μὲν δὴ προστάττει — ἀϊδιότητος (13,6—14) omissis verbis τὰς σπερματικὰς οὐσίας — καιρῶν περιόδους (13,10—12);
13. verba τῇ δὲ τετάρτῃ ἡμέρᾳ — πρὸ σοφίας θαυμάσαντες (13,18—14,3);
14. verba ἵνα μηδενὶ γενητῷ — καρποὺς ἤνεγκεν (14,7—11);
15. verba οἶα γὰρ ἠνίοχος — θεῷ δυνατὰ (14,14—16);
16. verba ὅπερ νοῦς ἐν ψυχῇ — τῶν σωματικῶν ἀντίληψιν (17,11—14);
17. verba μετὰ δὴ τὰ ἄλλα πάντα — ἡγεμόνα νοῦν (23,18—23);
18. verba ἐπεὶ δὲ οὐ σύμπασα εἰκῶν — τύπον ἔχοντος (25,2—5).

Memoria contextus Philonei, quae his excerptis continetur, proxime distat a codicum classe *b*, sed ut aliquot locis, inprimis eis quibus graviores corruptelae in codices eius classis irrepserunt aut verba scriptoris perperam transposita sunt, in partes aliorum codicum abeat. veluti 1,3 προσπεριβαλόντες veram lectionem una cum codice *M* suppeditat; 2,13 ἐναργῶς (= *F*<sup>2</sup>);

5,18 εὐχρασίαν om. (= *VM*); 11,17 ἐπλήμμυρον (= *M*); 14,1 πολὺ (= *VMa*); 14,15 ἐπειλημμένος (= *Va*); 16,8 προτιθέντες (= *VMa*); 16,11 στερεόν (= *VMFa*). exemplum igitur, ex quo excerpta codicis *P* fluxerunt, non dissimile videtur fuisse archetypo codicum Laurentiani *F* et Vaticano-Palatini 248.

Magis quam *P* cum codicum classe *b* conspirat codex Palatinus Heidelbergensis 129 (bombyc. saec. XIV), in *Pal. 129* quo excerpta Philonea tradita sunt foliis 14<sup>r</sup>—17<sup>v</sup>, 24<sup>r</sup>—28<sup>v</sup>, 31<sup>r</sup>. excerpta e libello περὶ κοσμοποιίας, quae fol. 14<sup>v</sup> et 24<sup>r</sup> leguntur, benignissime ac liberalissime Maximilianus Treu mecum communicavit. huius codicis scripturae discrepantias, quippe quae nihil fere novi afferant, ubique enotare supersedi. uno tantum loco bonam lectionem servavit in ceteris codicibus aut omissam aut pessumdatam: folio 24<sup>r</sup> cum alia tum verba Philonis οἷα ἑταιρὶς καὶ μάχλος — δι' ἑαυτοῦ μὴ δυναμένου (64,11—65,1) laudantur, in quibus codex Palatinus integriora tradit ceteris verba τοὺς τύπους ἐκάστων ἐνσφραγιζόμεναι καὶ τὸ ἕμοιον ἐνεργαζόμεναι πάθος (64,16). vestigium genuinae scripturae servavit etiam codex *M*, sed corruptum (ἐναυγαζόμεναι), in reliquis codicibus vocabula καὶ et ἐνεργαζόμεναι desunt.

Excerpta quaedam ex opusculo περὶ κοσμοποιίας traduntur a patribus ecclesiasticis Clemente Alexandrino, Eusebio Caesariensi, Ioanne Damasceno. et Clemens Alexandrinus quidem e Philonis libello auctore non laudato transcripsit Solonis carmen de hominum aetatibus (p. 39—40,2). Eusebius duobus locis Praeparationis Evangelicae particulas quasdam opusculi Philonei descripsit: uno loco (Praep. Ev. VIII 13) ea quae capite altero huius editionis scripta sunt (p. 2,11—3,17), altero (Praep. Ev. XI 24) primum particulas capituli sexti et capituli septimi, inde a verbis εἰ δὲ τις ἐθελήσειε usque ad verba πρῶτον ἐποίησε τὸν οὐρανόν (p. 7,6—8,8), deinde finem capituli septimi et caput octavum, inde a verbis πρῶτον οὖν ὁ ποιῶν ἐποίησε usque ad verba εἰλικρινές γὰρ οὐδὲν τῶν ἐν αἰσθήσει (p. 8,16—9,13), denique finem capituli noni et initium decimi, inde a verbis ἐπεὶ δὲ φῶς μὲν ἐγένετο usque ad verba στερεόν ἐκάλεσαν (10,13—26). quod Eusebius in his Philoneis cum codice Vindobonensi plane conspirat, nemo iam mirabitur, quandoquidem codicem *V* ex antiquissimo codice bibliothecae Caesariensis

derivatum esse constat. Ioannes Damascenus, qui permulta Philonea in Sacra Parallela sua recepit, pauca descripsit ex opusculo de opificio mundi. Mangey in adornandis fragmentis Philonis a Ioanne Damasceno traditis codice Societatis Iesu Claromontanae usus est: hunc eundem fuisse suspicor cum codice Rupefucaldino, quem adhibuit Michael Lequien in curanda editione operum Ioannis Damasceni (Paris. 1712); nam is fuit codex Claromontanus 150, qui postea Meermannianus 94, tum Phillippsianus Cheltenhamensis 1450 fuit, nuper in bibliothecam regiam Berolinensem transmigravit. ipse Parisiis contuli Ioannis *Presbyteri et monachi* codicem Coislinianum 276 (membr. saec. X), in quo excerpta e libro de opificio mundi haec leguntur: verba τίς ἂν εἴη — καὶ χωρῆσαι ἧ ὁ θεὸς λόγος (p. 6,3—5); verba εἰ τις ἐθέλοι γυμνότεροις — οὐκ ἐμόν (7,6—10); τὸ ἀόρατον καὶ νοητὸν φῶς — καὶ καθαρᾶς αὐγῆς μεταλαμβάνει (9,5—11); οὐχ ὡς πέφυκεν — τὸ μέγεθος αὐτῶν (7,2—5). Ioannes Damascenus plerumque cum Eusebio et codice V congruit, sed excerptorum more saepe Philonis verba mutavit.

Philonis excerptorem et compilatorem nuper deprehendi Ioannem Laurentium Lydum. in huius enim libro qui de mensibus inscribi solet multa quae de quaternario numero et de septenario exponuntur e Philonis libro *περὶ κοσμοποιίας* auctore non nominato compilata sunt. quod quanta negligentia Ioannes fecerit quo melius cognoscatur, verba eius apposui locis Philonis ex quibus singula delibata sunt significatis. prior locus (de numero quaternario) legitur de mens. II cap. 8 (p. 64 Roether):

Philo  
p. 16,12—16

περὶ δὲ τοῦ κατ' ἀριθμὸν ἀξιώματος ὁ τέταρτος ἀριθμὸς τετραγώνος ἐστι· μόνος γὰρ ἰσάκεις ἴσος ἰσομερῆς ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ συνθέσει καὶ δυνάμει πέφυκε γεννᾶσθαι· σύνθεσιν μὲν οὖν ἐκ δυεῖν καὶ δυεῖν, δύναμιν δὲ ἐκ τοῦ δισδύο, πάγκαλόν τι συμφωνίας εἶδος ἐπιδεικνύμενος, ὃ μηδενὶ τῶν ἄλλων ἀριθμῶν συμβέβηκεν. — ὅθεν καὶ ἀποτελεσματικός καλεῖται· εἰ γὰρ ἀπὸ μονάδος μέχρι τετραδος ἐξῆς συντεθεῖεν ἀριθμοί, δεκάδα ἀποτελοῦσιν.

p. 15,2—3

alter locus est de mens. II cap. 11 (p. 72 sqq. Roether):

p.36,16—37,6

οἱ γε μὴν Πυθαγόρειοι τῷ ἡγεμόνι τοῦ παντός τὴν ἐβδόμην ἀνατίθενται. . . . ὁρθῶς οὖν ἀμήτορα τὸν ἑπτὰ ἀριθμὸν ὃ

Φιλόλαος προσηγόρευσε· μόνος γάρ οὔτε γεννᾶν οὔτε γεννᾶσθαι πέφυκε· τὸ δὲ μήτε γεννῶν μήτε γεννώμενον ἀκίνητον, ἐν κινήσει γάρ ἡ γέννησις, τὸ μὲν ἵνα γεννήσῃ, τὸ δὲ ἵνα γεννηθῆ, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ ῥήτωρ ὁ Ταραντίνος, φησὶ δὲ οὕτως· „Ἔστι γὰρ ἡγεμῶν καὶ ἄρχων ἀπάντων εἰς αἰὲν ὢν θεός, μόνιμος, ἀκίνητος, αὐτὸς ἑαυτῷ ὅμοιος“. . . ἡ τοίνυν ἐβδο- p.34,19—26 μὰς συνέστηκεν ἐξ ἑνὸς καὶ δυοῖν καὶ τεττάρων, ἔχουσα δύο λόγους ἁρμονικωτάτους, τὸν τε τριπλάσιον (ἰ. διπλάσιον) καὶ τὸν τετραπλάσιον. ἔχει δὲ καὶ διαιρέσεις ζυγάδην τρόπον τινὰ συνεστῶσας· διαιρεῖται γὰρ πρῶτον εἰς μονάδα καὶ ἐξάδα, ἔπειτα εἰς πεντάδα καὶ δυάδα, καὶ τελευταῖον εἰς τριάδα καὶ τετράδα· μουσικωτάτη δὲ ἡ τούτων τῶν ἀριθμῶν ἀναλογία. — διατείνει δὲ αὐτῆς ἡ φύσις καὶ ἐπὶ τὴν ὄρατὴν ἀπάντων p.42,7—12 οὐσίαν, οὐρανὸν καὶ γῆν· αὐτίκα γοῦν οὐρανὸν φασὶν ἑπτὰ διεζῶσθαι κύκλοις, ὧν ὀνόματα τάδε· ἀρκτικός, ἀνταρκτικός, θερινός, χειμερινός, ὡημερινός, ζωδιακός καὶ προσέτι γαλαξίας [ὁ γὰρ τοιοῦτος ἀριθμὸς θεῖός ἐστιν]. — ὄθεν τὰ κατὰ τὴν ἡμε- p.44,12—14 τέραν ψυχὴν διὰ (ἰ. δίχα) τοῦ ἡγεμονικοῦ λόγου ἑπταχῆ σχίζεται, πρὸς τε πέντε αἰσθησεις καὶ τὸ φωνητικὸν ὄργανον καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸ γόνιμον. — καὶ τὸ πᾶν δὲ τοῦτο ἐν ἑπτὰ θεωρεῖται· p.45,9—11 ἐν σώματι, ἐν διαστάσει, ἐν σχήματι, ἐν μεγέθει, ἐν χρώματι, ἐν κινήσει, ἐν στάσει, καὶ παρὰ ταῦτα οὐδὲν ἕτερον συμβέβηκε τοῖς ἐρωμένοις. — . . . ἑπτὰ δὲ καὶ φωνῶν μεταβολαί, ὀξεῖα, βαρεῖα, p.45,11—14 περισπωμένη, σύμφθογος (ἰ. δασύς φθόγγος), ψιλὴ τε καὶ μακρὰ καὶ βραχεῖα. — ἔθεν καὶ τὰ ἑπτάμηνα βρέφη τελειογονεῖσθαι p.46,5—6 πέφυκεν, ὡς Ἱπποκράτης λέγει· ἡ γὰρ τοῦ ἀριθμοῦ ψυχογονικὴ δύναμις τὰ ἑπτάμηνα τέλεια ἀποφαίνει . . . — καὶ κινήσεις δὲ p.45,14—16 αἰ πᾶσαι μόναι εἰσὶν ἑπτὰ, ἡ τε ἄνω, ἡ τε κάτω, ἡ ἐπὶ δεξιᾷ ἢ εὐώνυμα, ἡ πρόσω, ἡ κατόπιν, ἡ ἐν κύκλῳ. — στοιχείων δὲ p.46,16—47,1 τὰ φωνήεντα ἑπτὰ, ἐπειδὴ καὶ ἐξ ἑαυτῶν ἔοικε φωνεῖσθαι καὶ τοῖς ἄλλοις συνταττόμενα φωνὰς ἐνάρθρους ἀποτελεῖν· τῶν γὰρ ἡμιφώνων ἀναπληροῖ τὸ ἐνδέον, ὀλοκλήρους δὲ κατασκευάζει τοὺς φθόγγους, τῶν δὲ ἀφώνων τρέπει τε καὶ μεταβάλλει τὰς φύσεις, ἵνα γένηται τὰ ἄρρητα ῥητά.

7. Haec hactenus de libris manu scriptis et de reliquis artis criticae subsidiis, venio nunc ad editiones. primus Philonis opera typis excudenda curavit Adrianus Turnebus,

cuius editio sic inscripta est: Φιλωνος Ἰουδαίου εἰς τὰ τοῦ Μωσέως Κοσμοποιητικά, Ἱστορικά, Νομοθετικά, τοῦ αὐτοῦ μονόβιβλου. *Philonis Iudaei in libros Mosis de mundi opificio, historicos, de legibus, eiusdem libri singulares. ex Bibliotheca Regia. Parisiis, ex officina Adriani Turnebi typographi Regii. Regiis Typis. M. D. LII.* in primo folio legitur editoris epistula dedicatoria ad Carolum Cardinalem Lotharingiae missa. ordinem quo scripta Philonis in hac editione principe disposita sunt a Turnebo excogitatum esse ipsius testimonio constat; scribit enim in epistula illa cum alia tum haec: πολλήν δὲ σύγχυσιν εὐρόντες ἐν τῇ τῶν λόγων τάξει, οὕτως αὐτοὺς κατεχωρίσαμεν, ὡς ὑπὸ τοῦ συγγραφέως ἔδοκοῦμεν τὴν ἀρχὴν διατεθεῖσθαι, ἀκολουθήσαντος ὡς ὑπελαμβάνομεν ταῖς τοῦ Μωσέως ἐξῆς ὥσπερ καθ' εἰρμόν ῥήσεσι καὶ ἱστορίαις. opera autem in tres partes dividendi ansam ni fallor ei dederunt Philonis verba quae initio libelli de praemiis et poenis II 408 Mang. leguntur τὰς μὲν οὖν τῶν διὰ τοῦ προφήτου Μωσέως λογίων τρεῖς ἰδέας εἶναι συμβέβηκε· τὴν μὲν γὰρ περὶ κοσμοποιίας, τὴν δὲ ἱστορικὴν, τὴν δὲ τρίτην νομοθετικὴν. nec sine causa Turnebus in Philonis scripta hanc Pentateuchi divisionem transtulit, cui cum non omnes libros accommodatos videret, quartam formavit partem librorum singularium.

Quod ex *Bibliotheca Regia* se Philonem edere denuntiat, libros manu scriptos dicit Regis Christianissimi bibliothecae Fonteblandensis, qui nunc in bibliotheca Parisiensi quae vocatur Nationali adservantur. sunt autem codices Parisini numeris 433 et 434 nunc signati inprimis intellegendi, quos iam tum in bibliotheca Regia fuisse supra dixi (p. XVI sq.). atque in libello quidem de opificio mundi recensendo primario duce et auctore Turnebus usus est codice Parisino 433 (*L*); nam huius contextum in editione principe integrum fere expressum videmus. itaque cum codex *L* ad codicum classem *b* referendus sit, in universum Turnebi editione principe memoria classis *b* repraesentatur. codicem *L* autem, non alterum Parisinum, illi pro fundamento fuisse eo comprobatur, quod iis quoque locis quibus *L* vel a codice *K* et reliquis classis *b* codicibus vel ab omnibus recedens singularem tradit lectionem, editio princeps cum codice *L* conspirat: 20,19 καὶ ἀφήν *L* et *ed. pr.*, εἰς ἀφήν vel καὶ εἰς ἀφήν *ceteri codices*; 21,13 φθοράν *L* et *ed. pr.*, φοράν

*ceteri codd.*; *ibid.* κρατερώτερα *L* et *ed. pr.*, κραταιότερα *ceteri codd.*; 23,12 τοῦ ζώου *L* et *ed. pr.*, τοῦ om. *K* et *plerique codd.*; 25,8 τῶν ἔλων *L* et *ed. pr.*, τὸν ἔλων *reliqui codd. classis b*; 31,22 ἀνατέμνοντες *L* et *ed. pr.*, ἀνατέμνονται *reliqui codd. classis b*; 35,7 ἑναρμονίαν *L* et *ed. pr.*, ἀρμονίαν *ceteri codd.*; 39,8 οἱ τ' *L* et *ed. pr.*, alii *codices* aliter; 47,8 τῇ ἀνωτάτῃ *L* et *ed. pr.*, τῆς ἀνωτάτῃ *K* et *plerique codd.*; 54,16 ξυνέβαινε *L* et *ed. pr.*, συνέβαινε *ceteri codd.*; 55,6 δὴ *L* et *ed. pr.*, δὲ *reliqui codd. classis b*.

Sed Turnebus alterum quoque Parisinum, codicem *K*, ante oculos videtur habuisse. duobus certe locis editio princeps cum codice *K* congruit, non cum *L*: 34,5 articulum ὁ omittunt *K* (et *FHI*) et *ed. pr.*, habet *L*; 58,23 τὸν δ' οὐχ ὁμοιον *K* (et *FHI*) et *ed. pr.*, τὸν δ' οὐχ ἡμερον *L*. accedit quod in codice *K* ab altera manu, quae hominis docti esse mihi videbatur, vel in margine vel supra versum lectiones variae et emendationes adscriptae sunt, quae fere omnes in editione principe redeunt; nescio an manus sit ipsius Turnebi: 4,15 αὐτήν *K* in textu, ἡ in margine (αὐτῇ *ed. pr.*); 10,5 ἐπαπολούμενα *K* in textu, δυό in margine (ἐπαποδύμενα *ed. pr.*); 11,19 ἀρετώσαν *K* in textu, ἀρόσιμον in margine (ἀρόσιμον *L* et *ed. pr.*); 23,12 ζώου *K* in textu, τοῦ add. in margine (τοῦ ζώου *L* et *ed. pr.*); 35,7 ἀρμονίαν *K* in textu, ἄλλως ἑναρμονίαν in margine (ἑναρμονίαν *L* et *ed. pr.*); 37,5 εἰ *K* in textu, ἴσως εἰς in margine (εἰς *ed. pr.*); 39,9 μεμνημένον γάμου εἶναι *K* in textu, ἀρ' add. in margine (μεμνημένον ἀρ γάμου εἶναι *ed. pr.*); 39,12 ἔσθ' ὁμῶς *K* in textu, ἔθ' in margine (ἔθ' ὁμῶς *ed. pr.*); 43,21 ἐκάστης ἡμέρας *K* (ἐκάστην ἡμέραν *ed. pr.*); 47,5 σέπτε *K* (σέπτεμ *ed. pr.*); 54,16 εὐνόμως *K* in textu, ἴσως εὐνομος in margine (εὐνομος *ed. pr.*); 57,3 χρόνων ἔτι περιόδοις *ed. pr.*: ἔτι in codicis *K* margine legitur inter vocabula χρόνων et περιόδοις, sed referri voluit corrector ad illud ἔτι ante δεσπόζουσι, cuius loco in contextu perperam ἔστι scriptum est; 58,23 τὸν δ' οὐχ ὁμοιον *K* in textu (*ed. pr.*), τὸν δ' οὐχ ἡμερον in margine (= *L*).

Ceterum Turnebus in constituendo contextu verborum vestigia codicum quibus usus est satis anxie pressit et ab eorum auctoritate raro discessit. vitia quibus libri Parisini scatent pleraque retinuit, non nulla correxit, sed passim corri-

## XXVIII

gendo falsas scripturas ipse induxit. 3,5 ὄσα δ' ὠφέλιμα edidit Eusebium fortasse secutus pro eis quae in libris tradita sunt τὰ δ' ὄσα ὠφέλιμα; 3,14 γένεσιν τὸ οἰκείον ὄνομα de coniectura scripsit pro γένεσιν καὶ οἰκείον ὄνομα; 4,15 αὐτῇ recte pro αὐτῆν; 7,6 ἐκάστῳ τὸ ἐπιβάλλον perperam mutavit in τὸ ἐκάστῳ ἐπιβάλλον; item 22,11 πρὸς αὐτὸ μόνον in πρὸς αὐτῆν μόνον; 28,19 λεκτέα pro λεκτέον dedit corrupta scriptura δευτέρα inductus; 30,9 εὐμαρέστερον recte pro εὐμαρέστατον; 30,23 αἰτίας· ἀναγκαίως ἔδει male pro αἰτίας ἀναγκαίας· ἔδει; 31,12 τι pro τιν; 34,3 τετράγωνοι pro τετράγωνον; 36,8 ἀποδειξεῖ pro ἀποδειξεί; 38,21 ἐνάτην pro ἐννέα; 49,9 πολυσχιδῶν pro πολυσχιδῶς; 63,7 ὄσον ἀναγκαῖον φιλαυστήρῳ καὶ σεμνῷ βίῳ correxit deletis vocabulis δ δὴ ante φιλαυστήρῳ interpolatis; 66,22 εἰς τὴν τοῦ ὄλου γένεσιν recte scripsit pro καὶ τὴν τοῦ ὄλου γένεσιν.

Non nulla ad emendationem Philonis contulit Turnebus in appendice editioni suae adiecta. ut ipsa inscriptione appendicis indicavit (Ἡ διάφορος γραφή, καὶ σφαλμάτων τινῶν ἐπανόρθωσις), duplex lectionum genus ibi conguessit, alterum earum quibus typhothetae errores ac levia menda corriguntur, alterum variarum quae proprie dicuntur lectionum; quas, etsi non nullae in codicibus quibusdam redeunt, non tamen e codice quodam haustas esse credo, sed coniecturae Turnebi ipsius deberi, praesertim cum duabus lectionibus vocabulum ἴσως praefixerit; omnes autem tales sunt, quales homini docto facile attribueris: 1,3 προσπεριβαλόντες pro προσπεριλαβόντες; 1,15 ἂν ὑμνήσαι pro ἀνυμνήσαι; 15,10 περιλαβοῦσα pro παραλαβοῦσα; 16,8 προτιθέντες pro προστιθέντες; 21,2 et 61,16 χυλούς pro χιλούς; 21,13 φορὰν pro φθοράν; 35,3 ἐν ἀρμονίαις pro ἐναρμονίας; 39,13 μέγ' ἄριστος pro μετ' ἄρισταις; 42,23 εἰσί pro ἔησι; 43,1 ἀναχυθείσης pro ἀναχθείσης; 45,2 αὐλοῖς pro αὐλαῖς; 50,17 ἄρρεν pro ἄρρην; 63,1 οὓς pro οὐ; 66,17 ὄγλοκρατίαν pro ὄγλοκρασίαν.

Turnebus igitur cum Philonis opera ad fidem librorum manu scriptorum ederet, simul felix scriptoris emendandi initium fecit. quod munus persequi conatus est Ioannes Christopherson Anglus, qui (teste Mangeio) Turnebi editionem pertractavit et quadringentas fere lectiones varias, cum libros *de opificio mundi, de decalogo, de creatione principum, de iudice*, latine ederet (Antwerpiae 1553), ad calcem huius editionis conguessit:



vide infra. sed per ducentos fere qui proxime sequebantur annos ars critica in Philonis scriptis factitanda tantum non neglecta iacebat. nam postquam Sigismundus Gelenius Philonis scripta omnia quae in Turnebi editione extant latine reddidit (Basileae 1554), et libri Philonis tres qui in editione principe desiderantur, *legum allegoriarum* liber secundus, liber *de mutatione nominum*, *de somniis* liber secundus, a Davide Hoeschelio e codice Augustano editi sunt (Francofurti 1587, Augustae Vindel. 1614), tres qui secuti sunt editores satis habuerunt textum Philonis a Turnebo constitutum ad verbum typis expressisse eique Gelenii versionem latinam librosque ab Hoeschelio editos adiunxisse. quarum editionum prima prodiit Coloniae Allobrogum anno 1613, altera Lutetiae Parisiorum a. 1640, tertia Francofurti a. 1691.

Novos studiis Philoneis impetus dedit editio Mangeiana, quae sic inscripta est: Φιλωνος τοῦ Ἰουδαίου τὰ εὕρισκόμενα ἅπαντα. *Philonis Iudaei Opera quae reperiri potuerunt omnia. Textum cum Mss. contulit, quamplurima etiam e Codd. Vaticano Mediceo et Bodleiano, Scriptoribus item vetustis, nec non Catenis Graecis ineditis, adiecit, Interpretationemque emendavit, universa Notis et Observationibus illustravit Thomas Mangey. (Londini) MDCCXLII.* editio haec nitidissima duo volumina comprehendens, quamquam Turnebi aliisque editionibus multis numeris praestat, non tamen omnem quam commoverat expectationem explevit. multis enim et novis et bonis subsidiis instructus Thomas Mangey ad Philonem restituendum et emendandum plurimum conferre potuit. ac primum quidem ordinem librorum sollertius constituit quam Turnebus: deinde libris a Turnebo et ab Hoeschelio publici iuris factis adiecit e codice Vaticano graeco 381 commentarium *de posteritate Caini* (quem nostra aetate accuratius edidit Constantinus Tischendorf in Philoneis suis, Lipsiae 1868), cui accessit nova pars libri Philonei *de specialibus legibus* cum dissertatione *de iustitia*, e codice Bodleiano utraque descripta. tum vero fragmenta librorum Philonis deperditorum ex Eusebii Praeparatione Evangelica, Ioannis Damasceni Sacris Parallels, aliis fontibus collecta scriptis quae aetatem tulerunt addidit. nec vero acquievit in recudenda editione principe, sed codicum multorum subsidio et coniecturis hominum

### XXX

doctorum adhibitis novam textus recensionem instituit. itaque bene de Philone meritum esse Mangeium negandum non est. sed nec satis habuit subsidiorum nec subsidiis quae comparaverat ea qua par est diligentia et sollertia usus est, ut fundamentum magis Philonis edendi iecerit quam ad finem rem perduxerit.

Collatos Mangey habebat codices Vaticanum 152 (immo Vaticano-Palatinum 152), tres codices Parisinos Regios 1895. 2250. 2251 (nunc numeris 433. 434. 435 signatos), Coislinianum 43, Augustanum, tres codices Oxonienses, unum Cantabrigiensem, denique codicem Mediceum. ex hac codicum copia in libro de opificio mundi commemorat Vaticanum Coislinianum Augustanum unum Oxoniensem Cantabrigiensem Mediceum. de codice Vaticano-Palatino 152 supra dixi p. XIV sq., de Coisliniano 43 p. XII, de Augustano (Monacensi 459) p. XI; codicem Oxoniensem (Collegii Novi 143) apographum esse codicis Veneti 41 supra dixi p. XIII <sup>1)</sup>. quattuor igitur codices classis *a* adhibuit Mangey et eorum potissimum memoriam in editione sua expressit, cum Turnebus auctoritatem codicum Parisinorum 433 et 434 i. e. classis *b* secutus esset. codicem Cantabrigiensem Collegii S. Trinitatis B. 9. 6 (chart., forma maxima, saec. XVI) nuper, dum Cantabrigiae moror, inspexi et pretii nullius esse statim cognovi. scriptus est manu neglegentissima, librarius duobus exemplis videtur usus esse, quorum alterum codex classis *b* (vel fortasse ipsa editio princeps), alterum codex classis *a* fuit: sequitur enim modo hanc modo illam memoriam, saepe simul utramque recepit vel supra versum vel in margine ea quae primo scripserat corrigendo. margines codicis permultis observationibus emendationibus coniecturis completi sunt adscriptis a diversis manibus: videlicet longo temporum decursu codicem multi homines tractaverunt; quibus non dubito quin adnumerandus sit Ioannes Christophorson, qui altera parte saeculi XVI socius fuit Collegii S. Trinitatis. non mirum igitur quod Mangey saepe easdem lectiones huic codici simul et Christophorsono

---

<sup>1)</sup> verba ἡδὴ τῆς θείας (p. 61,9), quae fide huius codicis Mangey reposuit, non in. contextu leguntur (ubi τῆς σιδυθείας), sed in margine a manu recentissima.

adscribit. — codicem Mediceum (*M*) ab Antonio Cocchio medico Florentino accuratissime in suum usum collatum esse refert Mangey. quam laudem valde exaggeratam esse mihi persuasi, postquam librum de officio mundi cum Mediceo ipse contuli; nam multas lectiones silentio ille praetermisit et in interpretanda codicis scriptura saepe erravit.

Codicis igitur Medicei, quem iure omnium praestantissimum praedicat, non satis accuratam cognitionem habuit Mangey. reliquorum autem quos laudat codicum scripturae discrepantias consulto (ut videtur) non omnes enotavit, sed selectas tantum, ac plerumque satis habuit adnotasse *sic Mss.* vel similia. nihilominus multis locis editionis principis errata codicum suorum ope correxit et scriptoris verba restituit. veluti 2,1 ὄργάνοις; 3,3 αἰρεῖ; 4,6 ἐξάς et ἔδει; 5,21 ἀπετέλει; 6,19 ἐπιλαχεῖν; 8,11 ἐμφανῶν; 8,18 ἐπεφήμισε; 14,19 παντελείας; 15,2 γοῦν; 15,10 περιλαβοῦσα; 17,16 παραπεμφθεῖσα; 18,7 ζητήσεως; 21,5 διαφέροντα; 24,10 χορείαις; 26,4 δι' ἔλων; 29,10 πάντων; 31,18 ἰδοῦσι; 32,15 ὑστερρίζοντες; 33,4 γενέθλιον; 34,15 πλευράν; 35,3 ἐν ἀρμονίαις; 37,20 τοῖς ὀνόμασιν εἰωθῶτων χρῆσθαι; 38,14 ἀνθρώπων ἡλικίαι; 40,10 ἐς τὰ δις ἑπτὰ; 45,2 αὐλοῖς; 45,5 λόγοι; 54,3 ἀπηρητημένοι; 55,15 ἐκείνου; 61,20 προτεσθαι; 66,5 ἐξ ἐτοίμου παρασχών; 67,5 τοῦ γενομένου. sed idem multa vitia propagavit ac fide codicum suorum iusto pluris aestimata textum Philonis depravavit falsis lectionibus temere receptis. velut 8,2 οὐρανοῦ retinuit, cum codices veram lectionem κόσμου ei suppeditarent; 8,16 παρὰ τοῦ νοητοῦ κόσμου verba interpolata non expunxit, quamquam in codicibus classis *a* ommissa sunt; 11,19 ἀρόσιμον recepit codicum scripturam ἀρετώσαν aspernatus; 43,10 γνώμην dedit egregia codicum suorum scriptura φύσιν spreta. codicem Mediceum ceteris tantopere praestare putavit, ut eius vel unius auctoritatem sequi non dubitaret. attamen multas et egregias lectiones eius recipere noluit: velut 46,4 φορά, 55,16 προπάτορα, 58,4 μόνωσιν, alias.

Omnino certam rationem in verbis scriptoris constituendis sequi non potuit, quia librorum manu scriptorum notitiam habuit imperfectam ideoque certum iudicium de singulorum librorum pretio ferre non potuit. ipse de ratione sua haec declarat: *ubique sequor editionem Parisiensem Philonis operum*

anni 1640, quae quidem quoad textum non alia est ab editione Adriani Turnebi . . . textum nullibi ex coniectura muto nec ex unius tantum codicis manuscr. fide nisi Medicei, quem reliquorum omnium longe optimum esse existimo et ex quo solo hiatus bene multos supplere in textu non dubitavi. at hanc normam non per omnia secutus est. nam etsi de coniectura aut unius codicis fide se verba tradita mutasse negat, Christophorsoni tamen lectiones paene omnes in contextum recepit; quarum etiamsi permultae in libris manu scriptis redeunt, sunt tamen quae nulla codicum fide probentur. scilicet non omnes lectiones a Christophorsono congestas e libro manu scripto excerptas esse, sed coniecturae quasdam originem debere iam dudum suspicatus eram eamque suspicionem nuper confirmatam vidi, cum codicem Cantabrigiensem Collegii S. Trinitatis inspexissem, cuius margini lectiones illius quas laudat Mangey omnes adscriptae sunt (sine dubio manu ipsius Christophorsoni). coniecturas igitur Christophorsoni et plerasque pravas Mangey textui Philonis inculcavit his locis: 2,3 οἴχοθεν μὲν οὐδὲν οὐδὲ πολλά; 2,6 τυπωθείσας; 6,6 ἔχουσα τυγχάνει; 10,20 ἐτελειουργεῖτο; 12,21 πνεῖ, κατὰ μικρόν ζωपुरεῖται; 13,11 ἄδηλοι μὲν — δῆλοι δέ; 31,21 βόες pro ταῦροι; 49,14 μηνύουσι δὲ τοῦτο<sup>1)</sup>; 51,3 θνητὸς ὁ ἄνθρωπος; 53,5 φύσει αἰσθητῶ; 55,9 ἄς ὡς λεωφόρους; 57,18 ὡς ἐπ' αὐτὸ τὸ πέρας φθάνειν; 58,23 τὸν δ' ἀνήμερον; 66,10 ἀναδιδάσκει Μωσῆς. uno tantum loco emendationem videtur invenisse, 30,9 παραγαγεῖν pro παρελθεῖν.

Suas ipsius coniecturas Mangey plerasque in adnotatione vel in addendis tantum commemoravit. sed passim in contextu scripturam traditam et vulgatam de suo tacite mutavit: velut 12,18 ὄρατοῖς (recte<sup>2)</sup>); 24,6 πολυσχιδεῖς τε ἀνατέμνων ὁδοὺς καὶ λεωφόρους; 35,16 ἀλλ' ὀρθογώνιον ἐν ὁμοίῳ μένει (videtur error subesse); 41,21 ὑπερέχει (recte); 52,13 ὥσπερ; 53,8 τοιοῦτος μὲν οὖν; 54,16 ἔννομος (fortasse error tythetae); 54,20 τῆς δὲ τῆς

<sup>1)</sup> ne hac quidem coniectura opus est: verbum μηνύειν absolute usurpatum est pariter ac de creat. princ. II 367 Mang.; similiter verbum τεκμηριῶσθαι infra p. 38,1 τεκμηριώσαιο δ' ἂν τις κτλ.

<sup>2)</sup> ὄρατοῖς Mangey de coniectura dedisse existimandus est, cum codices praeter Vindobonensem omnes ὄρατός tradant idemque legatur in editione principe.

πόλεως; 57,7 ἐνεδοίασεν; 58,7 ἐνησμένισε; 61,5 ἀναρριπίζουσαι (recte); 62,12 παρέχει; 66,17 κακοπολιτειῶν (recte); 66,20 δε ἐξομοίωσας, tum ἔργον, πάση; 67,2 παραλαμβάνοντες.

Summa cum laude Mangey in praefatione Ieremiam Markland commemorat, cuius opera et consilio et iudicio perpetuo se usum esse profitetur. coniecturas eius non paucas in addendis publici iuris fecit, non ubique tamen virum illum sagacissimum laudavit. etenim exempla editionis principis et editionis Mangeianae, in quorum marginibus Markland emendationes et coniecturas suas adnotavit, etiam nunc in bibliotheca Musei Britannici adservantur. quae cum nuper Londini inspexissem, Mangeium haud raro coniecturas tamquam suas edidisse intellexi, quas a Marklando acceperat. eis locis omnibus Marklandi nomen in adnotatione critica adscribere non dubitavi, atque alias quasdam eiusdem coniecturas, quas casu vel consulto Mangey praetermisit, recepi vel commemoravi: cf. adnot. ad p. 6,12; 24,11; 31,21; 36,18; 41,12; 49,4; 49,8; 51,14; 52,14; 60,6; 60,7; 61,11; 62,6; 62,17; 64,4; 64,13; 67,12. passim etiam Marklandi inventa Mangey tacite in contextum Philonis recepit: velut 25,14 ἀφ' ἑαυτοῦ, 28,15 ἐγγραψάμενοι.

Post Mangeium scriptis Philonis recensendis et emendandis opera paene nulla navata est. nam quae secutae sunt editiones Friderici Pfeiffer (5 voll., Erlangae 1785—1792) et Caroli Ernesti Richter (8 voll., Lipsiae 1828—1830) nil nisi apographa fuerunt editionis Mangeianae. et Pfeiffer quidem lectiones trium quos parum accurate contulerat librorum Monacensium attulit, pauca editionis Mangeianae errata correxit, Mangeii adnotationes in addendis congestas verbis Philoneis suis locis subscripsit. non igitur iniustum videtur illud Wytttenbachii iudicium: *Philone Pfeifferiano lubens caream; in hoc enim pecuniam perdidit, qui non est nisi repetitus Mangeyanus* (D. Wytttenbachii Epist. sel. ed. Mahne, fasc. II p. 88). textum Pfeifferianum ad verbum repetendum curavit Richter, fragmentis a Mangeio collectis adiecit scripta Philonis armeniace servata et ab Aucherio latine versa et edita. Pfeiffer et Richter (et Mueller, de quo plura paulo infra) Mangeianae editionis auctoritatem adeo secuti sunt, ut ne manifestos quidem sive Mangeii sive typhothetarum errores corrigerent; quorum exempla ridicula

## XXXIV

haec accipe: 3,13 προσένεμεν quod in editione Mangeiana legitur sine dubio errori debetur, quoniam in omnibus libris manu scriptis et in editione principe προσένεμεν traditum est; attamen Pfeiffer et Richter (et Mueller) προσένεμεν edunt; 4,6 ξξας ed. Mang. pro ξξάς: non aliter ed. Pfeiff. Richt.; 12,4 βοτανίας pro βοτάνας Mang. Pfeiff. Richt. (Mueller); 23,13 ταυτό δὲ τοῦτο Mang. Pfeiff. Richt. (Mueller): δὴ codd. et ed. princ.; 32,17 ἀφιέντες Mang. Pfeiff. Richt. (Mueller): ἐφιέντες codd. et ed. princ.; 51,11 δνεγκεῖν (pro δινεγκεῖν) Mang.: δ' ἐνεγκεῖν (sic!) Pfeiff.; 57,11 ἐπαυτοματίση (pro ἀπαυτοματίση) Mang. Pfeiff. Richt.; 67,5 γεγεννημένου in editione Mangeiana legitur, sed γενομένου Mangeium scribere voluisse ex adnotatione eius apparet: Pfeiffer et Richter tamen γεγεννημένου receperunt. quin etiam novis vitiis editores illi novissimi textum Philonis inquinaverunt: 10,24 ἔννοια τίς recte dedit Mangey, at ἔννοια τίς Pfeiffer, ἔννοιά τίς Richter (et Mueller); 33,14 παραυξηθεῖς recte Mangey, προαυξηθεῖς Pfeiffer et Richter (et Mueller); 52,10 πρῶτον om. Richter (et Mueller).

Philonis opusculum de opificio mundi commentario instructum seorsum edidit I. G. Mueller (Berolini 1841). qui de explicanda et illustranda Philonis doctrina bene meruit, in recensendis autem verbis scriptoris viam et rationem secutus est falsissimam; putavit enim Turnebi editione verum et genuinum textum Philonis contineri, Mangeii codicibus omnino depravatum atque interpolatum. itaque sicubi Mangey codicum suorum (classis *a*) auctoritatem secutus ab editione principe discessit, Mueller ad hanc ita sese applicavit, ut Turnebi recensionem tantum non integram exprimeret. tanta vero iudicii perversitate occaecatus fuit, ut ne aperta quidem errata editionis principis repudiare in animum inducere posset, quamquam Turnebus ipse non nulla in appendice correxerat. veluti 21,13 φθοράν vocabulum (pro φοράν) reduxit a Turnebo in appendice correctum; 30,19 in editione principe male impressum est ἐναντί φύσεια (pro ἐναντία φύσει), sed a Turnebo in appendice correctum: Mueller tamen ἐναντι φύσει: scripsit; 35,6 θεωρίαν (pro θεωρίαν) in editione principe erratum est, sed in appendice correctum: nihilo secius Mueller θεωρίαν scripsit ac defendere conatus est; 35,11 τρίγωνον, quod errore omissum

videtur in editione principe, omisit etiam Mueller; 40,15 ἰδίαν σύστασιν (pro διασύστασιν) non aspernatus est. sed cum tantopere editionem principem editionibus recentioribus praeferret, non tamen impeditus est, quominus vitiosissimas quasdam scripturas (quas supra commemoravimus) ex Pfeifferi et Richteri editionibus transcriberet.

Non nulla ad scripta Philonis emendanda et illustranda contulit Fridericus Creuzer in commentatione annalibus inserta qui inscribuntur *Theologische Studien und Kritiken*, 1832, p. 3 sqq. (= *Deutsche Schriften* III, 2). cf. adnot. ad p. 61,4 sqq. 62,13.

8. Omnibus his codicibus et editionibus ceterisque subsidiis quam poteram diligentissime excussis et examinatis Philonis libellum περὶ κοσμοποιίας ad fidem librorum manu scriptorum et ad artis criticae normas recensere et emendare studui. atque in priore quidem parte libelli me ducem potissimum secutum esse codicem Vindobonensem consentaneum est. in altera autem parte praecipuum auctorem codicem Mediceum existimavi eiusque lectiones amplexus sum omnes quas et sententiarum conexu et Philonis usu dicendi commendari mihi persuasi; iis vero locis quibus vel corruptelis vel glossematis textus Philonis in codice *M* aperte depravatus est ceterique codices de scriptura inter se discrepant, modo codicum classis *a* modo classis *b* auctoritas sequenda fuit. melioribus codicibus eisque diligentius usus multa vitia quae in editiones e corruptis codicibus irrepserant e textu Philonis sustuli ac saepius Mangleio genuina verba scriptoris restitui. sed non omnia vulnera quae Philonis textus vulgatus prae se fert librorum manu scriptorum ope sanari possunt, quoniam nullus codex a mendis scripturae et corruptelis liber est ac memoria Philonis iam antiquitus depravata fuit. itaque plus semel coniectura opus est ad vitia tollenda et verba tradita emendanda. emendationes ab aliis propositas recepi his locis:

4,15 αὐτῆ̃ scripsi cum editoribus omnibus pro αὐτήν. nam Philo etsi verbum ἐπιφημιζεῖν aliquotiens cum duplici accusativo coniungit (cf. 8,18 ὧν τὸ μὲν ἐπεφήμισε σκότος), non tamen τήν πρόσρησιν ἐπιφημίσεως αὐτήν dixisse putandus est: cf. 3,14 τῷ δ'

## XXXVI

αἰσθητῶ γένεσιν οἰκεῖον ὄνομα ἐπεφήμισεν; 47,2 οἱ τὰ ὀνόματα τοῖς πράγμασιν ἐξ ἀρχῆς ἐπιφημίσαντες; de Abrah. II 8 (Mang.) τὴν ἐκ τῶν τριῶν σύνθετον κλήσιν ἐπιφημίσας ἑαυτῶ. ceterum datus postulatur participio ἐνιδῶν, de quo pronomen illud non minus pendet quam de participio ἐπιφημίσας. structura verborum simillima est 44,15 τοτὲ μὲν ἡρεμεί τοτὲ δὲ κινεῖται τὰς ἀρμοστούσας σχέσεις καὶ κινήσεις ἕκαστον.

6,12 ἀνόμοιος, quod propter sententiae concinnitatem necessarium videtur, inserui monente Marklando (in notis mscr. ad editionem Turnebi).

19,15 ἀηθεστέρων idem probabiliter coniecit pro ἀληθεστέρων: cf. quod det. pot. insid. I 208 καὶ ὅσα ταῖς ἐτησίους ὥρας καινουργούμενά τε καὶ ἐξ ἔθους ἀποτελεῖται.

25,14 ἀφ' ἑαυτοῦ dedi Marklandum (et Mangeium) secutus pro ὄφ' ἑαυτοῦ. vicissim 36,10 ἀπό ex ὑπό corruptum est in codicum classe *b*.

30,9/10 παραγαγεῖν cum Christophorsono (et Mangeio) scripsi pro παρελθεῖν, quod ferri nequit.

31,21 ἄροτον ex ἄροτρον correxit Markland (quem secutus est Mangey). idem vocabulum Philoni restituendum est de septen. II 283 extr.; recte traditum est ἄροτον de creat. princ. II 370.

36,18 καὶ τὸ γενῶν verba inserenda esse monuit Markland (in notis mscr. ad editionem Mangeianam).

37,2 γενῆται pro γένηται scripsi cum Mangeio.

39,5 ἔτι pro ἐπί correxit Bergk.

39,7 πᾶς τις ἐν ἑβδομάδ' ἐστὶν ἄριστος scripsi Brunckii coniecturam secutus.

41,12 γεωμετρικὴν δ' ἐκ τῶν τεσσάρων corrigendum esse pro γεωμετρικὴν δ' ἢ τῶν διὰ τεσσάρων vidit Markland.

41,16 τοῦ μέσου, quod ex versu proximo perperam repetitum est, deleui cum Gelenio (Marklando Muellero).

49,9 πολυσχιδῶν pro πολυσχιδῶς scripsi Turnebum secutus.

53,16/17 verba post ἐπακμάσαι libris manu scriptis tradita τῶν κατὰ γενεᾶν ἀμαυροτέρας αἰεὶ τὰς τε μορφὰς καὶ τὰς δυνάμεις λαμβανόντων inepte repetita esse ex eiusdem capitis clausula (54,5—7) recte monuit Mueller.

56,11 ἐξήρται pro ἐξήρτηται correxit Mangey.



58,4 ἐναπεμάττετο pro ἀπεμάττετο recte coniecit Mangey; sed quod idem paulo post (58,7) tacite scripsit ἐνησημένισε barbarum est.

61,4 αἰ inserendum esse coniecit Creuzer (*Deutsche Schriften*. III 2 p. 443).

61,5 ἀναρριπίζουσαι pro ἀναρριπτοῦσαι (tacite) correxit Mangey.

63,1 οὖς pro οὐ correxit Turnebus.

64,4 χαίρουσαι pro χαίρουσα scribendum esse monuit Markland (in notis mscr. ad editionem Mangeianam).

66,17 κακοπολιτειῶν pro κακοπολιτῶν correxit Mangey. cf. de agric. I 307 (ubi κακοπολιτειῶν *M*) et de paenit. II 406.

Ipse scripturam libris traditam de meo mutavi his locis:

7,15/16 verba τὸ παράδειγμα, ἀρχέτυπος ἰδέα τῶν ἰδεῶν, quibus tautologia intolerabilis efficitur et pronomen αὐτός a substantivo ὁ θεοῦ λόγος male secernitur, ut interpolata uncis inclusi. primo adscripta fuerunt in margine ad illustranda verba ἡ ἀρχέτυπος σφραγίς, tum in contextum irrepserunt, sed falsum locum obtinuerunt.

18,1 ἐμπαρεῖχε restitui: legebatur ἐμπαρέχει, sed codex *V* tradit παρεῖχεν et sequuntur imperfecta εἶχε et προσπεριεργάζετο.

19,7/8 ἀποκρύψεσιν pro ἐπικρύψεσιν (praecedente ἐπιτολαῖς) correxi, sicut traditum est loco simillimo 43,16. cf. Chrys. ap. Stob. Ecl. I 24,5 (Wachsm.) κυνὸς ἀπόκρυψιν ὑπὸ γῆν. Aet. Plac. II 29,6 (Diels, Doxogr. p. 360) τὰς μηνιαίους ἀποκρύψεις (σελήνης). item ἀποκρύπτεσθαι dicitur de sole et stellis deficientibus, non ἐπικρύπτεσθαι: cf. Archil. frg. 74,3 (Bergk) ἀποκρύψας φάος ἡλίου. Aet. Plac. II 28,4 (Diels, Doxogr. p. 358) τὸ δὲ ἀποκρυπτόμενον περὶ αὐτήν (σελήνην). Diog. La. VII 146 (σελήνη) ἀποκρύπτουσα αὐτόν (ἡλίον).

21,2 articulum ἡ ante ὄρασις deleui concinnitatis causa.

28,13 ἐν αἰς ἀπάσαις e scriptura codicum *VM* ἐν αἰς ἅπασαν restitui: legebatur ἐν οἰς ἅπασι.

28,15 libri manu scripti haec tradunt: ἀφ' ἧς οἱ μετὰ ταῦτ' ἄνθρωποι γραψάμενοι ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς τὰς εἰκόνας ἀναγκαιοτάτην καὶ ὠφελιμωτάτην τέχνην τῷ βίῳ παρέδοσαν. Mangey ex coniectura (Marklandi) dedit ἐγγραψάμενοι, quod probarem, nisi antecederet ἀφ' ἧς, cui aptius videtur esse γραψάμενοι: cf. 53,19 τὰ δ' ἀπὸ τῶν μιμημάτων γραφόμενα. itaque ἐν vocula addita scripsi

γραψάμενοι ἐν ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς: cf. 67,7 ἐν τῇ αὐτοῦ ψυχῇ σφραγισάμενος.

29,12 ἀπαντᾶται correxi pro vulgata scriptura ἀπαντᾶ. codices leviter corruptos esse apparet, quippe qui vel ἀπαντᾶ τε vel ἀπαντα τε vel ἀ πάντα τε tradant. item de septen. II 289 nescio an ἀπαντᾶται restituendum sit, cum in codice *M* scriptum sit καὶ φθόνος οὐδεις ἀπαντᾶ ταῖς ἐκ τῶν δεσποτῶν παλαιοτάτῃ ἔθει κεκρατημένων (cf. Tischendorf Philon. p. 36,5). forma verbi media legitur etiam de confus. ling. I 422 μήτε τὰς ἀπαραιτήτους ἐκ θεοῦ δίκας τοῖς οὕτως ἀνοσιουργοῖς ἀπαντωμένας. verbo medio ἀπαντᾶσθαι pro activo ἀπαντᾶν utuntur etiam Polybius et Lucianus.

30,7 codices plerique tradunt ἤλπισαν, pro quo Mangey scripsit ἐλπῖς ἄν, codex *V* ἐλπῖς ἄν ἦν, codex *M* ἤλπισαν εἰς. equidem Philonem scripsisse arbitror ἐλπῖς ἄν εἶη. cui coniecturae non obstat παρασχεῖν infinitivus aoristi; nam apud Philonem alibi quoque infinitivus aoristi (sine particula ἄν) cum verbo ἐλπίζειν coniunctus legitur: cf. de Iosepho II 60 δς ἐλπῖσας τὴν Περσῶν καθελεῖν ἀρχήν. de mut. nom. I 612 οὐδ' ἐλπῖς ἐπικέσθαι.

31,22/23 in codicibus haec leguntur: καὶ βαθείας αὐλακας ἀνατέμνοντες δι' ἡμέρας ἔστι δ' ὅτε μακρὸν δόλιχον ἀποτείνουσι. ante μακρὸν aliquid intercidisse particula δέ satis declarat. inserui καὶ νυκτός: cf. 29,16 καὶ τὸν γεωπόνων κάματος μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ ἀτρύτως ἐκδεχόμενοι.

32,4 sic legebatur: καὶ μὴν τό γε θυμικώτατον ζῷον ἵππος βραδίως ἄγεται χαλινωθεῖς, ἵνα μὴ σκιρτῶν ἀφηνιάζῃ, καὶ τὰ νῶτα κοιλάνας εὐ μάλα πρὸς τὸ εὐεδρον δέχεται τὸν ἔποχον. non de equo qui agitur i. e. iugo coacto vel ad currum iuncto hoc loco verba fieri, sed de veloci et ad equitandum idoneo manifestum est. deinde codices *VM* χαλιναγωγηθεῖς praebent, quod verum esse arbitror, si quidem non intellegitur, quomodo ex ἄγεται χαλινωθεῖς corrigi potuerit ἄγεται χαλιναγωγηθεῖς, cum contrarium facile fieri potuerit. quodsi Philo χαλιναγωγηθεῖς scripsit, verbum ἄγεται ne sic quidem ferri potest. itaque hoc vocabulum interpolatum esse censeo.

33,5 ἄν ὑμνήσαι scripsi (pro ἀνομνήσαι), ut 1,15 in plerisque codicibus traditum est.

33,10 codicum scriptura vario modo corrupta est: ἡ δὲ τῆς ἑβδομάδος ἀριθμός *V*, ἡ δὲ τῆς ἑβδομάδος ἐκτός ἀριθμός *αδ*, ἡ δὲ ἑπτὰς ἑβδομος ἀριθμός *M*. pro ἑβδομάδος corrigendum esse δεκάδος intellexit Mangey eique adstipulati Richter et Mueller scripserunt ἡ δὲ τῆς δεκάδος ἐκτός ἀριθμός. equidem ἡ δ' ἐκτός δεκάδος, ἀριθμός dedi, sicut antea scriptum est ἡ μὲν ἐντός δεκάδος. vocabulum ἀριθμός pro appositione accipiendum est: similis structura legitur de septen. 44,13 (Tischend.) ἔστι δὲ νομηνία κατὰ σελήνην, χρόνος ὁ ἀπὸ συνόδου ἐπὶ σύνοδον, ὃν κτλ.

34,9 ἐφ' αὐτόν correxi pro ἐπ' αὐτόν. proximo versu codex *M* recte tradit ἐφ' αὐτόν.

34,23 legebatur ζυγῶδη τρόπον τινὰ συνεστῶσα ἑβδομάς. Markland (in notis mscr. ad edit. Turnebi) temptavit ζυγῶδης, quod vocabulum alibi nusquam reperitur. sed cum in codice *M* ζυγάδι exaratum sit, ζυγάδην Philonem scripsisse iam dudum conieceram, nuper vero hanc coniecturam a Ioanne Lydo confirmatam inveni, qui in excerptis Philoneis, quamvis in ceteris corruptus sit, ζυγάδην recte tradit (v. supra p. XXV). ζυγάδην legitur etiam de post. Caini I 237, de praem. et poen. II 411.

41,7.8.9 καθ' ὃν ter deinceps correxi pro καθ' ἦν, si quidem pronomen relativum pendet de vocabulo λόγῳ.

44,13 legebatur ἑπταχῆ σκίζεται, πρὸς πέντε αἰσθήσεις κτλ.: restitui εἰς πέντε αἰσθήσεις. hoc loco iam Lydus scripturam corruptam legit (v. supra p. XXV).

46,1 ἑβδόμη inserui, quod sententiae conexu manifesto postulatur.

48,14/15 libri manu scripti in duas (vel tres) partes discedunt: καὶ γὰρ εἰ μὴ κατὰ μέρος ἀθρόα πάντα διεξελήλυθε *Ma*, καὶ γὰρ εἰ (μὴ) τὰ κατὰ μέρος ἀθρόα πάντα διεξελήλυθε *δ*. neutra lectio ferri potest. codicum *Ma* auctoritatem secutus et voce ἀλλὰ inserta scripsi καὶ γὰρ εἰ μὴ κατὰ μέρος ἀλλ' ἀθρόα πάντα διεξελήλυθε. cf. 12,10 νοὺν μὲν γὰρ ἐν μέρει γίνεται τὰ γινόμενα χρόνοις διαφέρουσιν, ἀλλ' οὐκ ἀθρόα καιρῷ ἐνί. similiter Markland (in notis mscr. ad edit. Mang.) coniecit ἀθρόα δὲ πάντα διεξελήλυθε.

51,1 ὃ γὰρ ἐνεφύσησεν, οὐδὲν ἦν ἕτερον correxi pro vulgata τὸ γὰρ κτλ.

XL

51,10 legebatur ἐκάτερα ἄριστος ψυχὴν τε καὶ σῶμα. codex *M* tradit ἐκατέρων, unde ἐκάτερον restitui coll. 55,12 τὸ καθ' ἐκάτερον ψυχὴν τε καὶ σῶμα κάλλος.

66,8 verba ὧν ἄξιον ἀπέχεσθαι non habent quo referantur. suspicor ea in margine ab aliquo lectore adscripta librorum culpa in contextum irrepsisse.

66,20 ante ἐξομοίωσας articulum ὁ inserui. subinde ὁ πάση κατεχρήσατο τῇ οὐσίᾳ traditur libris plerisque; sed cod. *M*: εἰσα πάση, unde δεσ ἀπάση correxi.

Restat unus locus graviore corruptela afflictus. 42,22 sqq. libri manu scripti haec tradunt: εὐρεῖν (εὐρεῖαις *a*) γὰρ ἔστιν ὅτε κόλποι (κόλπον *a*) θαλάττης ὑποσυρείσης (ὑποσυράσαις *a*) ἀμπώτεσι βαθύς (ἐκ βάθους *M*) ἐξαίφνης αἰγιαλός (αἰγιαλοὶ *M*) ἦσι (om. *M*, εἴσεισι *a*) καὶ μικρὸν ὕστερον ἀναχυθείσης πελάγη βαθύτατα (ᾧφθησαν add. *M*) οὐ βραχείαις ὀλκασίν ἀλλὰ μυριοφόροις ναυσὶν ἐμπλεόμενα. eas lectiones quas uncis inclusi aut corruptas aut coniecturas esse atque omnino reiciendas facile intellegitur. sed neque εὐρεῖν ἔστιν ὅτε κόλποι graece dici potest neque εὐρεῖν habet quocum coniungatur. deinde ἦσι vel potius ἦσι perobscurum est; fallitur enim Mueller verbum ἶναί notionem intransitivam prorumpendi et invadendi habere posse ratus. sententia loci ni fallor haec est: *interdum sinus, cum mare aestu decrescente recedit, subito profundum litus fiunt et paulo post aqua refluyente maria profundissima.* cf. de septen. 45,14 (Tischend.) ἡ οὐχὶ ταῖς αὐξήσεσιν αὐτῆς ἀναχέονται ποταμοὶ καὶ πηγαὶ καὶ μειοῦνται πάλιν μειώσεσι καὶ πελάγη τοτὲ μὲν ἐξαναχωρεῖ καὶ ἀμπωτίζοντα ὑποσύρεται, τοτὲ δ' ἐξαπιναιῶς ἐπιτρέχει κατὰ παλάρροιαν. verbum εὐρεῖν corruptum esse ex εὐρεῖς, ut *lati* sinus commode opponantur *profundo* litori, iam dudum conieceram, postea hanc coniecturam codice *F* confirmatam inveni. tum pro ἦσι expectaverim γίνονται, quod cum nimis a tradita scriptura distet, quamvis dubitanter εἰσί scripsi, quod et Turnebus (in appendice) et Markland (in notis mscr. ad edit. Turnebi) commendaverunt. sed fortasse post ἀμπώτεσι aliquid intercidit velut μειοῦνται et subinde scriptum fuit καὶ βαθύς ἐξαίφνης αἰγιαλός ἄνεισι vel simile aliquid, et *subito profundum litus prorumpit, in conspectum venit.*

In rebus orthographicis codicum auctoritatem in univ-  
sum secutus sum. sed cum in his rebus libri manu scripti parum  
sibi constare soleant, ubi necessarium videbatur, vel ab optimis  
discedere non dubitavi. iota ἀνεκφώνητον ab omnibus codicibus  
abest. in accentibus ponendis multos a librariis errores com-  
mitti satis constat. eiusmodi minutias omnes in adnotatione  
critica enotare necessarium non duxi. singillatim hoc loco  
monenda mihi haec sunt: ἀπό σκοποῦ in codice V ubique ἀπο-  
σκοποῦ uno vocabulo scriptum est, in ceteris codicibus omnibus  
ἄπο σκοποῦ. haec posterior scriptura ad praeceptum quoddam  
grammaticum videtur referenda esse, quippe quae alibi quoque  
occurrat: ut apud Harpocratonem ἄπο τοῦ πράγματος· ἀντὶ τοῦ  
ἄποθεν, apud Phrynichum Bekk. An. 27,12 ἄπο καιροῦ λέγειν·  
τὸ ἀκλίρωσ. cf. etiam quae disputaverunt Th. Benfey in Götting.  
Nachr. 1878 p. 175 sqq. et G. Curtius in Stud. Lips. III p. 321  
sqq. — Littera ν quae dicitur paragoga in codice V saepe  
ante consonas scripta, ante vocales omissa est; item οὔτως,  
non οὔτω, in codice V ante consonas plerumque reperitur. —  
Elisio et crasis vocalium in libris manu scriptis modo factae  
modo neglectae sunt. Philonem vero hiatum tantum non ubique  
evitare studuisse maxime probatur eo quod pronominis relativi  
formis plenioribus ante vocales utitur ὅπερ, ἅπερ, ὅσαπερ, ἦτις etc.  
eandem ob causam formam contractam usurpat θάτερον, par-  
ticulam ὡς pro ὅτι ante vocales et διότι pro ὅτι (*quia*) post  
vocales etc. in codice antiquissimo V elisio et crasis raro  
neglectae sunt. itaque eius auctoritatem secutus crasin reduxi  
in τοῦναντίον, τάναντία, τάνανακαίον, κάκ, κάκεῖνο, τάληθές, τὰγαθά,  
τὰδικεῖν etc.

## II. Observationes de sermone Philonis.

Sermo Philonis non multum ab illo quo scriptores  
Graeci eius temporis optimi et eruditissimi uti solebant. nam  
Philo, ut mos fuit nobilium Iudaeorum Alexandrinorum, a  
puero litteris Graecis operam dederat et celeberrimos Grae-  
corum poetas et scriptores prosae orationis diligentissime  
tractaverat. itaque cum philosophiae studio animum intendisset  
et ad scribendum accederet, vulgari illa quae in Asia et Aegypto

tum in usu erat dialecto uti noluit, sed exemplum ceterorum hominum litteratorum secutus veterum scriptorum artem dicendi imitatus est. quo in studio tam felix fuisse quibusdam visus est, ut perversum illud dictum ἢ Φῶν πλατωνίζει ἢ Πλάτων φιλωνίζει non tantum ad philosophiae doctrinae verum etiam ad sermonis similitudinem referendum esse sibi persuaderent. sed etiamsi Philonis sermo non is est, qui cum Platonis elegantia vere comparari possit, laudem tamen boni et elegantis pro suo tempore scriptoris iure adeptus est. quamquam enim novis et raris vocabulis et dictionibus non plane abstinuit, summopere tamen studuit, ut orationem suam Attico quodam colore afficeret.

Ac primum quidem in delectu verborum non ad unum scriptorem vel ad unum genus scriptorum sese applicavit, sed ut in philosophiae doctrina explicanda non unum philosophum quasi ducem sibi elegit, sed multorum, inprimis Platonis Stoicorum Pythagoreorum, dogmata usurpavit, ita verborum copiam multorum scriptorum in usum suum convertit. omnium vero scriptorum veterum maxime adamavit Platonem, quem aliquoties in libris suis nominatim laudat, multo saepius tacite adhibuit et expilavit. itaque non mirum quod magnam copiam verborum a Platone accepit. verba Platonica<sup>1)</sup> in libello de officio mundi sunt ἀδιάφθορος, ἀεροπόρος, αἰσθητικός, ἀκράτωρ, ἀμιγής, ἀμυδρός, ἀμυντήριον, ἀναβλαστάνειν, ἀναρμωσία, ἀνάρμωστος, ἀνήνυτος, ἀπάδειν, ἀπαθανατίζειν, ἀπακριβοῦν, ἀπομηκύνειν, ἀποσεμνύνειν, ἀπόσπασμα, ἀπραξία, ἀσυμφωνία, ἀταμίευτος, αὐτοκρατής, ἀφιλόσοφος, βραβευτής, γαστριμαργία, γεώδης, γνωστικός, δυσωπεισθαι, ἐκμαγεῖον, ἐλλόγιμος, ἐμφαίνειν, ἐναντιότης, ἐξιμμάζειν, ἐξίτηλος, ἐπίκτητος, ἐπιφημίζειν, ἐποχετεύειν, ἐστιάτωρ, ἐτεροίότης, εὐάρμωστος, ζωτικός, θεραπευτικός, ἰδιότης, Ἰδρυσις, ἰσάκις ἴσος, κένωσις, κλήσις, κορυβαντιᾶν, λαιμαργία, λεωφόρος, ὁδός, μαλακότης, μαρμαρυγή, μετριάζειν, μόνωσις, ὄγκος, ὄλκος, ὄλόκληρος, ὀργανοποιία, πειθαρχεῖν, πῆξις, πρόσταγμα, προὔπαρχειν, σκοτοδιανᾶν, συναΐδειν, σύστασις, σωματοειδής, ὑποσκελίζειν, φιλοθεάμων. nec solum singula vocabula, sed etiam totas φράσεις Platonis lubens

<sup>1)</sup> In eis quae congegit Siegfried (Philo von Alexandria, Iena 1875, p. 32 sqq.) multa desiderantur.

Philo repetiit, praecipue ex Timaeo dialogo, quem quasi fundamentum libelli de opificio mundi dixeris: velut *ἔχει περιλαβοῦσα* 15,10 (cf. Plat. Tim. 30c *περιλαβὸν ἔχει*); *πολλῶν χάριν* 18,12 (cf. Plat. Tim. 33c); *τὸ ποιητικὸν γένος* 50,4. 60,12 (cf. Plat. Tim. 19d). cf. etiam locos Platonis in appendice p. 69 sqq. laudatos.

Poetica verba rara apud veteres scriptores, crebriora apud posteriores, a nullo frequentius usurpantur quam a Philone. in libro de opificio mundi e poetarum usu petita extant haec fere vocabula, quorum tamen non nulla iam Plato adhibuit (et Aristoteles):

*ἀγχίπορος*: vocabulum Aeschyleum. Plat. Rep. III 391 e.  
*ἀέναος* (cf. de Cherub. I 161. de plant. I 347): Hesiod. Op.  
 587. 595. Plat. Phaed. 111 d.

*ἀτῆος*: poet. Plat. Arist. etc.

*ἀμήτωρ*: Soph. Eur. Plat. Conv. 180 d.

*ἀνάγνωστος* (*ἀναγνωστος*) trag. Lycophr.

*ἀοιδίμος*: poet. (Dionys. Hal. Plut. Lucian.).

*ἀρετᾶν*: pro vulgata scriptura *ἀρόσιμον* 11,19 e codicibus restitui *ἀρετῶσαν*, quo participio saepissime Philo usus est; cf. de somn. I 677 *ἀρετῶσα παιδεία*; de victim. II 249 *ἢ βαθεῖα καὶ ἀρετῶσα παιδεία*; de septen. II 280 *ἀρετῶσα διάνοια*; II 286 *τὴν ἀρετῶσαν χώραν*; de spec. leg. II 309 *τὴν ἀρετῶσαν*; de creat. princ. II 371 *ἀρετῶσα γῆ*; II 372 *ἐν ἀρετῶσῃ γῆ*; II 373 *τὴν ἀρετῶσαν γῆν*; de praem. et poen. II 410 *ἐν ἀρετῶσῃ χώρα*; leg. ad Cai. II 587 *ἀρετῶσαν γῆν*. verbum *ἀρετᾶν* apud veteres non legitur nisi apud Homerum θ 329. τ 114.

*ἀρχηγέτης*: Pind. trag. Plat.

*ἀτμός*: a Philone usurpatur forma masculina, quae legitur apud Aeschylum Euripidem alios poetas; eadem forma utuntur Plutarchus Lucianus alii. Attici scriptores (Plato Theophrastus) formam *ἀτμός* praeferunt; utraque forma apud Aristotelem occurrit, sed saepius *ἀτμός*.

*ἀτρυτος* et *ἀτρώτως*: poet. Arist.

*γάμισθαι*: poet. Plat.

*δεσπόζειν*: poet. Plat. Arist.

*ἐνστηρίζειν*: Hom. Φ 168. Apoll. Rh. IV 1518.

XLIV

- ἐξευμαρῖζειν (cf. Siegfried, gloss. Philon. s. v.): Eurip.  
 ἐπαποδύεσθαι (cf. Siegfried, gloss. Philon. s. v.): Ar. Lys.  
 616. Suid. s. v. ἐπαποδωμέθα.  
 ἐπίχειρα: trag. Plat.  
 εὐκταῖος: poet. Plat.  
 κάματος: poet.  
 κλαῦμα: Aesch. Soph. Ar.  
 κλόνος: poet.  
 κλύδων: poet. Arist. (Polyb. Plut.).  
 κραταιός: forma poetica, quam 21,13/14 e codicibus restitui,  
 saepius apud Philonem legitur: cf. quod det. pot. insid.  
 I 223. de septen. II 282. 288. de praem. et poen. II 412.  
 eadem utuntur Plutarchus Lucianus alii.  
 μακρᾶων: trag. Apoll. Rh. (LXX).  
 νήχεσθαι: poet.  
 νοθεσία: poet.  
 ὀδύνη: poet. Plat.  
 πλωτήρ: poet. Plat. Arist.  
 προπομπός: Aesch. (Plut. Sext. Emp.).  
 στενωπός: poet. Plat.  
 τεθηπέναι: poet. (Plut. Luc.).  
 χρεῖος (cf. de post. Caini I 254. de conf. ling. I 431. de  
 vit. Mos. II 98): trag. (Luc.).

Sed in hac veterum scriptorum imitatione Philo multa illa quae longo aevo post litteras e Piraeo evectas novata erant non neglexit atque ingentem copiam eorum verborum usurpavit quae in philosophorum scholis inventa et formata in communem usum transierant. velut inde ab Aristotele demum in usu erant vocabula ἀδιάφορος, ἀντωθεῖν, ἀποτέλεσμα, ἀσυνήθης, αὐτοκίνητος, γεῦσις, διαμονή, διατυποῦν, διαυλοδρομεῖν, διάφυσις, διχότομος, εἰρμός, ἔκκρισις, ἐμπεριέχειν, ἔμφασις, ἐμφυσᾶν, ἐναπολείπεσθαι, ἐνέργεια, ἔνικμος, ἐντελέχεια, ἐνυπάρχειν, εὐσαρκία, εὐχορτος, εὐχροια, ἐφικτός, ζυγογονεῖν, θεολογεῖν, θυμικός, ἰοβόλος, καταπληκτικός, κατόρθωσις, κεφαλαιώδης, λιμνάζειν, μείωσις, μοναδικός, μονήρης, ὄξυωπής, ὄξυωπία, ἔρασις, ὄργανικός, περίττωμα, πολυσχιδής, πρόεσις, σπερματικός, συνδυασμός, σωματικός, ταυτότης, τελεσιουργεῖν, φιλάρετος, φύραμα. atque ut a Platone et ab Aristotele, ita ab aliis philosophorum scholis nova vocabula Philo accepit, in-



primis a Stoicis et a Pythagoreis. et Stoicorum quidem vocabula haec dixerim: ἀνεπίδεκτος (26,5 παντός ἀνεπίδεκτος κακοῦ: cf. Diog. La. VII 147), ἀλληγορία, ἀνώφοιτος<sup>1)</sup>, ἀποκαταστατικός, ἀφάνταστος, ἀφθαρσία, ἐναπομάττεσθαι, ἐνδιάθετος, ἐνσφραγίζεσθαι, κατάληψις. e Pythagoreorum doctrina vocabula mathematica potissimum repetiit, velut ἀναλογεῖν, ἀρτιοπέριττος, κανονική θεωρία, μουσική τελεία, παντέλεια.

Multis vocabulis, quae iam apud veteres scriptores leguntur, scriptores posteriores novas notiones induerunt, et quae apud illos propria sunt, metaphorice hi usurparunt. velut ἀνάπτεσθαι τι apud Philonem (ut apud Diodorum et Plutarchum) notionem habet sibi vindicandi aliquid: cf. 29,6. 62,3; verbum activum ἀνάπτειν τί τι est *tribuere, mandare alicui aliquid*. ἀνατέμνειν ὁδούς a Philone dicitur de aperiendis novis viis: cf. 24,6. 43,9. 55,9. de Abrah. II 2. de monarch. II 226. de creat. princ. II 362. similiter αὔλακας ἀνατέμνειν 31,22. 43,17, ἀνατέμνειν τὴν πεδιάδα 29,14. ἀνατρέχειν 14,9 metaphorice dictum est, ut apud Polybium et Diodorum (*respicere*). ἀναχαιτίζειν apud ceteros scriptores modo intransitive usurpatur (*reluctari*) modo transitiva notione deiciendi et evertendi; Philo hoc verbo utitur de cohibendo citato cursu et impetu: cf. 29,8. 32,17. de agric. I 311. de vit. Mos. II 84. 123. de septen. p. 47,6 (Tischend.); item Lucianus. ἀπάτη apud Philonem (et in N. T.) passim non fraudem, sed illecebras significat: 59,17 ἢ τῆς ἀπάτης πρόφασις (serpentis in paradiso), 63,12 τὰς δὲ γοητείας καὶ ἀπάτας. cf. Moeris Atticista ἀπάτη ἢ πλάνη παρ' Ἀττικοῖς, ἀπάτη ἢ τέρψις παρ' Ἑλλησιν. γνώριμος apud Philonem et alios scriptores posteriores *discipulum* significat, et ὕφηγητῆς *magistrum*: cf. 57,9. de post. Caini I 254. de ebriet. I 362. de vit. Mos. II 93. γυμνός metaphorice usurpatur 1,1. 7,6. δικάζειν de sensuum iudicio dictum est (*discernere, discernere*) 21,1. 48,13. 61,16. eadem notio inest in verbo κρίνειν 45,8. δύναμις *multiplicationem* vel eam summam quae efficitur multiplicatione

<sup>1)</sup> cf. Zeno ap. Stob. Ecl. I 19,4 (Diels, Doxogr. p. 459) φύσει γὰρ ἀνώφοιτα ταῦτ' εἶναι διὰ τὸ μηθενός μετέχειν βάρους. apud Philonem ἀνώφοιτος legitur de opif. m. 56,11. de vit. Mos. II 111. 115. [de mundo II 612. 621. de incorr. mundi II 498. 513].

XLVI

significat his locis: 4,4. 6. 16,14. 15. δυσπόριστον vulgo dicitur id quod difficile est comparatu; Philoni 29,14 τὸ τῶν ἀναγκαίων δυσπόριστον est *difficultas res necessarias comparandi*. eadem notio occurrit apud Plut. Sol. cap. 23 πλὴν εἰ μὴ σπανίζοντος τότε τοῦ νομίσματος μεγάλας ἐποίει τὰς ἀργυρικὰς ζημίας τὸ δυσπόριστον. ἐκτέμνεσθαι verbum passivum cum accusativo iunctum Philoni idem est quod ἀποστερεῖσθαι, ἀφαιρεθῆναι: cf. 25,19 οὖν καὶ λόγον ἐκτέμνηται. quod deus sit immut. I 292 τὸ λογίζεσθαι ὁ νοῦς ἐκτμηθεῖς. de migr. Abrah. I 446 θυμὸν καὶ ἐπιθυμίαν ἐκτέμνηται. de spec. leg. II 304 ἐκτετμημένος τῆς ψυχῆς τὸ βωφελέστατον. ἐμβαθύνειν vulgo transitive usurpatur, a Philone (et LXX) intransitive (*penitus se demittere, penetrare in aliquid*): cf. 27,13. de praem. et poen. II 412. οἱ ἐντυγχάνοντες a Philone et a ceteris scriptoribus posterioribus dicuntur *lectores*. μεγαλόπολις Philoni (ut Stoicis) est *universitas rerum*: cf. 5,20. de monarch. II 217. μήποτε cum εἰκότως consociatum 19,17. 21,7 est *fortasse*, quam notionem grammaticis et scholiastis usitatissimam e dialecto Alexandrina petitam esse suspicatus est Sturz, de dial. Maced. et Alex. p. 184. οἰκείωσις 3,7 idem est quod οἰκειότης, *familiaritas, necessitudo*. πολύθεος 66,16 dicitur is qui multos deos esse credit. προλαμβάνειν apud scriptores posteriores (inde ab Aristotele) notionem habet praesentiendi et providendi, a Philone (et Plutarcho) etiam cum particula *ὅτι* et cum enuntiato interrogativo construitur: cf. 4,17. 13,21. ὑπέρβασις 51,12 idem est quod ὑπερβολή. ὑπόσχεσις apud Philonem passim non promissionem, sed sententiam quamlibet propositam significat: cf. 36,8. de septen. 48,3 (Tischend.). φθάνειν ἐπὶ τι Philoni est *pervenire ad aliquid, adipisci aliquid*, quae notio verbi φθάνειν primum apud LXX interpretes occurrere videtur; eadem utuntur Plutarchus et alii. χορηγεῖν inde ab Aristotelis tempore idem significat quod παρέχειν, *praebere, suppeditare, donare*; item χορηγία *copia, subsidium*.

Sed Philo ipse etiam nova vocabula excogitavit. in libello de officio mundi haec occurrunt, quae ante Philonem cognita non fuisse videntur:

ἀγαλματοφορεῖν.

ἀγκιστρεύεσθαι.

- ἀκαθαίρετος (cf. Siegfried, Glossar. Philon. s. v.).  
 ἀνάπλησις.  
 ἀνθογραφεῖν.  
 ἀντεπίθεσις (cf. Siegfried, Gloss. Philon. s. v.).  
 ἀντιπροσφθέργεσθαι.  
 ἀπαύγασμα (cf. de plant. I 337. de concup. II 356).  
 ἀπελευθεριάζειν.  
 ἀπεριμάχητος.  
 ἀποχέτευσις: verbo ἀποχετεύειν utuntur Plato Aristoteles alii (Philo de agric. I 306).  
 διασύστασις: cf. quod omnis prob. lib. II 454. verbum δια-  
 συμιστάναι legitur apud Diog. La. III 79, apud Philonem saepe (cf. Siegfried, Gloss. Philon. s. v.).  
 ἐπιλαμφίς (cf. de sacrif. Abel et Cain I 168. de Abrah. II 7. de spec. leg. II 330).  
 ἐπιλιχνεύειν: ἐπιλιχνεύει 61,7 e codice *M* restitui pro περι-  
 λιχνεύουσι, item de migr. Abrah. I 446 nescio an περιλιχνεύουσα corrigendum sit in ἐπιλιχνεύουσα. cf. leg. alleg. I 137. de agric. I 305.  
 εὐθυβόλος.  
 ζυγάδην (v. supra p. XXXIX).  
 ζωοπλαστεῖν (cf. Siegfried, Gloss. Philon. s. v.).  
 ἰχνηλατεῖν (cf. Siegfried, Gloss. Philon. s. v.).  
 καρυατίζειν.  
 νέφωσις (cf. de vit. Mos. II 98).  
 ὀλιγοδεῖα (cf. de vit. Mos. II 85. 163. de victim. II 239. de spec. leg. II 273. quod omnis prob. lib. II 457. de septen. 51,8 Tischend.).  
 παναύγεια.  
 παρευημερεῖν (cf. Siegfried, Gloss. Philon. s. v.).  
 πολύβυθος.  
 προδιατυποῦν.  
 προεκτυποῦν.  
 προεπισημαίνεσθαι.  
 προευαγγελλίζεσθαι (cf. de mut. nom. I 602).  
 προευτρεπίζεσθαι (cf. Siegfried, Gloss. Philon. s. v.).  
 προτυποῦν (cf. de confus. ling. I 431).  
 σιτοπόνος.

XLVIII

σταχυηφορεῖν: forma verbi σταχυηφορεῖν, quam 12,4 e codicibus optimis restitui, tradita est etiam de septen. 50,16. 61,6 (Tischend.). item de carit. II 400 scribendum est σταχυηφορήσας et de execrat. II 430 ἑσταχυηφόρησεν. cf. leg. ad Cai. II 583 σταχυηφόρον et vocabula eodem modo formata σταχυηκομεῖν, σταχυηκόμος, σταχυηλόγος, σταχυητόμος.

στελεχοῦν.

στοχαστής.

συμπαράληψις (cf. leg. alleg. I 134).

ὑπόποκος.

φιλαύστηρος.

φιλέβδομος.

ψυχοειδής.

In verborum declinatione Philo quantumvis sermoni Attico studeret, tamen formas quasdam a scriptoribus Atticis alienas admisit, soloecismis vero et barbarismis abstinuit. vocabulorum formas dialecti Atticae proprias apud Philonem multas legimus. velut πράως, non πραέως, 10,9. 30,6. quod det. pot. insid. I 219: cf. Phot. πράως· οὐ πραέως. καὶ πράων, οὐ πραῦ. καὶ πράος, οὐ πραῦς. δένδρεσιν dixit 11,11, non δένδροις, quae forma apud scriptores Atticos raro occurrit. πλέον 2,14. 22,10. 38,21. 66,19, non πλεῖον. ἀφαινεῖν, non ἀπαινεῖν: cf. Ar. Ran. 1089. Eccl. 146. lex. Bekk. An. 462,15 Suid. ἀδάνεται, Eust. in Hom. p. 1387,1. 1547,62. ἀρύτονται 9,9 et ἀνύτει 32,9 formas Atticas ad optimorum codicum fidem restitui; item de septen. 45,6 (Tischend.) ἀνύτει Philo scripsit. cf. lex. Bekk. An. 411,28 Suid. ἀνύτειν οἱ Ἄττικοί, ὅπερ ἡμεῖς ἀνύειν. lex Bekk. An. 448,24 Suid. ἀρύτεσθαι σὺν τῷ τ̄ λέγουσι καὶ οὐκ ἀρύεσθαι (ex Aelio Dionysio Atticista: cf. Eust. p. 1216,62). Moeris Att. ἀρύτεσθαι Ἄττικοί, ἀρύεσθαι Ἑλληγες. διττός dixit, non δισσός. item λύττα, non λύσσα, et λυττᾶν: cf. de praem. et poen. II 411. 423. ἐξαισιος formam masculinam cum nominibus femininis Philo coniungit: 42,19 βίαις ἐξαισιόις. de vit. Mos. II 99 ἡ ἐξαισιος φορά. eundem usum, qui communis fuisse videtur, omnes scriptores inde ab Homero (O 598 ἐξαισιον ἀρήν) sequuntur praeter Xenophontem, a quo (si libris fides habenda est) φυγή ἐξαισια dicitur Hell. IV 3,8. item ὄλκος forma masculina cum substantivis femininis

a Philone coniungitur ad exemplum Platonis: 51,16 ὄλκον ὕλην. 54,2 ὄλκοῦ δυνάμεως. quod det. pot. insid. I 209 ὄλκός γάρ ἡ δύναμις αὐτοῦ. de post. Caini I 239 ἡδονῆς ὄλκοῦ (hanc codicis Vaticani scripturam in ἐλκούσης temere mutavit Tischendorf Philon. p. 104,2). de somn. I 623 ὅτι ὄλκον ἀήρ ἔχει φύσιν. de Abrah. II 11 ὄλκούς ἔχοντες δυνάμεις. de monarch. II 229 ὄλκοι καὶ εὐάγωγοι διάνοιαι. leg. ad Cai. II 585 ὄλκός δύναμις.

ἀρμόττειν et ἀρμόζειν promiscue Philo videtur usurpasse, sed frequentior usus formae Atticae: cf. 44,16. 58,11. 66,1. altera forma (ἤρμοζεν) legitur 52,2. inter formas τέτταρες et τέσσαρες, θάλαττα et θάλασσα, fluctuat scriptura codicum; sed saepius Philo videtur usus esse formis Atticis. similiter modo ἀεί modo αἰεί videtur scripsisse: longior forma traditur 9,20. 33,16. 53,12. cf. de spec. leg. p. 7,17. 22,20. 29,8. 38,6. 41,24. 60,2 (Tischend.). κρείττονα similesque formas alternat Philo cum formis apud Atticos usitatoribus μεῖζω et similibus.

Vulgarem usum Philo secutus est in his formis verborum: ὁ σίελος dixit 45,20, cum sermo Atticus postularet τὸ σίαλον. cf. Ael. Dionys. ap. Eust. p. 1390,57. Moeris Att. σίαλον ἐν τῷ ᾧ καὶ οὐδετέρως Ἀττικοί, σίελον ἐν τῷ ἔ καὶ ἀρσενικῶς Ἑλληνες. καθώς in libello de opificio mundi semel legitur 67,6, ceteris locis omnibus forma Attica καθάπερ usus est Philo. forma καθώς inde ab Aristotele demum occurrit: cf. Sturz de dial. Maced. et Alex. p. 74 sqq. Lobeck ad Phryn. p. 425. fortasse illo loco pro καθώς corrigendum est καθ' οὓς (scil. νόμους καὶ θεσμούς). ἰχθύας formam vulgarem scripsit 22,10,14, si codicis V auctoritatem sequimur. Attici dicebant ἰχθῦς: cf. Phryn. Bekk. An. 44,20 ἰχθῦς· ἡ αἰτιατικὴ τῶν πληθυντικῶν Ἀττικώτερον ἤπερ ἰχθύας. Δήμητραν formam accusativi vulgarem dixit 50,2. δυοί dativi forma vulgari, quae apud scriptores Atticos non reperitur, usus est 41,22. 45,2,3. 66,5. ὑπολέλειπτο 21,19 scripsit augmento neglecto: apud scriptores Atticos exempla huius usus rara sunt; cf. Kühner, Gr. Gr. I p. 506,11. Stahl, Quaest. gramm. ad Thuc. pertin. p. 59<sup>2</sup>. προευτρεπίσατο 28,7 sine augmento in libris optimis exaratum est, item de praem. et poen. II 409: a scriptoribus Atticis augmentum in verbis quae a diphthongo ευ incipiunt non negligitur; cf. Stahl l. l. p. 59 sq. ἐνδιητᾶτο 54,12 traditur et ἐνδιητήθη 62,10: item

## L

de septen. 67,2 (Tischend.) ἐνδιητῶντο scribendum videtur (ἐνδιαιτῶντο *M*, ἐνεδιαιτῶντο Tischendorf, quae forma nulla est); Attici dicebant ἐνεδιητῶντο et ἐνεδιητήθησαν duplici augmento. imperativi tertiae personae pluralis terminatione vulgari in -έτωσαν Philo usus est: ἀναδραμέτωσαν, ἐπιζέτωσαν 14,9.11. ἐνστηρίση 23,4 et στηρίσασθαι 31,15 formae sunt vulgares: Attici dicebant ἐνστηρίξη, στηρίξασθαι. sic Philo ipse de agric. I 311 στηριχθήσεται, de profug. I 553 στηριχθείς.

In syntaxi et constructione verborum Philonis sermo haud exiguam similitudinem ostendit cum veterum scriptorum Atticorum dictione, sed insunt etiam multa posteriorum tantum scriptorum propria.

Plurali forma substantivi abstracti frequenter Philo usus est ad Atticorum scriptorum consuetudinem: velut 1,3 ἐξετίφωσαν τὰ πλήθη. 31,11 θρεμμάτων πλήθη μυρία. de Abrah. II 3 τὰ πλήθη τῶν ἄλλων ἐφησυχάσας. cf. Isocr. IV 75 τὰ πλήθη προτρέψαντες. Plat. Gorg. 452e σοὶ τῷ δυναμένῳ λέγειν καὶ πείθειν τὰ πλήθη. Demosth. VI 24. XVIII 46. XXIII 124. eodem pertinent 2,7. 24,14 ὑπερβάλλοντα κάλλη et 49,4 πελάγη λιμένων ἔχειν μεγέθη νομίζουσι: cf. Plat. Criti. 115d μεγέθει κάλλεσσι τε τῶν ἔργων. 31,2 καὶ ὅσα τὰς φύσεις ἀγριώτατα: cf. Plat. Tim. 18d ἄριστοι τὰς φύσεις. Lobeck ad Phryn. p. 365.

Pro verbo quod dicunt finito verbum substantivum cum participio eius verbi coniunctum haud raro ponitur a scriptoribus Atticis ac maxime a Platone: cf. Kühner, Gr. Gr. II 1 p. 35 adn. 3. huius usus exemplum habes 67,1 εἰσι γὰρ οἱ ὑπολαμβάνοντες.

Verbum substantivum sive copula ex more communi a Philone saepe omittitur. inprimis animadvertendum est enuntiata relativa pleraque verbo substantivo ἐστίν vel ἦν vel γίνεσθαι carere. velut 3,4 καὶ ὅσα μὲν ἐπιζήμια καὶ βλαβερά, μηχανῇ πάσῃ διωθεῖται. 5,3 ὅσαπερ ἐν ἐκείνῳ νοητά. nec minus omittitur illa copula in enuntiatis interrogativis, ut 10,24 στερεοῦ δὲ καὶ σώματος ἔννοια τίς ἐτέρα πλὴν τὸ πάντη διεστηκός; 18,4 προσπεριεργάζετο, τίς ἢ τῶν ὄρατῶν δὴ τούτων οὐσία . . . καὶ τίς ὁ τρόπος τῆς κινήσεως καὶ τίνες αἱ αἰτίαι. item in enuntiatis quale legitur 9,14 εὐ μέντοι καὶ τὸ φάναι.

Adiectivum quod vocatur praedicativum de nomine masculino vel feminino pendens frequentissime formam induit neutram. velut 3,21 τάξει δ' ἀριθμός οἰκεῖον. 20,18 πενταχῆ δὲ τμητὸν αἰσθησις. 23,5 φύσις δὲ βέλτιον σπέρματος. 27,4 κακὸν δ' ἡ κακία καὶ αἱ κατὰ κακίαν ἐνέργειαι. 27,10 ὑστατὸν ἐστὶν ἀνθρώπος τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως. 37,2 μόνον δ' οὔτε κινουῦν οὔτε κινούμενον ὁ πρεσβύτερος ἀρχῶν καὶ ἡγεμῶν.

Pronomen relativum numero et genere aliquotiens congruit cum substantivo quod succedit praedicativo, non cum eo de quo pendet. cf. 7,13 ὁ αἰσθητὸς κόσμος, ὃ μείζον τῆς ἀνθρωπίνης ἐστὶ μίμημα θείας εἰκόνας, et subinde ἡ ἀρχέτυπος σφραγίς, ὃν φαμεν νοητὸν εἶναι κόσμον. 9,8 καὶ ἐστὶν ὑπερουράνιος ἀστὴρ, πηγὴ τῶν αἰσθητῶν ἀστέρων, ἣν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ καλέσειεν ἂν τις παναύγειαν: relativum (ἣν), quod pendet de substantivo ἀστὴρ (non enim ad πηγὴ referendum est), congruit cum substantivo παναύγειαν. cf. Kühner, Gr. Gr. II 1 p. 68. eadem ratione explicanda est structura quae legitur 8,18 πρῶτον οὖν ὁ ποιῶν ἐπολεῖ οὐρανὸν ἀσώματον καὶ γῆν ἀόρατον καὶ ἀέρος ἰδέαν καὶ κενού· ὧν τὸ μὲν ἐπεφήμισε σκότος . . ., τὴν δ' ἄβυσσον, ubi τὸ μὲν, quod ad ἀέρος referendum est, cum substantivo σκότος congruit, τὴν δέ, quod ad κενού pertinet, cum substantivo ἄβυσσον.

Adiectiva vel participia neutra articulo praefixo pro substantivis abstractis iam a veteribus scriptoribus usurpari solebant, imprimis a Thucydide et Platone. Philoni eiusmodi vocabula in deliciis sunt: cf. 2,2 ἕνεκα τοῦ θεοφιλοῦς *amoris dei causa*. 6,15 τὸ εὐάρμοστον, τὸ σύμφωνον. 29,13/14 τὸ τῶν ἀναγκαίων δυσπόριστον (v. sup. p. XLVI). 32,6 πρὸς τὸ εὐέδρον *ad sedendi commoditatem*. 44,3 τοῦ θεοπρεποῦς *divinae dignitatis*. 47,15/16 τοῦ συνειδότος.

Articuli usus apud Philonem, ut apud omnes scriptores posteriores, multo liberior est quam apud scriptores Atticos; saepe enim omittitur, ubi secundum Atticismi normas ponendus est.

Magis Atticorum scriptorum usum in syntaxi casuum imitatus est et raro ab eo discessit. severioris Atticismi proprius est genetivus ille partitivus qui est in enuntiato ἡ πλείστη τῆς χώρας et similibus: cf. Kühner, Gr. Gr. II 1 p. 239. huius usus in libello de opificio mundi duo exempla leguntur: 22,5 ψυχῆς γὰρ ἡ μὲν ἀργοτάτη καὶ ἥμισα τετυπωμένα, 65,17 τῆς γῆς

την βαθειαν και καρποφόρον. cf. de spec. leg. II 329 ψυχῆς . . .  
ἡ μὲν ἐστὶν κτλ.

Dativus pluralis cum pronomine αὐτὸς coniungitur communionis significandae causa: ῥίζαις αὐταῖς 29,20. de agric. I 301. sed Philo his locis morem scriptorum posteriorum secutus pronomen postposuit, cum Attici dicerent αὐταῖς ῥίζαις (cf. Lobeck ad Phryn. p. 100); et sic legitur quod deus sit immut. I 283 αὐταῖς ῥίζαις τὰς τῆς διανοίας νόσους ἐκτεμεῖν.

Verbum διαφέρειν apud veteres scriptores cum genetivo personae et dativo rei construitur. scriptores posteriores (Arist. Polyb. Diod. etc.) cum accusativo personae verbum διαφέρειν coniungunt eique superandi notionem induunt. hunc usum secutus est Philo: cf. 51,11 μακρῶ τινι τοὺς ἐπειτα διενεγκεῖν. 53,10 τοὺς τε νῦν ὄντας και τοὺς πρὸ ἡμῶν διενεγκῶν ἅπαντας.

Structurae χαίρειν ἔν τινι et ἐπὶ τινι alternant 64,4 sqq.; apud Atticos χαίρειν ἔν τινι raro occurrit: cf. Soph. Trach. 1118. Plat. Rep. X 603c.

ἐμφαγεῖν τοῦ καρποῦ Philo dixit (60,4) ad consuetudinem scriptorum posteriorum; veteres verbum ἐμφαγεῖν cum accusativo coniungebant.

Verbum ἀνέχειν cum genetivo et praepositione ἀπό coniunxit 47,14 ἀπὸ τῶν ἄλλων ἀνέχοντας ἔργων, aliis locis cum solo genetivo: cf. de vit. Mos. II 113 πάντων δὲ μικρῶν και μεγάλων ἔργων ἀνέχειν διεύρηται. II 166 τῆς βλασφημίας ἀνέχειν. II 167 ἀνέχοντας μὲν ἔργων και τεχνῶν τῶν εἰς πορισμόν. de septen. II 281 et 283 ἀνέχειν ἔργων (ubi Tischendorf ἀπέχειν scripsit sine causa idonea). de spec. leg. II 305 ὁμιλίας ἀνεχέσθω. eadem verbi ἀνέχειν structura apud alios scriptores posteriores occurrit, ut apud Appianum b. Pun. 75 ἀνασχεῖν τοῦ πολέμου; eadem iam usus est Sophocles Oed. Tyr. 174 ἱγίων καμμάτων ἀνέχουσι γυναῖκες (schol. ἐλευθεροῦνται, ἄνεσις ἔχουσι, ἀναπαύονται). apud Plutarchum legitur ἀνέχειν ἑαυτὸν ἀπὸ τινος.

Accusativum cum praepositione ὑπὸ coniunctum legimus pro dativo 31,7 καθίστη τῶν ὑπὸ σελήνην ἀπάντων βασιλέα et 47,12 ταῖς δὲ διανοίαις τῶν ὑφ' αὐτὸν ἀπάντων ἐνεχάραξε. cf. de post. Caini I 229 πάνθ' ὅσα τῶν ὑπ' οὐρανὸν ὠκυδρομώτατα. de vit. Mos. II 144 μετὰ δὲ τὴν κάθαρσιν τῶν ὑπὸ σελήνην. haec casuum confusio in sermone vulgari in dies magis increbruit,



sicut ἐκεῖ et ἐκεῖσε, ἔνδον et εἴσω, ποῦ et ποῖ sim. commutabantur; sed aliquotiens ea iam veteribus scriptoribus excidit: Hom. E 267 ὄσσοι ἕασιν ὑπ' ἠῶ τ' ἠέλιόν τε. ο 349 ἦ που ἔτι ζώουσιν ὑπ' αὐγάς ἠελίοιο. Thuc. VI 86 ὑπ' αὐτοὺς εἶναι. Demosth. XVIII 270 τῶν ὑπὸ τοῦτον τὸν ἠλίον ἀνθρώπων. cf. H. Stein ad Herod. V 10. Rehdantz ad Xen. Anab. VII 3,5 et VII 7,32.

Formae pronominis reflexivi ἑαυτοῦ ἑαυτῆς cet. et demonstrativi αὐτοῦ αὐτῆς cet. a librariis saepissime inter se confunduntur. velut 4,1, ubi vulgo recte legitur ἰσοῦμενος τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσιν (cf. de vit. Mos. II 148. de decal. II 184), codices plerique et optimi αὐτοῦ habent, 37,12 αὐτοῦ codices omnes; etiam de septen. II 278 in codice *M* τοῖς αὐτοῦ μέρεσιν ἴσον scriptum est (teste Tischendorfio Philon. p. 15,13). 6,10 libri omnes tradunt τῆς ἀρίστης αὐτοῦ φύσεως οὐκ ἐφθόνησεν: at in simili sententia 7,1 οὐ πρὸς τὸ μέγεθος εὐεργετῆ τῶν αὐτοῦ χαρίτων codex optimus *V* habet ἑαυτοῦ. equidem sicubi sententia postulabat, pronomem reflexivum vel contra librorum fidem restituere non dubitavi.

Pronomen αὐτό a Philone saepe cum vocabulo μόνον ita coniungitur, ut eius vim tantummodo augeat nec per se quicquam significet. cf. 22,11 πρὸς αὐτὸ μόνον τὴν τῶν σωματίων διαμονήν. 31,13 διφθέραν δ' αὐτὸ μόνον ἔχοντος σκεπαστήριον. 66,14 λέγεσθαι δ' αὐτὸ μόνον πρὸς ἀνθρώπων. leg. alleg. I 45 κοινωνίας καὶ ἐνώσεως ἀνθρώπων, οὐκ ἐπιμιξίας αὐτὸ μόνον, οὔσα αἰτία. de post. Caini I 245 ἀκοὰς αὐτὸ μόνον ἠδύνει. I 252 ὑδρίας δ' αὐτὸ μόνον. de somn. I 625 ἀλλ' οὐ ψιλήν αὐτὸ μόνον φωνὴν ἀργήν. de Abrah. II 2 οὐ πρὸς τὸν ἐκείνων ἔπαινον αὐτὸ μόνον.

Pronomina demonstrativa οὗτος et ὁδε secundum usum vulgarem a Philone promiscue ac sine discrimine usurpantur. cf. 25,9 εἰσάγει γὰρ τὸν πατέρα τῶν ὄλων ταυτί λέγοντα· ποιήσωμεν κτλ. 37,4 μαρτυρεῖ δὲ . . . Φιλόλαος ἐν τούτοις· ἔστι γὰρ κτλ. 14,17 ἦδ' ἔστιν αἰτία. 28,18 ἦδε μὲν αἰτία πρώτη . . . ἦ δὲ δευτέρα κτλ. 30,12 δευτέρα μὲν αἰτία ἦδε λελέχθω, τρίτη δ' ἔστι τοιάδε. nihil inter se differunt οὗτος ὁ κόσμος (4,20. 7,13 etc.) et ὁδε ὁ κόσμος (2,23. 3,15 etc.). neque ulla intercedit differentia inter τοιοῦτος et τοιόσδε: cf. de praem. et poen. II 421 ἐὰν γὰρ οἷα τὰ βουλεύματα τοιοῦτοι οἱ λόγοι, καὶ οἷα τὰ λεγόμενα τοιαῦδε αἱ πράξεις ὦσιν. nec discernuntur vocabula ἄλλοι et ἕτεροι: cf. 1,1 τῶν ἄλλων νομοθετῶν et 1,9 ἦ συναιέσας τοῖς ὑφ' ἑτέρων συντεθεῖσιν.

Pronomen *δσοσ* apud scriptores posteriores in simplicis relativi notionem abiit amissa notione generali; itaque vocabulum *πᾶσ* saepe cum eo coniungitur, quod apud Atticos raro fit. cf. 6,15 *πᾶν δσον τῆσ κρείττονοσ ἰδέασ*. 8,22 *πάντων δσα φωσφώρα ἄστροσ . . . ἐμελλε συνίστασθαι*. 12,5 *πάνθ' δσα χιλὸσ μὲν κτήνεσιν, ἀνθρώποισ δ' ἐμελλεν ἔσεσθαι τροφή*.

Notabilis structura legitur 3,5 *τὰ δ' δσ' ὠφέλιμα καὶ λυσιτελῆ* et 44,6 *τὰ δσα ἐκ γῆσ τελειογονεῖται*.<sup>1)</sup> haec non corrupta, sed recte tradita esse, multis exemplis confirmatur. illud *τά* non est articulus, sed pronomen demonstrativum, quod praefixum est, quo argutius et luculentius fiat pronomen relativum. cf. leg. alleg. I 121 *καὶ πρεσβύτατοσ καὶ γενικώτατοσ τῶν δσα γέγονε*. I 137 *καὶ τῶν δσα κακία ἀπεργάζεσθαι φιλεῖ*. de post. Caini I 230 *τὸ φ' μόνῃ βλέπειν ἡδύνατο ἔκουσίωσ πηρώσασ*. I 246 *προσέτι μέντοι καὶ τὰ ὧν οὐκ ἂν ἅπαντα χρόνοι καὶ τόποι*. I 247 *πρὸσ τῶν ὧν ὀρέγονται θήραν*. I 257 *τὰ οἷσ σῶμα πλεονεκτεῖ πάντα*. de somn. I 624 *τῶν ἄλλων τὰ οἷσ ἐναρμόζεται*. de septen. II 279 *τῶν μὲν δσα λύπησ αἷτια καὶ φόβων ἀμέτοχοι*. de praem. et poen. II 412 *τῷ δ' δ κέκληται νοῦσ*. II 415 *οὐχὶ τῶν δσα στοιχεῖα*. II 425 *τῶν δσα ἐπιφημιζέται τοῖσ προσήκουσι*. hic usus antiquior est Philone. in carminibus Homericis pronominis *ὁ ἢ τό* vim demonstrativam vigere satis constat. sed in prosam quoque orationem haec structura transiit ac maxime apud Platonem occurrit: velut Tim. 38e *ἐπειδὴ δὲ οὖν εἰσ τὴν ἑαυτῷ πρέπουσαν ἕκαστον ἀφίκετο φορὰν τῶν δσα ἔδει ξυναπεργάζεσθαι χρόνον*. cf. Kühner, Gr. Gr. II 1 p. 507.

In usu generum et temporum verbi ab Attico sermone haud raro Philo discessit, velut multa verba, quae apud veteres scriptores transitiva sunt, intransitive usurpavit. inprimis verbis mediis pro activis uti solet:

*διωθεῖσθαι*: 3,5 *δσα μὲν ἐπιζήμια καὶ βλαβερά, μηχανῆ πάσῃ διωθεῖται* (deus ab homine). vim suam reflexivam *διωθεῖσθαι* habet in fragmento Chrysippi ap. Diog. La. VII 85 *τά τε βλέποντα διωθεῖται καὶ τὰ οἰκεία προσέεται* (cf. Philo de post. Caini I 238).

*διαμετρεῖσθαι*: 7,5 *εἰ μὴ διεμετρήσατο . . . ἕκάστω τὸ ἐπιβάλλον*.

<sup>1)</sup> 5,3 quod codex V tradit *τὰ δσαπερ* ex errore librarii videtur ortum esse.

συμπεριπολείσθαι: 24,11 πλανήτων τε και ἀπλανῶν χορείαις συμπεριποληθεῖς. *aliis locis Philo ipse forma verbi activa usus est: de monarch. II 217 συμπεριπολῶν ἡλίῳ και σελήνῃ και τῷ σύμπαντι οὐρανῷ. de septen. II 279 σελήνῃ και ἡλίῳ και τῇ χορείᾳ τῶν ἄλλων ἀστέρων . . . συμπεριπολοῦντες. de spec. leg. II 299 συμπεριπολεῖν ἡλίῳ και σελήνῃ και τῷ παντὶ οὐρανῷ τε και κόσμῳ. de praem. et roen. II 427 και μόναις συμπεριπολοῦντα ταῖς οὐρανίων χορείαις και περιόδοις. item verbi περιπολεῖν formam activam usurpavit: 17,19 τῶν μὲν κατὰ ταῦτά και ὡσαύτως περιπολούντων.*

προετοιμάζεσθαι: 27,17 ἀλλ' ὡς οἰκειοτάτῳ και φιλάτῳ ζῷοντα τὰ ἐν κόσμῳ πάντα προητοιμάσατο. *cf. de victim. II 238. de victim. offer. II 252.*

προευντρέπισσθαι: 28,7 ἄνθρωπον καλεῖν μέλλων ἐπὶ τ' εὐωχίαν και θεωρίαν τὰ εἰς ἑκάτερον εἶδος προευντρέπισατο. 50,1 ἡ φύσις πηγάζοντας ἀνέδωκε μαστοὺς προευντρεπισαμένη τροφᾶς τῷ γενησομένῳ. *cf. Siegfried, Gloss. Philon. s. v.*

ἀπαντᾶσθαι: *v. supra p. XXXVIII.*

ἀποτεμνεσθαι: 42,14 ἀποτεμνομένης τῆς αἰσθήσεως τοτὲ μὲν ἐλάττω τοτὲ δὲ μεῖζω περιγραφῆν.

ἀρμόττεσθαι: 58,11 ἔρωσ δ' ἐπιγινόμενος καθάπερ ἐνός ζῷου διττὰ τμήματα διεστηκότα συναγαγὼν εἰς ταῦτόν ἀρμόττεται. 30,13 ἀρχὴν και τέλος τῶν γεγονότων ὁ θεὸς ἀρμόσασθαι διανοηθεῖς. *cf. de sacrif. Abel et Cain I 177 και πάλιν πάσας ἀρμοσαμένη. de Abrah. II 15 γάμος δ' ὃν ἀρμόζεται ἡδονή. II 36 ἡ φύσις τῆν ἀνδρὸς και γυναικὸς ἡρμόσατο κοινωνίαν. de vit. Mos. II 151 ἀρμόζομενος τὸ μουσικὸν και θεῖον ὡς ἀληθῶς ὄργανον.*

*Praesenti quod dicunt historico et aoristo gnomico frequentissime Philo usus est. nec raro perfectum usurpavit pro praesenti: velut 25,19 ἐκτέμνηται; 26,2 κεκοινωνήκεν; 31,20 κατεπτήχασαι; 56,7 βέβηκεν; πέφυκε et συμβέβηκε saepius.*

*Imperfectum et aoristum paene promiscue usurpavit. cf. 31,2 διὸ και θεασάμενα πάντα διὰ πάντων ἡμερώθη και . . . ἐγίνετο χειροθητάτα. 5,20 ὃς . . . ἐνενόησε . . ., ἐξ ὧν . . . ἀπετέλει. 10,15 ἀπετελεῖτο εὐθύς, δ . . . ἐκάλεσεν. 10,22 ἐποίει . . ., ὃν . . . προσηγόρευσεν. 13,13 ἐβουλήθη γὰρ ὁ θεὸς δολιχεύειν τὴν φύσιν . . ., οὐ χάριν και ἀρχὴν πρὸς τέλος ἦγε και ἐπέσπευδε και . . . ἐποίει.*

De Philonis elocutione in universum illud iudicium ferendum est, quod nuper Udalricus de Wilamowitz non sine iure de omnibus eius aevi scriptoribus pronuntiavit (cf. Commentariolum grammaticum III, Ind. schol. Gotting. aest. 1889, p. 19): *scribit quantum potest ornate et copiose et periodorum labyrinthos exstruit, e quibus ne ipse quidem feliciter se exsolvit.* Philo vero magis ceteris fuso et nimis abundante genere dicendi usus est. demonstratur hoc inprimis notissima illa quam adamavit synonymorum vocabulorum cumulatione. in libello de opificio mundi haec fere synonyma leguntur coniuncta:

ἀβεβαίου και ἀνιδρύτου;  
 ἄγονον και στείραν;  
 ἀδελφόν και συγγενές;  
 ἄδηλοι και ἀφανείς;  
 ἀκακία και ἀπλότης;  
 ἀκαλλώπιστα και γυμνά;  
 ἀκλινές και ὀρθόν;  
 ἄκρατοι και ἀμιγείς;  
 ἀλκαί τε και δυνάμεις;  
 ἀπόνως και ἀταλαιπώρως;  
 ἀργαλεώτατος και βαρύτατος;  
 ἀρρωστήματος ἢ νοσήματος;  
 αὐτομαθῆς και αὐτοδίδακτος;  
 διέξευξαν και διέλυσαν;  
 διατειχιζόντος και διστάντος;  
 δυσίατα και ἀθεράπευτα;  
 εἰκότων και πιθανῶν;  
 εἰλικρινέστατος και ἀκραιφνέστατος;  
 ἐπιζήμια και βλαβερά;  
 ἐρήμην και κενήν;  
 εὐδία και γαλήνη;  
 εὐσέβεια και ὀσιότης;  
 ἡμέρου και πόθου;  
 κλύδωνι και κυματώσει;  
 λαμπρότερόν τε και αὐγοειδέστερον;  
 μακαρία και εὐδαίμων;  
 οἰκειότατος και συγγενέστατος;  
 προσήκοντα και ἐπιβάλλοντα;

προσομιλῶν καὶ συνδιδαιτώμενος;  
 προσφυῶς καὶ εὐθυβόλως;  
 συγγενῆς καὶ ἀγχισπορος;  
 τροπή καὶ μεταβολή;  
 ὑπερμάχοις καὶ προαγωνισταῖς;  
 ὑπηρέται καὶ ὑπουργοί;  
 χλιδῆς καὶ θρύψεως.

nec veretur ad sententias argutius illustrandas tautologia uti, cuius exemplum luculentissimum legitur p. 51,12: ὁ γὰρ ἀληθεῖα καλὸς ἀγαθὸς οὕτως ὄντως ἦν. aut ἀληθεῖα aut ὄντως interpolatum esse facile quispiam existimaverit; at simillima tautologia extat de gigant. I 267 ὄντως γὰρ ὁ ἀληθινὸς οὕτός ἐστιν.

In deliciis Philo habuit dissolutam orationem qua plura deinceps vocabula ἀσυνδέτως sese excipiunt. cf. 5,12 μέρη σχεδὸν ἅπαντα, ἱερά, γυμνάσια, πρυτανεῖα, ἀγοράς, λιμένας, νεωσοίκους, στενωπούς κτλ. 6,12 ἦν μὲν γὰρ ἐξ αὐτῆς ἄτακτος, ἄποιος, ἄψυχος, ἀνόμοιος, ἑτεροϊότητος, ἀναρμοστίας, ἀσυμφωνίας μεστή, et subinde τάξιν, ποιότητα, ἐμψυχίαν, ὁμοιότητα, ταυτότητα, τὸ εὐάρμοστον, τὸ σύμφωνον. 20,18 πενταχῆ δὲ τμητὸν αἰσθησις, εἰς ὄρασιν, εἰς ἀκοήν, εἰς γεῦσιν, εἰς ὄσφρησιν, εἰς ἀφήν. variatio quaedam efficitur, cum in asyndeto bina vocabula contraria particula καὶ inter se conectuntur: velut 26,6 φρόνησιν καὶ ἀφροσύνην, σωφροσύνην καὶ ἀκολασίαν, ἀνδρείαν καὶ δειλίαν, δικαιοσύνην καὶ ἀδικίαν.

Particula τε non solum ad singula vocabula verum etiam tota enuntiata adiungenda Philo usus est. cf. 14,3 κατιδόντες τ' αὖθις; 17,10 εἰδώς τε ἔτι; 20,2 εὐθύς τε; 42,20 πάλιν τε; 46,8 αἶ τε βαρεῖται νόσοι; 46,16 στοιχείων τε; 55,6 συγγενῆς τε; 62,13 σπεύδει τε. atque etiam duo vel plura periodi membra sola particula τε inter se coniunguntur. cf. 60,19 μόλις τε γὰρ τὴν κεφαλὴν ἐπαίρει . . . σιτεῖται τ' οὐκ οὐράνιον τροφήν. 62,4 ἀλλ' αἶ τε πρῶται . . . ἔχουσιν ἡδονήν, αἶ τε σποραὶ . . . συνίστανται, τά τε γεγόμενα οὐδενὶ πρῶτον οἰκειοῦσθαι πέφυκεν.

Longas et molestas periodos saepissime apud Philonem inveneris. cf. p. 13,21—14,16 προλαβῶν—δυνατά; 27,23—28,17 καθάπερ—παρέδοσαν; 47,7—48,3 ταῦτα—ὀλισθεῖν; 53,17—54,7 ὄπερ—ποιότητας; 59,19—60,11 λέγεται—προσηκούσας.

Concinnitatem aequabilem qua singula periodorum membra plerumque coniuncta sunt passim Philo, ne nimis oratio lan-

## LVIII

guere videatur, interrumpit chiasmi artificio adhibito. cf. 15,7 τῆς μὲν γὰρ διὰ τεττάρων ὁ λόγος ἐπίτριτος, τῆς δὲ διὰ πέντε ἡμιόλιος, διπλάσιος δὲ τῆς διὰ πασῶν, τετραπλάσιος δὲ τῆς δις διὰ πασῶν. 21,1 χρώματα μὲν δρασις, φωνὰς δ' ἀκοή, χυλοὺς δὲ γεῦσις, καὶ ὄσφρησις ἀτμούς, μαλακότητος δὲ . . . ἀφή. 29,4 sqq. ἐὰν μὴθ' αἰ ἄλογοι ἡδοναὶ ψυχῆς δυναστεύσωσι . . . μὴθ' αἰ δόξης . . . ἐπιθυμίαι τὸ τοῦ βίου κράτος ἀνάψωνται μὴτε στείλωσι καὶ κάμψωσι διάνοιαν αἰ λύπαι μὴθ' ὁ κακὸς σύμβουλος φόβος τὰς . . . ὀρμὰς ἀναχαιτίσῃ. omnino chiasmi structura Philo saepe usus est: cf. 12,5 πάνθ' ὅσα χιλὸς μὲν κτήνεσιν, ἀνθρώποις δ' ἐμελλεν ἔσεσθαι τροφή. 51,7 θνητὸν μὲν κατὰ τὸ σῶμα, κατὰ δὲ τὴν διάνοιαν ἀθάνατον. 57,1 ὕπαρχον μὲν αὐτοῦ, τῶν δ' ἄλλων ἡγεμόνα πάντων τιθεῖς. 62,7 χαίροντα μὲν ἡδονῇ, τὴν δ' ἐναντίαν ἀλγηδόνα δυσχεραίνοντα.

---

## Addenda et Corrigenda.

---

- 7,1 adn. add.: τῶν om. *F*.  
10,6 adn.: verba διέκρουσαν καὶ non om. *F*.  
12,1 corr. τὸ.  
12,3 corr. γῆν.  
12,6 adn. add.: ἀνέφυσεν] ἀνέφαιεν *F*.  
12,22 adn. add.: ἐπιδιδούς *F*.  
14,2 adn. add.: οὐχί] οὐ *F*.  
15,4 adn. add.: εἰλοῦνται καὶ ἀναστρέφονται καὶ ἀνακάμπτουσι *F*.  
16,1 lege: τὰ δύο γραμμῆ, διότι βύσει μὲν ἐνός θυάς, βύσει δὲ σημείου συνίσταται γραμμῆ· γραμμῆ δ' ἐστὶ κτλ. non recte feci quod verba διότι—γραμμῆ tamquam interpolata e contextu Philonis expuli, quae in codice *V* (et *F*<sup>2</sup>) recte tradita, in codicibus *Ma* corrupta sunt. cf. Sext. Emp. adv. math. IX 380 et quos infra p. 73 sq. descripsi Theonis Smyrnaei et Sexti locos.  
21,21 adn. dele numerum 36 ante αὐτίκα *Vb*.  
25,18 adn. add.: ἄφυγά τ' ἐστὶ *F*.  
27,4 adn. add.: ἐκγόνοις *F*.  
31,18 adn. add.: ἰδοῦσι *F*.  
36,11 adn. corr. τὴν ἀμφοῖν.  
40,9 corr. ἐτέων (pro ἐτῶν).  
42,7 corr. ἅπασαν.  
42,12 corr. ζφδιακόν.  
51,13 corr. εὐμορφίαν.  
61,9 adn. dele nomen (*Christoph.*). cf. Proleg. p. XXX adn. 1.  
66,7—9: verba Τοιοῦτος μὲν κτλ. Fridericus Hanssen nuper sic emendavit:  
Τοιοῦτος μὲν ὁ βίος τῶν ἐν ἀρχῇ μὲν ἀκακίᾳ καὶ ἀπλότῃ χρωμένων, αὐθις δὲ κακίᾳ ἀντ' ἀρετῆς, προτιμώντων ὧν ἄξιον ἀπέχεσθαι. cf. American Journal of Philology, vol. IX (1888) p. 463.
-

## **I n d e x   n o t a r u m .**

---

*V* = cod. Vindobonensis theol. gr. 29  
*M* = cod. Laurentianus X 20

*A* = cod. Monacensis gr. 459  
*B* = cod. Venetus gr. 41  
*C* = cod. Coislirianus 43  
*D* = cod. Laurentianus LXIX 11  
*E* = cod. Vaticano-Palatinus gr. 152  
*a* = classis codicum *ABCDE*

*F* = cod. Laurentianus LXXXV 10  
*H* = cod. Venetus gr. 40  
*I* = cod. Monacensis gr. 124  
*K* = cod. Parisinus gr. 434  
*L* = cod. Parisinus gr. 433  
*b* = classis codicum (*F*)*HIKL*

*P* = cod. Parisinus gr. 1630 (excerpta)  
*Eus.* = Eusebii Praeparatio Evangelica  
*Jo. Dam.* = Ioannis Damasceni Sacra Parallela

Turn. = Turnebus  
Mang. = Mangey

---



**ΦΙΛΩΝΟΣ**  
**ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΜΩΣΕΑ ΚΟΣΜΟΠΟΙΙΑΣ.**

1. Τῶν ἄλλων νομοθετῶν οἱ μὲν ἀκαλλώπιστα καὶ γυμνά τὰ p. 1 M. νομισθέντα παρ' αὐτοῖς εἶναι δίκαια διετάξαντο, οἱ δὲ πολὺν ὄγκον τοῖς νοήμασι προσπεριβαλόντες ἐξετύφωσαν τὰ πλήθη, μυθικοῖς πλάσμασι τὴν ἀλήθειαν ἐπικρύψαντες. Μωσῆς δ' ἐκάτερον ὑπερβάς, τὸ μὲν ὡς ἄσκεπτον καὶ ἀταλαίπωρον καὶ ἀφιλόσοφον, τὸ δ' ὡς κατε- 5 ψευσμένον καὶ μεστὸν γοητείας, παγκάλην καὶ σεμνοτάτην ἀρχὴν ἐποιήσατο τῶν νόμων, μήτ' εὐθύς ἂν χρὴ πράττειν ἢ τοῦναντίον ὑπειπὼν μήτ' ἐπειδὴ προτυπῶσαι τὰς διανοίας τῶν χρησομένων τοῖς νόμοις ἀναγκαῖον ἦν μύθους πλασάμενος ἢ συναινέσας τοῖς ὑφ' ἐτέρων συντεθεῖσιν. ἢ δ' ἀρχή, καθάπερ ἔφη, ἐστὶ θαυμασιωτάτη κοσμοποιίαν 10 περιέχουσα, ὡς καὶ τοῦ κόσμου τῷ νόμῳ καὶ τοῦ νόμου τῷ κόσμῳ συνᾶδοντος καὶ τοῦ νομίμου ἀνδρὸς εὐθύς ὄντος κοσμοπολίτου πρὸς τὸ βούλημα τῆς φύσεως τὰς πράξεις ἀπευθύνοντος, καθ' ἣν καὶ ὁ σύμπας κόσμος διοικεῖται. Τὸ μὲν οὖν κάλλος τῶν νοημάτων τῆς κοσμοποιίας οὐδεὶς οὔτε ποιητῆς οὔτε λογογράφος ἀξίως ἂν ὑμνήσαι 15 δύναίτο· καὶ γὰρ | λόγον καὶ ἀκοὴν ὑπερβάλλει, μεῖζω καὶ σεμνό- p. 2 M.

Inscriptio: (φίλωνος) περὶ τῆς κατὰ μωσέα κοσμοποιίας V, φίλωνος περὶ κοσμοποιίας μωσέως M, τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς τοῦ μωσέως κοσμοποιίας F, φίλωνος περὶ τῆς μωσέως κοσμοποιίας δ, φίλωνος Ἰουδαίου περὶ τῆς μωσέως κοσμοποιίας AC, τοῦ αὐτοῦ φίλωνος Ἰουδαίου περὶ τῆς μωσέως κοσμοποιίας B, τοῦ φίλωνος Ἰουδαίου περὶ τῆς μωσέως κοσμοποιίας λόγος ε D 2 εἶναι παρ' αὐτοῖς δίκαια α 3 προσπεριβαλόντες MP (app. Turn.): προσπεριλαβόντες Vδ, προσπααραλαβόντες α ἐξετύφωσαν VPδ: ἐξετύφωσαν Ma τὰ πλήθη ab: πλήθει V, πλήθει καὶ M, μυθικοῖς πλάσμασι καὶ τῷ πλήθει P 4 ὑποκρύψαντες α 7 τῶν νόμων ἐποιήσατο MPα verba μήτ' εὐθύς — 9 συντεθεῖσιν om. P 8 μήδ' M ταῖς διανοίαις V χρησομένων V 10 post θαυμασιωτάτη in Ma interpolata sunt haec: καὶ χρησιμωτάτη τῷ βίῳ· τὴν κοσμογόνον καὶ ἐν ἱεραῖς βίβλοις (καὶ add. M solus) 11 περιέχουσα] ἔχουσα V, περιέχουσαν M, παρέχουσα F καὶ post ὡς om. Ma 15 οὐδὲ ποιητῆς M ἂν ὑμνήσαι VMα (app. Turn.): ἀνομνήσαι δ, ἐρεῖ P 16 δύναίτο om. P, δύναται F

3 de decal. II 181 ἱερά καὶ νεὸς αὐταῖς (ἰδέαις) προσπεριεβάλλοντο. de monarch. II 215 ἀπάται ἄς μυθογράφοι διαπλάσαντες ἐξετύφωσαν. de praem. et poen. II 412 ἀληθεία δὲ τύφος ἀντίπαλον.

τερα ὄντα ἢ ὡς θνητοῦ τινος ὄργανοις ἐναρμοσθῆναι. οὐ μὴν διὰ τοῦδ' ἡσυχαστέον, ἀλλ' ἕνεκα τοῦ θεοφιλοῦς καὶ ὑπὲρ δυνάμιν ἐπιτολμητέον λέγειν, οἴκοθεν μὲν οὐδέν, ὀλίγα δ' ἀντὶ πολλῶν, ἐφ' ᾧ τὴν ἀνθρωπίνην διάνοιαν φθάνειν εἰκὸς ἔρωτι καὶ πόθῳ σοφίας κατεσχημένην.

5 ὡς γὰρ τῶν κολοσσιαίων μεγεθῶν τὰς ἐμφάσεις καὶ ἡ βραχυτάτη σφραγὶς τυπωθεῖσα δέχεται, οὕτω τάχα που καὶ τὰ τῆς ἀναγραφείσης ἐν τοῖς νόμοις κοσμοποιίας ὑπερβάλλοντα κάλλη καὶ ταῖς μαρμαρυγαῖς τὰς τῶν ἐντυγχανόντων ψυχὰς ἐπισκιάζοντα βραχυτέροις παραδηλωθήσεται χαρακτηῖσιν, ἐπειδὴν ἐκεῖνο μνηυθῆ πρότερον,

10 ὅπερ οὐκ ἄξιον ἀποσιωπῆσαι.

2. Τινὲς γὰρ τὸν κόσμον μᾶλλον ἢ τὸν κοσμοποιὸν θαυμάσαντες τὸν μὲν ἀγένητόν τε καὶ ἀίδιον ἀπεφήναντο, τοῦ δὲ θεοῦ πολλὴν ἀπραξίαν ἀνάγκως κατεψεύσαντο, δέον ἔμπαλιν τοῦ μὲν τὰς δυνάμεις ὡς ποιητοῦ καὶ πατρὸς καταπλαγῆναι, τὸν δὲ μὴ πλέον ἀποσεμνῦναι

15 τοῦ μετρίου. Μωσῆς δὲ καὶ φιλοσοφίας ἐπ' αὐτὴν φθάσας ἀκρότητα καὶ χρησιμοῖς τὰ πολλὰ καὶ συνεκτικώτατα τῶν τῆς φύσεως ἀναδιδαχθεὶς ἔγνω δὴ ὅτι ἀναγκαιότατόν ἐστιν ἐν τοῖς οὐσι τὸ μὲν εἶναι δραστήριον αἴτιον, τὸ δὲ παθητόν, καὶ ὅτι τὸ μὲν δραστήριον ὁ τῶν ὄλων νοῦς ἐστιν εἰλικρινέστατος καὶ ἀκραιφνέστατος, κρείττων ἢ ἀρετῆ

20 καὶ κρείττων ἢ ἐπιστήμη καὶ κρείττων ἢ αὐτὸ τὰγαθὸν καὶ αὐτὸ τὸ καλόν· τὸ δὲ παθητὸν ἄψυχον καὶ ἀκίνητον ἐξ ἑαυτοῦ, κινήθην δὲ καὶ σχηματισθὲν καὶ ψυχωθὲν ὑπὸ τοῦ νοῦ, μετέβαλεν εἰς τὸ τελειότατον ἔργον, τόνδε τὸν κόσμον· ὃν οἱ φάσκοντες ὡς ἔστιν ἀγένητος

